qui cũ verba apostoli allegasset dicẽtis. videte ne quis vos decipiat p phiam. et ianem seductionẽ scd'm traditionẽ hominũ. scd'm elemẽta huius mũdi et nõ secũdum Christum. subiũgit. Quãto enĩ meliores grãmaticorꝫ et poetarꝫ fabellę. quã illa decipula. nam versus et carmẽ & Medea volans vtiliores certe. quã quinq; elemẽta varie fucata ꝓpter quiq; ãtra tenebrarꝫ. quę oĩno nll'a sunt et occidũt credẽtẽ. nã versum & carmẽ etiã ad vera pulmẽta. trãsfero. Vol antẽ aũt Medeã et si cantabã nõ asserebã. et si cãtari audiebã nõ credebã. Illa aũt credidi de quibus rebus alibi copiosius dissertaui. Nunc de ecclesiasticis cõcludã. si duos Germãos inter illos reponã. Rabanum monachũ laudes sanctę Crucis illustrantẽ. et inter oẽs scriptores ingeniosissimũ. Rhosuitam alterã. sanctimonialẽ Saxonicã admirabile cũctis scl'is feminei sexus exemplar. quę tempe Otthonis primi et secũdi impatorꝫ. ꝓsam simul oronẽ atq; carmen lusit venustissime. quę (vt in vniuersum iudicẽ) sicut et Rabanus fuit ingenio facili et copioso. et ad poeticã nec repugnãtibus musis ꝓmpto. Cęterꝫ iniquitate temporꝫ fuerũt ambo elocutionis non nihil sordidę. et ad vnguẽ syllabarꝫ q̃ntitates vbiq; nõ obseruãtes. verũ plus tẽporis quã ingeniorꝫ vitiũ existimandum est. Sicut et in Alano qui et ipse Germanus fuit. cuius de planctu naturę liber et anticlaudianus nõ ingeniũ & eruditionẽ. sed elegantiorẽ stilũ desiderãt. Barbariẽ enim quãdã. veluti et Ioannis Gersonis galli carmen sapit. theologi alioquin haud ĩ celebris. int̃q; recentes facile principis. et vt reuertar ad priores. nullus apud Germanos ad nostra vsq; tempora repertus est. quod ego sciam. qui priscam eloquentiã sermonemq; exomni parte purum expresserit. nisi forsan mihi nõdum visus quidam Christianus vel vt

alij volũt Guntherus Alemãnus, qui duodecim libris Federici primi geſta cõplexus, heroici carmis ardore eloquio atq; hiſtorica veritate, eloquio q̃q; non vulgari ſed erudito et diſerto Lucanũ ipm effinxiſſe eſſe q; emulatũ fœliciſſime p̃dicat. cuius dij dent vt aliqñ opuſcula in lucem prodeant. Et Petrus q̃q; de Vineis Sueuus, fortiſſimi ipatoris Federici ſcd'i ſueui archigrãmateus, nũq; nobis p̃tereũdus, cuius ĩgenio q̃ntũ ego frequenti lectione poſſum colligere, nihil fuit in tota lingua latina ſuo tpe copioſius, apertius, venuſtius aut elegãtius, quẽ Itali ꝓpter ſummã eruditionem et eloquentiã et Italũ dixerunt, et ꝓpter odiũ, a Federico excecatũ mentiunt, cũ poſt illius obitũ elegãtiſſimas eius ꝓ impatoribus epl'as legerim, nec itẽ Ioannẽ Tritenniũ abbatẽ ſatis probo, quod hũc ipſum (ꝓ eo quod impatoribus in q̃r ſeruitio fuit adheſerit) taxare et reprehẽdere cõſueuerit, tamq; impatoribus non liceat ſua iura cõtra ambitionẽ et auariciã (quę ꝓcul fuere a Petro) quorundã pontificũ defendere atq; ab hijs armata manu aufferre, aut non liceat citra fidei detrimentũ iacturãq; et piclitationẽ ſeruire impatoribus, qui vere ſunt dñi mũdi, etiã ſi in pontifices affectionibus ſubiectos, et qui ſe plus hoies quã Chriſti vicarios meminerit, ſint animo non amico ſed hoſtili. nemo enĩ non ſe et ſua ab alior̃ iniuria vindicare ſtudioſiſſime conat. Cęterũ Germani (qm̃ de hijs mentio incidit) philoſophiã, theologiã cęteraſq; oĩs honeſtas diſciplinas, ſi vnã dempſeris eloquẽtiam eruditiſſime tractauerũt, calluerũtq; ꝓbiſſime, neſcioq; an alia gẽs quã nos melius nouerit. At hodie ſunt apud nos m'ti qui non mõ multiiuga eruditione, verũetiã terſiſſima or̃one & carmine, etiã cũ ipſis Italis cõtendere poſſint quã glorioſiſſime, quos ego de induſtria ſilentio p̃te-

reo. nã cũ catalogũ facere nõ veli omesq; recẽsere. cõ-
sultũ visum est omes omittere. ne alterutrã in partem
aut fauor in me rephendi possit. aut odiũ. pręter duos
nobiles (quorũ mirifica eruditio. tersissimaq; eloqntia
summã me in admirationẽ traxit) Bohuslaũ scilicet de
Hassenstein nobilissimũ in Boemia Regulũ Baronem
q; vulgo noiatũ. cuius siue psam oronẽ legas siue car
mẽ. nulli cõpabis recentiũ. sed veteribus tã poetis q;
oratoribus elegãtissimis. qs expssissime effinxit eq-
uitq; mirifice. Alter ẽ quẽ nõinãdũ duxi. Itel Vuolffus
de lapide Sueuus. cuius et si barbarum sit nomẽ. lati-
nissima tñ est quã solã audiui oro extẽporalis. Scrip-
sisse aũt ferẽ librũ de laudibus heroum et virorũ illu-
striũ mihi nõ visum. ad Georgiũ de lapide auũculum
suum. qui pro rege Hungarię Matthia Slesiã regionẽ
quondã pcurauit. qui et ipse doctus et disertus fuisse
pdicat. Vtinã nobilitas nra horũ vestigia sequeretur.
hinc et lris et lrarũ studiosis optime consuleret. sed de
hijs alias plura. Elegiographi postremũ. qui sunt apd
nos. Ouidius. Tibullus. Proptius. Catullus a me re-
ferent. qniam illos ab adolescentiũ lectiõe amouẽdos
cẽseo. Inq; firmius. vt vult Quitiliãus. ętatis robur re-
seruãdos. Exẽplo cãtici cãticorũ. de q ait disertissimus
Hieronymus. (aiũt enĩ obseruari etiã apud Hebręos)
quod nisi quis ad ętatẽ pfectam maturãq; puenerit. li-
bellũ hũc nec quidẽ ĩ maĩbus tenere pmittat. Ob hoc
ergo moneo et cõsiliũ do omi. qui nõdũ carnis et sang
uinis molestiis caret. neq; ab affectu naturę materia-
lis abscedit. vt a lectiõe libelli huius. eorũq; quę in eo
dicẽt penitus tẽpet. hec ille. Quid qd Ouidi. ipe ele-
gos submouet et his versibus dissuadet. Eloqr iuitus.
teneros ne tãge poetas. Submoueo dotes impius ipe
meas. Calimachũ fugito. nõ est inimicus amori. Et cũ

Calimacho tu q̃q; Choe noces. Me certe Sapho meli⸗
orẽ fecit amicę: Nec rigidos mores Teia muſa dedit.
Carmĩa qs potuit tuto legiſſe Tibulli. Vel tua cuius
opus Cinthia ſola fuit. Quis potuit lecto durus diſce⸗
dere Gallo. Et mea neſcio quid carmĩa tale ſonãt. Sũt
item inter recẽtiores poetas elegiaci parit̃ a pueris ꝓ
hibendi. Antonius Panhormita. Porcelius romanus
Hemilianus Cimbrianus. et quidã alij. hodie illuſtres
ſunt Carolus Arretinus. Mapheus Vegius. Pontanus
et Angelus Sabinus grauiora ſcribẽtes et plęriq; alij.
Eſopus etiã Phrigius ille fabulator. phũſq; celeberri⸗
mus vti etiã Quĩtilião viſum eſt iucũdus eſſet pueris.
Ver; a Romulo q̃dam vt dicit̃ trãſlatus eſt in carmen.
nulla venere et lepore. muſis ſcilicet et gratijs repug⸗
nãtibus. vbi puritas q̃q; võr; deſiderat. vñ cauẽdus
eſt et non legẽdus. omeſq; ſil' vt tandẽ concludã ver⸗
ſificatores minutiq; auctores. oĩbus eloquẽtię ſtudio⸗
ſis et p̃ſertim teneriori ętati declinãdi. niſi forſan eſſẽt
tales. qui copioſe et floride de re incũda nec nis turpi
ſcripſerũt. Excipio etiã li bellũ qui Cato ĩſcribit̃. huius
auctorẽ dicit Valla ĩter minutos auctores latiniſſimũ.
et quo mille ãnis nemo carmẽ ſcripſit elegãtius. At vt
ſentio ꝓpter conciſas ſentẽtias. vbi flores or̃onis eſſe
nõ pñt. verſuũ nõ multũ confert ad eloquentiã. a ttam̃
ꝓ moribus inſtituẽdis ſine quibus oẽs diſciplię male
diſcunt̃ non negligẽdus. Cętera; abſurdũ eſt in primis
Catonẽ Romanũ ciuẽ eſſe auctorẽ libelli illius. Alle⸗
gat enĩ (p̃ter alios Romãos) Ouidiũ. qui mortis poſtre
mi Catonis tẽpe nõdũ ĩ vtero matris cõceptus fuerat.
ſeipſo referẽte. Editus hĩc ego ſum. nec non vt tempa
noris Cũ cecidit fato conſul vterq; pari. fuerũt autem
cõſules Hircius et Panſa. allegat itẽ Vergiliũ Catoni⸗
bus poſteriorẽ. Lucanũ etiã. quẽ multis ętatibus poſt
Catonũ mortes natũ eſſe conſtat. nec quiſq; inſup ex
Catonibus quod ſcriptor; beneficio mẽorię proditũ

ſit carmẽ ſcripſit, nedũ verſificator fuit. niſi Valerius Cato poeta qui tempe Syllę claruit, cuius poemata a Suetonio referunt, int quę nihil tale repitur, qui item vt cęteri Catones Vergiliũ et poſteriores ętate longe anteceſſit. Attamẽ ideo forſan Cato appellari poteſt iſte libellus a grauitate mor vitęq; ĩtegritate, in quibus ſumma laude Catones ſunt famigerati. Cęteros aũt omẽs verſificatores. Facetũ. Floretũ. Antigameratũ. Phyſiologũ cuius iiciũ eſt. Tres Leo naturas. Itẽ Contẽptũ mdi qui ſic incipit. Cartula nra tibi pandet dilecte ſalutes. Boeciũ de diſciplĩa ſcolariũ. q̃uis nõ ſit Boecij vt alibi dixi. libellũ qui vita ſcholaſtica intitulat. Alanũ in puerbijs. et oẽs illos demũ qui ſcripſerũt carmĩa leonina. hoc ẽ. vt mediũ et finis cõſonẽt ĩ ſyllabis q̃lis eſt iſte verſus. Vt bene firmares mõtibus eſſe pares. tãq; peſtiferos d cliabis. ſicut et paupe rẽ Hẽricũ ppt corruptũ dicẽdi geñs et ſordidũ. nimiã q; nouor võr licẽtiã cũ graues alioqn ſñas habeat. et poeticũ vt videt ĩgeniũ. Petrus q̃q; d regia cuius liber aurora iſcribit. Itẽ Proſper Aqtanicus. Itẽ Gãfredus ĩ poetica noua. et Gualterus quidã qui vitã Alexandri magni ſibus cõſcr pſit. Ludolphus q; in ſua ſumma. ptritę ſunt coruptęq; oõis. nec qui hõi eloq̃ntię ſtudioſo ſatiſfacere poſſit. ideo ptereũdi. ſicut et Pãphilus quidã qui licet non inuenuſte de amore ſcripſerit vulgaris tñ et inelegãs in ſuis carminibus. nõ ſecus ac libelli de vetula. de cuculo. de tribus puellis. de vẽtre et cęteris mẽbris. et de nũmo qui falſo aſcribũt Ouidio (quẽadmodũ de pulice et Philomena credunt nõ eſſe Ouidij) obturata aure veluti Syrenei ſcopuli ab Vliſſe ſunt pternauigandi. Hęc ſunt quę ſup hac re dicẽda putaui. q̃ a me ppere pẽſiculata. et frigidiuſcule forſan examĩata recognoſcas atq; in meliorẽ lectionẽ redigas oro atq; obſecro. nlla enĩ res (vt dicit Apuleius) poteſt eſſe eadem feſtinata ſimul et examinata. Vale uir orũ optime. & me tibi cõmendatũ habe.

De optimo ſtudio iuuenũ.

Ad Venerandũ patrem, virumq; prudentiſſ. & Iure cõſultiſſ. Ludouicum Nauclerum alias Fergenhans, Stutgardieñ eccl'ię ꝓpoſitũ, atq; Cõſtañ et Vuormacieñ cathedraliũ eccl'iarꝝ canonicũ regiũq; ſenatorem digniſſ. Epl'a Henrici Bebelij Iuſtingeñ.

c Vm ingenij tui acrimoniã, bonitatẽ, humãitatẽ & liberalitatẽ mecũ ſecretius cõſidero Ludouice optime atq; prudẽtiſſime, videris profecto mihi ꝑ paucorꝝ hoĩm vnus, et quos raros noſtra ſęcl'a ꝑſpexerũt. Nec me aſſentari quiſq; exiſtimet, vidi egomet ipe, ſecreta ꝑſpexi, vitę eius int'fui, cũ nup ſecutus regem in Innſpruck ad eũ tamq; ad parentem cõfugerã. Tũc ego Ludouice ĩgenij tui vigorẽ ꝑſpexi et acrimoniã, quoniã nulla hora vel potius momento ociũ cõcedebat. hic rex noſter Maximiliãus vocabat, cuius rebus oĩbus publicis et negocijs ĩpialibus aderas, nec qcq; arduũ ſine te tractabat hic epũs Brixinẽ, cęterique regij ſenatores adminiſtratoreſq; comitatus Tirolis, q̃rꝝ oĩm cõſilia et iuſtę gubernationis moderamina, te cõſultore dirigebant. Ex altera parte Raymũdus Cardinalis nũq; feriari ꝑmiſit, quinimo te peculiari ſuorꝝ cõſiliorum adiutore, cõuictore et ſodali vſus ẽ. At nl'lis fractus es laboribus, nec paulo triſtior ad quęq; obeũda, qui nec domi ab oĩonibus, lectioniqus, cęterſiq; regiarꝝ rerũ meditationibus ceſſaueris vſq; adeo, vt me in admirationẽ traxeris vnde vni corpuſculo tantę vires, vni ingenio tanta acrimonia exuberaret. Sunt hęc quidem ampliſſima et quę paucis contingunt, multo tamen maiori laude dignandus es ex inſita quadã animi bonitate, liberalitateq;, qua ꝑſeq̃ris oẽs paupes et afflictos. Regibus enĩ et potẽtibus benefacere ſpes aliq̃ remũerationis refulget, ſed

paupibus erogare elehemosinã. egẽtibus sacerdotib. ijsdem tamen ꝓbatis auxilio esse ꝓ beneficijs vt dicit cõsequẽdis. afflictorꝫ suscipere patrociniũ. qualem te esse citra omnẽ adulationẽ prędico. hic tandẽ vera & nõ fucata mcti sed cęlestis glia haurit vberrie. Quid itẽ dicã de liberalitate et hũanitate q̃ consequeris oẽs bonarꝫ artiũ studiosos. vt alios ꝑteream. qua q̃so diligentia. qua humaitate me ignotũ pene. dũ apd Regẽ Raymũdũqꝫ cardinalẽ et apl'icũ legatum. quarundam rerꝫ cõsequendarꝫ ꝓuinciã suscęperã adiutasti? quare si referre gratiã nõ possum (q̃niã ꝑter chartaria dona reliquũ nobis est nihil habeo) dũ viuã. adeo. vt si quid scripta nr̃a valebũt. tua in me merita et bñficia. numq̃ꝫ apud me et serã posteritatẽ intermoritura sunt. nec itẽ fratris tui Ioãnis naucleri oĩm lr̃arꝫ antistitis et patroni. cuius tãta sunt in me bñficia. vt illa nũq̃ꝫ nec verbis nec factis cõpensare posse sperauerĩ. nisi tunc videar cõpensare. cũ nihil quod officij mei esse iudicetur negligam. de his alias plura. Accipe nũc dialogũ de optima adolescentũ institutiõe. quẽ recitauimus in pñtia fratris tui atqꝫ frequẽti nostri gymnasij senatu. stipatissimaqꝫ totius ordis scholastici corona. quẽ cum per ocium licuerit. et a maxis laboribus et curis animum relaxaueris legas & pellegas obsecro. Inuenies enim quę sibi gratiã cõciliare possunt apd doctos ꝓ istituenda adolescẽtia. nec imerito. a doctis enĩ et eruditis auctoribus hęc mutuanius et excussimus. eorꝫ verba sępe itegra resumẽtes. vt lectores nõ nobis (recẽtia. n. sp sordẽt et ꝑsentes) sed illustribus auctoribus fidem accomodẽt. inueteratos enĩ errores nostratiũ ludimagistrorꝫ. sordidãqꝫ et puersã puerorꝫ istitutiõem non nisi sanis ꝑsuasiõibus. et optis quibusqꝫ scriptoribus emendabimus. Vale. et me cõmendatũ habe.

Ex Tubinga Idibus Nouẽbribus M.D.I.

Argumentum Comędię.

Quidam rusticus habet filiũ scholasticũ, quẽ missurus ad Gymnasium vniuersale, vt dici solet, cõsilio sui Parę̃ciani optimo cõmittit prę̃ceptori, a quo non solũ sophismata, verũ etiam eloquentiam moresq; didicit. Vnde in clarũ euasit virũ. & reliquis qui vnũ tm̃ ex hijs cõsecuti sũt lõge excelluit. Insup et laus poetices decãtatur. Postremo temere ꝑ diuersis sectis disceptantes componunt̃, fitq; pax & amicicia, quibus nihil in humanis excogitari melius potest.

Ad Spectatores.

Iam spectatores animis linguisq; fauete
Concio vel pauco tempe tota sile.
Audire vt possis quicquid recitauerit actor
Imprimis tibi qui consuluisse cupit.
Non hic illecebras Veneris: non castra Priapi
Atq; Thiesteos non canit ille toros.
Non hic ingluuiẽ ventris nec munera Bacchi.
Sit procul omne nefas sit ꝓcul omne scelus.
Erudient̃ enim iuuenes: quidiscere curant
Quis modus in studijs optimus esse queat
Qualis p̃ceptor: studium quod debeat esse
Per quod virtutis culmen adire queas.
Sidere fœlici iamiã procede poeta.
Nam tibi doctorũ corda fauere solent.

PRIMVS ACTVS.

Interlocutores Rapardus pater. Vigilantius filius. & philologus Paretianus.

r APARDVS. Eamus fili amãtissime querere dominũ philologum Paretianũ nostrum consulturi. quo pacto tuam conditionẽ ampliorẽ & nobiliorẽ reddamus. cum tu vnus sis oim mortaliũ qui senectutis nostre infirmitatem consolari speraris. Quare diu noctuq; in id nitar. vt tibi ad studiũ & ĩcrementũ tuũ adiumẽto esse possim. Sed eccũ Philologũ sua spõte ad nos properantẽ. ipse est me Hercule. ibo salutatum eum. Salue pastor reuerende. PHIL. Et tu pariẽ mi Raparde. qbus de rebus ẽ tibi sermo cũ filio tã maturus & grauis. RAP. per oportune hic nobis obuiã te dedisti bone pastor. eram enĩ in itinere te in edibus tuis visere. tuoq; cõsilio q̃ mihi iã maxĩe opus est vti. PHILO. Edissere p̃cor quã ob causam. RAP. Filius est mihi hic vt vides. qui cũ freq̃ntauerit omẽs scholas triuiales. que vulgo particularia nũcupantur queq; celebres habentur per Germaniã Vlme. Zuickauie. Suollis & Dauentrie cupit. & precibus apud me instat iam proficisci. ad gymnasium aliquod vniuersale. Ego autẽ iustis filij desiderijs non repũgnãs. vellem apud te experiri. qua via & commoditate id fieri possit. quem iam diu omniũ doctissimum simul & harum rerum expertissimum. & predicãt & existimant omnes compagani nostri passim. PHILOLO. Non sum talis qui forsan predicor ab amicis. tamen si quid in rem tuam efficere possum. nullum preterfugiam laborem. placet autem prius experiri ingenium adolescentis. ex hoc enim sanius consilium dare

possum. RAP. optīe narrasti fac et citius. PHILO. bo⸗
ne adolescēs q̄d est tibi nomē? VIGILANTI. Vigilā⸗
tius. PHILO. bene dixisti. potuisti & dicere vigilātio.
sed dic vnū q̄ studio hactenus inuigilasti? VIGIL. ego
nescio q̄d est dictū. PHILO. Loquar significantius &
vt vulgo querere solēt. Quid audis? VIGIL. Ambas
ꝑtes Alexandri vna cū cōmento Remigij & Ioānis de
noua villa. et glosam Donati. et ꝑ latinitate Cornutū
Ioānis de Garlādria qui īcipit. Cespitat in phaleris. &
Alanū a phębo phębe eē. PHILO. quot ānis iam sco⸗
las frequētasti? VIGIL. duodecī pene. PHILO. duo⸗
decim? deberes itaq̄ melius intelligere sermonē lati⸗
nū q̄ nosti. VIGIL. Latinū illd' scolasticū optīe teneo.
at ita vt tu loq̄ris nō possum. nō enī ibutussū. PHILO.
Valeāt ꝑceptores tui & ī malā crucē abeāt. qui te tot
ānis dedocuerūt & neglexerunt. deberes vtiq̄ iā esse
latinus. VIG. Irascor tibi paulisp̄ pastor reuerēde. qui
talia meis ꝑceptoribus īꝑcaris. ego enī illos semp̄ pa⸗
rentū loco diligēdos existīaui. nō enī me neglexerūt.
sed ꝑ virili sua portione īstruxerūt. sum enī ibutus &
edoctus optīe de q̄nq̄ figuris Alexādri. Scio q̄d vitiū
sit appositiōis. q̄nod euocatōis. quod itē cōceptionis.
zeugmatis & ꝑlepsis. Scio etiā quibus ratiōibus ex⸗
cusari possint. ratiōe scilicet qua potest fieri et ratione
qua oportet fieri. Scio insup̄ quibus ex viribus regat̄
genitiuus. regat̄ dtūs. actūs & ablatūs. De īpedimētis
o alme deus quale quāq̄ resolutū ego habeo cōmen⸗
tum. cōpositū a Iacobutio Smaltzhaff ꝑuisore nostro
supfluū est aut plura dicere de prima ꝑte vbi ego sum
resolutissimus manuductiōe eiusdem ꝑuisoris. insup̄
modos significādi Ioannis Iusse. quid referā glosam
versoris sup̄ Donato. ibi optime possum tibi recēsere
sufficientias octo ꝑtiū orōnis. Item diffinitionē noīs

et oēs limitatiōes.itēq; quę in cōtrariū adduci possunt argumēta resoluere sum doctissimus.scio. qd genus. quid decliatō qd q̄litas.quid itē ꝓnomē.quid vm̄.adꝟbiū.p̄positio.cōiūctio & interiectio.eorq; accidētia atq; diffinitiones eorundē.argumenta quoq; quę illic habent calleo.quid aūt est aliud q̄d quisq; scire debeat? ego enī p̄ceptoribus meis gracias ago. PHIL. Oh miserā neglectāq; Germaniā. quę Alexandrū Gallū iuuentutis suę corruptorē.& de se tam male meritum tantifacit tāq; magno in p̄cio habere solet.plus tamen irascendū est hijs qui tā grandia cōmentaria in hunc excudere cōsueuerūt.nihil est enim ęque pestiferum scholasticorq; studio et vtilitati quā grandia & supflua grāmatistarū cōmentaria.fatuęq; et supstitiose quęstiones anxięq; argumētatōnes.quę nō nisi in dialectica tradi debēt.mlta itaq; nosti in grāmatica vt iā in mediū adduxisti.attamen adeo ieiunus es in latino sermone. vt puer triū annorq; existimeris. grāmatica enī est quę latini sermonis curā habet & docet. Tu aūt cum tuis argumētis grāmaticalibus. atq; impedimētis et diffiniōnibus īexpugnabilibus elinguis es et mutus.oīno vnde gręcus nō es. VIGIL. est verq; p̄ deum muscarū. at si me audire velis sum ego inter centū qui Vlmę iā sunt scolasticos disertissimus. ex hac potissimū causa. habemus enī p̄ceptorem qui dissuadet nobis poetas. ego aūt meopte ingenio semp occulta lectione latinū sermonē. quātū tenuitas industrię meę comp̄hēdere potuit.nūq; neglexi.PHIL. O macte puer virtute bonus sic poteris euadere in doctū hominē.Tuo autem pręceptori similiť et alij cōdiscipuli tui inęternū maledicent.qui eos neglexit in rebus inutilibus & nihil ędificātibus ad eruditōnem.Quid enī ꝓdest scire racionē qua potest fieri & racionē qua oportet fieri. Itē

quibus ex viribus regat gtūs vel dtūs. atq; tot argu=
mētatiōes et diffinitionū limitatiōes in donato. Sunt
hęc mera deliramēta et d'cipulę. ex qbus nēo doctior
nemo eloq̄ntior fit. q̄d si sunt necessaria hęc ad gram=
maticū. cur nō posuit Dōatus. Seruius. Caper. Dio=
medes et oīm grāmaticorꝫ prīceps Priscianus. cur nō
recētiores Nicolaus Perottus. Sulpicius Verulanus.
Pōponius Letus. Antonius Mācinellus. qui oēs optīe
īstituūt grāmaticū. et tn̄ nullā de hijs fabulamētis atq;
ineptis figmētis mentionē faciūt. Nō probo itē quod
discipulis apud nos tradūt minutōres auctores. Face=
tus. Floretus. Alanus. Cornutus ec̄. VIG. iuuenibus
hi tradunt et hijs qui paulū vltra primas lr̄as ꝓgressi
sunt. PHI. Romani et gręci nō solū bonos p̄ceptores.
verū etiam doctas nutrices pueris adhibere solebāt.
Sed sicut habemus doctores ita discimus. ita sumus
docti et eloquētes in Germāia. vix tria verba latīe cū
dignitate et elegantia effari possumus. Antiqui (teste
Augustio nr̄o et Quītiliano) pueris primū Vergilium
p̄ponebāt. nostri in ꝓuectiori ętate abhorrēt dicētes.
poeticū esse quicqd latine et elegant dicit. Modi autē
significādi penitus nihil valēt. Sed potius sūt corrup=
tores optimorꝫ ingeniorꝫ. VIG. hęc oīa verissima esse
optīe ꝓspicio pastor reuerēde. quare nihil antiquius
duco quā tuis morē gerere cōsilijs. et presto esse quę
mihi faciēda ꝓsuaseris. PHI. patri tuo prius loq̄r. Au=
di Raparde. RAP. quid vis? exptus ne es filij ingeniū
PHI. credito. RA. vtinā bona nūciares. PHI. nō mala.
plrimi enī facio. et plīmā eruditōis ptē animū discēdi
cupidū. q̄lem ī tuo filio ꝓrepio. RAP. gaudeo plīmum
et tibi gratias habeo īmortales. qui te admodū bene=
uolū rebus in meis declaras. Sed dic p̄cor iam tādem
cui cōmittēdus mgr̄o. et qbus potissimū r̄bus debeat

insudare. PHI. dicã equidẽ id quod mihi visum fuerit factu dignissimũ. et q̃d longa expientia doctus maxĩe ap̃pbo. RAP. dic itaq̃. nihil enim est q̃d de tua erudi⸗tione et expientia dubitẽus. PHI. huic cũ primũ trade p̃ceptori a quo mores primũ. mox eloq̃ntiã cęterasq̃ artes liberales discat. quę malę sine moribus discun⸗tur. male item artes sine eloquenntia. quid enim pro⸗dest plura et pulchra scire & de his ridicule & inepte loqui. quare nisi quis eloquentiam et elegantiores lĩras artibus & philosophię coniũxerit hunc fuge. nã idoneus iuuentutis pręceptor esse nõ potest. quod si hũc cõsecutus es. solertissime puidẽdum est posthac. ne prauis eum & disculis contubernalibus (quos ipsi cõstantes appellitãt) et cõuictoribus adiũgas. Sed bo⸗nis & studiosis. malignus enim comes (teste Seneca) quãuis candido & simplici rubiginẽ suam affricuit. & vt idẽ dicit. Nẽo nõ aliquod nobis vitiũ aut cõmodat aut imprimit. aut nesciẽtibus allinit adeo nemo nr̃m est qui maxĩe cõcinnamus ingeniũ. ferre impetũ vici⸗orum tam magno comitatu veniẽtiũ potest. Cõuictor itaq̃ delicatus paulatim eneruat ac mollit frugi ac tẽ⸗perantes homines. Quare si fieri posset maxĩe pbarẽ. si in eodem contubernio esset cũ suo magistro. quod et idẽ Seneca verissime simul & elegantissime exp̃ssit inquiens. Zenonem Cleantes nõ expressisset. si eum tantũmõ audijsset vitę eius interfuit. secreta pspexit. obseruauit illum. an ex formula sua viueret Plato & Aris. & omnis in diuersum itura sapientũ turba. plus ex moribus quã ex verbis Socratis traxit. Methrodo rum & Hermacũ & Polienũ magnos viros nõ schola Epicuri. Sed contuberniũ fecit. Reliqua quę ad eius profectũ & vtilitatẽ dici possunt. indies a p ręceptore ediscet si saltem eum quem dixi elegerit. RAP. factũ credito. Bene vale. PHIL. et vos pariter.

hij

Rapardus. Vigilãtius. Cacobius. Hipponõus et mgr̃.

APAR. optimum factu existimo mi fili si q̃sdã
r nobis adiũgamus, qui nobiscũ eant ad mgr̃m
eligendum tecꝫ illi cõmẽdandũ. & eos potissi-
mũ qui gracia & auctoritate apud homĩes valeant. cũ
ego isto in gymnasio sim parũ notus. VIG. est ꝓfecto
opus sed eccũ Cacobiũ auũculũ meũ. in vmbra Tiliẹ
recũbantẽ. I fac illi verbũ vt etiã nobis adiumẽto siet.
RAP. expecto donec euigilet. VIG. fac citius nã vbi
me adesse senserit non egre feret. cui sum ab infantia
singularit̃ dilectus. RAP. Cacobi Cacobi. CAC. hui
quid ẽ? RAp. Surge surge. Ca. quis vocat? RAP. bo-
nus amicus Vigilãtius tibi ex sorore nepos. CA. hoh
saluus sis fili charissime. VIG. saluus sis & tu amicorꝫ
amãtissime. CA. quid vis vt faciã? VIG. expone pater
breuibus. RA. Nosti forsan Cacobi quãta sit ĩdustria
filius meus. quãtaqꝫ eruditiõe p̃dicet̃ ab oĩbus. quare
ꝓ suo et nr̃orꝫ oĩm honore et cõmodo dignũ duxi. vel
cũ graui dispẽdio ad altiora ãhelantẽ adiuuare. si mõ
amicorꝫ cõsilio nõ destituar. CACO. bellũ me Hercle
factum. et quod ego manibus pedibusqꝫ (vt dici solet)
obuĩs accipio. neqꝫ mea vnq̃ opa deerit ad id cõfiti-
endũ. sed dic quid est quod me facere velis? RAP. ex
cõsilio nr̃i ecclesiastici pastoris eundũ est mihi. ad ali-
quẽ mgr̃m moribus et sciẽtia ꝓbatũ. cui filiũ cõmittã.
Ego aũt parũ idoneus loqui cũ tantis viris. delegi te
potissimũ ex oĩbus amicis. qui loq̃ris & conuenias cũ
mgr̃o aliquo ꝓbato. vnde filius noster bene ꝓficiat in
suo studio. CA. faci ã profecto & quidẽ libentissime.
Sed tñ et ego parum notus sum apud illos hoĩes. Sed
habeo vicinũ amicũ mihi singularẽ Hipponomũ noĩe
qui cũ aliq̃t ãnis p̃fectus fuerit rusticanis in Ingstetẽ.
multũ valet apud gymnasiarchas & se facilem p̃bebit

nobiſcũ eundi cui & ego officiũ meũ nũq̃ denegaui.
RAP. bene placet voca eũ. CAC. hoho. Hipponome
audis? HIPPO. audio mi amice. CAC. accede ꝓpius.
HIPPO. quid eſt? CA. I precor nobiſcũ in gymnaſiũ.
HIPPO. Quid ni? habes iubere nõ rogare. At vt vi-
dere videor hic eſt Vigilantius nepos. ad cuius men-
tionẽ cũ veneras. Sepe me ad multã noctẽ detinuiſti.
CA. ipſus eſt. HIP. ꝓgredere igit̃ Vigilanti. gaudeo
te videre. mihiq̃ datã eſſe occaſionẽ te demerẽdi. ſũ-
me mihi voluptati eſt. Sed o fœlices qui te talem ge-
nuere parẽtes. quod ſi tecũ eſſe volueris et inſtitutum
ſtudiũ ꝓſequi. euaſurus es in eũ hoĩnem. qui omibus
tuis amicis adiumẽto et honori. vniuerſiſq̃ cõpaganis
tuis decus eſſe poſſis. Sed ecce Raparde vides alibi in
porticu ſedere quendã. phĩco habitu indutum. RAP.
video. HIP. hic vnus eſt ex mgr̃is qui ceteris preſunt
in doctrina. et tãta eruditiõe morũq̃ ſanctitate cõſpi-
cuus (ſicut audiui a multis) vt nemĩ oĩm cedat in toto
gymnaſio. q̃d ſi in hũc aĩm adieceris faciã ipſi verbũ.
eſt enĩ mihi notus et familiaris in primis RAP. reuera
vt ex habitu eius cõiicere poſſum geſtuſq̃ grauitate.
hic eſt qui deſiderio nr̃o forſan ſatiſfaceret. HIP. allo-
quar eũ hũanus eſt et adeũtibus facillimus. RAP. fiat
HIP. Salus tibi dñe mgr̃. MAGI. & tibi aduena. HIP.
Credo q̃d ꝑ longã abſentiã deuenerĩ in obliuionẽ ſuã.
dñe mgr̃ et ſi me nõ noſcas recordor tñ dierũ eorum.
quibus arctior erat familiaritas noſtra quã ſit hodie.
MA. poteſt eſſe. at excidit e mẽoria vtpote hõi diuer-
ſis in rebus occupato. quis et vnde ſies. HIPPO. Sum
Hipponomus quondã a principe nr̃o ruſticanę plebi
p̃fectus in Ingſtetten. MAG. Belle & optime iam ſat
habeo. at p̃cor non egreferas. aut in arrogantiã mihi
interpreteris quod prius te nõ aguouerim. HIP. nihil

omnio. nã et mihi sepe euenit, vt eos quibus ꝑfui oli ad longũ tempus (vt nosti) nõ agnoscã. vt nuper dum cũcti mihi assurgerẽt meq; reuerenter tracta rent. vix vnũ aut aliũ nouerã. plus ciuilibus causis & negotijs quã laboribus rusticanis occupatus. RAP. quam hic fabulã cõnectis. nescis ne ad qd venerius hipponõe. HIPPO. faciã. mgr reuerẽde hic adolescẽs quẽ vides. in gymnasio vro cupit erudiri & habere magistrũ aliquẽ. a quo priuatim ꝓficeret. ego aũt ad patrocinium & iuuamẽ parentis eius vocatus. tibi in primis cupio gratificari et cõmẽdare. de cuius eloquẽtia et singulari eruditione supfluum est plura dicere. nisi cõmunis oim consensus me decepit. quare intuitu mei hunc in disciplinã tuam recipias & optime istituas. in quo singulare mhi obsequiũ ꝑstabis. quod si nullã aliam remunerationẽ obtinueris a me. puidebo tamẽ vt nũq; casulam nram intres. quin pira & poma si non habeo altera dona. Itẽ lac frigidũ. interdũ etiã mel. nũq; tibi desit. MA. est ne ꝓbus & studiosus. HIP. vt nihil sup & tãte indolis. vt suos equales omnes ꝓgressus sit in studijs. a tergoq; reliq̃rit longissime. MA. recipio eũ. et ita institutã vt doctior in patriam reuertat si saltem suo ipse studio non deerit. HIP. ecce Raparde placent tibi conuẽta. RAP. aureus es. HIP. tace donec a mgro abscedamus. RAP. tu aũt nostro oim nomie magistrũ (nã hisce cum hõinibus loqui nouisti) valedices. HIP. Habeo. Dñe magister cõmendãus igit tibi filiũ nrm. offerẽtes nos ad tua seruicia paratissimos vale. MA. Valete et vos. RAP. o lepidissimũ capitulũ o aureũ Hipponomũ. quo nisu. quãta võr elegãtia atq; sentẽciarũ grauitate rebus in nostris. hodierno die vsus es. quibus omnem referendarũ gratiarũ materiam mihi preripuisti. HIP. feci libẽtissime. gaudeoq; quod quã-

tum valeam apud homines auctoritate & eloquentia comptum habeas. RAP. quid plura totus aureus es. HIPPO. valedic filium & remitte ad pręceptorẽ. RA. Postremo fili charissime psequere studiũ tuũ cum diligentia & fac vt tibi confidimus. nam tu solus es in quẽ reposuimus omẽs amici tui spem nostrã. & ego quicquid apud me est fortunę totũ in te conferam. vt studio tuo cõsultum sit quã optime. HIP. ita fac Vigilanti & omnes tibi adiumẽto erimus. CACO. ho itidẽ de me tibi firmiter polliceri potes & si annuatim mihi constiterit oue caseo & centum ouis non deseram te ineternum Vale. VIGIL. et vos pariter.

TERTIVS ACTVS

Magister & discipulus Vigilantius.

AAGI. quod est tuũ nomẽ o bone adolescẽs.
m VIG. Vigilantius. MA. quare huc adueniſti & quã obcausam? VIG. vt bonis artibus opã dans. ad parẽtes redeã clarior & doctior. MA. bonũ ꝓpositum ad quod aũt studium plus inclinaris. VIG. Tuũ fuerit bone preceptor me istituere in hijs rebus quę mihi cõducere sperabis. ego enĩ mihimetipi satis idoneus consultor non sum. quicquid autem id sit fac tradas iter cętera etiam latinitatẽ. nam nisi quis effari possit sensa sua cũ dignitate. video eum cotẽptui esse apud exteros. MA. optime narras & ita fiet. dũmodo non neglexeris artes cęteras quas liberales vocant. VIG. Nequaq̃ nam & grãmaticam rhetoricamq̃. ex quibus tamq̃ ex vberrimis fontibus omnis emanat latinitas. harum in numero esse semper existimaui. MAGI. Nemo inficias ire potest. neq̃ sine hijs artes cõsistere possunt. VIGIL. ita existimaui. MAG. lectiones igitur artium frequẽter accedas. & summa cum

diligẽtia audias. Tercia aũt hora post prandiũ poeticã lectionẽ adeas. VIG. Factũ credito. sed aliud ne est q̃d faciã. MA. Cõmuniter hęc precepta tenere debebis. si saltẽ in clarũ euadere vis virũ. Primũ atq̃ ante omnia venerare deos. nihil enim (vt quidã ex ethnicis dixit) rite. nihilq̃ ꝓuidẽter hoĩes sine deorꝫ ĩmortaliũ ope. cõsilio. honore auspicari possunt. Insuper maioribus natu et p̃ceptoribus tuis assurgere. et debitã reuerentiã exhibere nũq̃ negligas. minoribus facilẽ et hylarẽ prebere debebis. ęq̃libus vero nõ ĩuidere. sed emulis de virtute disputatiõibus ad gloriã ꝓuocare. bene aũt velle omĩbus. neq̃ ex humillimis quẽq̃ fastidire. ama virtutes. rationẽ sequere. iactantiãq̃ maxie fugias. in cõmessattõibus rarus. in esu et potu tẽpatus ac frugi. loquẽdi partior. legendi studiosior. nihil sit toruum in oculis. nihil in verbis ꝓcax. sed verecũdus sit semper sermo tuus. Speculũ enĩ mẽtis (vt dicit Ambro.) plerũq̃ in verbis refulget. Imo & nihil in actu ĩuerecundũ. crines pexi & ornati. habitus simplex et nõ sordidus sed mundus. nõ gestus fractior. non incessus solutior. nõ vox petulantior. vt ipsa corpis spẽs simulacrũ fuerit mentis & figura ꝓbitatis. Bona quippe domus in ipo vestibulo debet agnosci. ac primo p̃tẽdat ingressu nihil ĩtus tenebraꝫ latere tamq̃ lucernę lux intus positę foris luceat. VIG. hęc omnia facio & faciam in posterum. Sed precor optime mgister des mihi semel fauorẽ ad patriã ꝓuisendis amicis. nã & ego. vt mihi videor iam ꝓfecisse in studio mihi ꝑsuasi oĩno. quare vt parẽtes mei eo ꝓpensiores sint mihi opitulari. non inutile existimo. apud cõpaganos sacerdotes nostros vt me exhibeam. cumq̃ hijs varijs de rebus disseram. vnde laudem venari studebo. MAGIST. placet vade VIG. Vale interim.

Lentulus sophista. Vigilãtius. Aulicus regis et poeta
ENT. Beneueneritis Vigilãti. VIG. Salus tibi.
1 LEN. vnde venis? VIG. ex Tubingen. LEN.
Stetisti ibidem in vniuersitate. VIG. Interdũ
steti. interdũ sedi. LEN. Es aũt membrũ vniuersitatis?
VI. Etiã sum. LEN. Deo gracias. ego libẽter audio qñ
tibi bene vadit. VIG. Et ego reuera si res tuas tibi ex
sententia euenire intelligã. summope gaudebo ex ve-
teri nr̃a amicicia. LEN. ego laudo deũ et bñ cõtentor.
mitto etiã te scire ꝙ ego sum optimus artista. VIGIL.
Audio summa cũ voluptate. sed pace tua dixerĩ. vellẽ
etiam esses paulo latinior in verbis tuis. LEN. Paulo
latinior? tace poeta. VIG. O tardũ ingeniũ. poeta non
sum. nec idoneus ad tãtam poetices maiestatẽ. Sed ꝓ
virili ꝑte in id nitor vt possim esse latinus. & cũ digni-
tate eloqui quę mente conceperĩ. LEN. Ego nõ curo
sufficit mẽtis cõceptũ exprimere. VIG. hoc & extre-
mus idiota et rusticus facere potest. LEN. latine dico.
VI. Apud pueros intelligeris nõ apud eruditos. qui-
bus ridiculo es barbaro ore tuo. LEN. abi in malam
crucem si nihil scis nisi latinisare. VIG. quin tu abeas
qui nisi delirare. scis nihil. Sũ et ego in cęteris artibus
liberalibus eruditus. ꝙ si placet dissertare nõ detra-
ctabo certamẽ. LEN. ego volo tecũ disputare pro sex
denarijs. in suppositionibus & fallacijs. VIG. paratus
sum. incipe. LEN. Arguo tibi sic. quod ego sum tu nõ
es. VI. Assentior. LEN. Ego autẽ homo sum. VI. Itidẽ
admitto. LEN. Tu igit̃ non es homo. VI. omnia vera
essent si maiorẽ a me icepisses. O delyrũ caput. putas
me istud nõ posse soluere. Sed vt cum Seneca loquar
pudet me ꝙ in re tã seria senes ludimus. o puerile es in-
eptias. in hoc supcilia subduxĩus. in hoc barbã dimi-
simus. hoc est quod tristes docemus & pallidi. hoc ꝗd

nec ignoranti nocet nec scientẽ iuuat. tamẽ cũ eodem Seneca nõ nego sophismata pspiciẽda. sed pspicienda tm̃ et a limie salutanda. LEN. ego prius bene dixi tu vitupas artes. VIG. falso mea accusas. qn ĩmo tu facis LEN. edoce p̃cor. VIG. Reph̃endendo castã et erudi tã latitatẽ. reprehẽdis grãmaticã et rethoricã artes liberales ex quibus deriuat latinitas. LEN. Ego non sic putaui. Sed tamẽ pro pte verũ est. VIG. Non etiã vitupero sophismata sicut estimas. Sed nimiam in eis morã damno et hoc in primis. quod nihil nisi sophismata noris & tantũ scis simulare cupressum. vt est in grecorꝝ puerbio. Cęterũ hospitẽ aut pegrinũ litteris imbutũ poteris vix latine salutare. multomius pluribus verbis alloqui nisi rustice & inconcinne. quod si Senecę credere volueris tam diu immorandum est in studijs liberalibus. quamdiu nihil aius agere maius potest rudimenta sunt nostra nõ opera. LENT. Quid dicis tu? ego nup habui disputationẽ cum vno quem ad metã redargutionis deduxi. Et ĩde tãq̃ Aristoteles ab oĩbus laudatus sum. credis tu hoc nihil esse? VIG. Indoctos & rudes facile est vincere dum mõ maxime vt soles clamaueris. LEN. Nullũ est studiũ p̃ter dialecticũ. VIG. Falleris profecto. LEN. Ego video alibi stare aulicũ vnũ regis & scribã. qui bene scit quod sit optimũ studiũ. Nam ipse q̃ttidie videt & audit doctos viros & hincinde in diuersis partibus et cum diuersis hominibus plurima discit. Illum ego volo interrogare. vt dicat mihi veritatem de bono studio. VIGIL. Alloquere eum. LENTVL. Beneueneat dominus. AVLICVS. Habeo tibi gratias. LENT. Si tu non velles irasci aulice. ego libenter vellẽ te aliquid querere. AVL. Dicas audenter. Sũma enim cum animi tranquillitate audiam. LEN. Ego habeo hic lites cum vno qui vult me vitupare. q̃d ego non scio latinisare.

AVL. Si cum venia vis audire veritatẽ. maximo tibi vitio dandũ est. si sine latinitatis & sermõis ĩtegritate in numero cupis haberi eruditorũ. LEN. Quis omia potest scire nõne sufficit quod ego sum bonus artista. verissimũq; est illud. pluribus ĩtẽtus minor est ad singula sensus. AVL. Sermo latinus castus & purus nõ est cẽsendũ studiũ singlare a q̃q; ex artibus. Imõ quo omnes tãq; pprio instrumento et necessario vtuntur. Eloquẽtia enĩ vl sola ẽ. quę cũctas artes vel obscuras et ĩcognitas vl clarissias et notissimas reddit. Sine enĩ eloquentia quę per studia ista politiora atq; poetica aquiritur. omnes alię artes. ieiune. aride & non satis ornate haberi possunt. Nam si eloquẽtiam tollas. nihil est tam excellens quod non aliquando deficiat. tam magnificum. quod non funditus pereat. tam spectandum. quod non sordescat. tã egregiũ quod nõ sensim intereat. tam preclarum. quod nõ cõtinuo abolescat. Quid aũt tam incultũ tam horridũ. tam obscurũ. q̃d nõ elaborata oratiõe splendescat & tamq; excolatur. quid tam incredibile tam difficile quod non dicendo probabile & facile fiat. quid eloquentia laudabilius. prestabilius. amabiliusue vel admiratione audientiũ vel spe indigentium vel eorum qui defensi sunt gratia. quę postremo primum efficit. vt ea quę ignorãus discere. & ea quę scimus alios docere possimus. LEN Si tu stares in vniuersitate. & audires argumẽta pulcherrima quę adducunt. tu diceres nullũ esse studiũ preter dialecticũ. AVL. O bone Lẽtule. si quis gymnasium exiuerit. vix in decem ãnis occasionem habiturus ẽ de hijs rebus disputare. q̃ si tibi sit accedẽdus episcopus pro bñficio. amici excipiẽdi. vel inuitãdi ad prãdiũ. vel si sũt tibi negocia apd̃ regẽ aliosq; principes vt dicit seculares. crede mihi nõ est opus captiosis

argumẽtatiõibus. ſed latino ſermone caſto et elegãti quo ſi carueris. indoctus haberis ab oĩbus etiã ſi oẽs ſyllogiſmos tecũ in ſacco portaueris. Referã tibi verã hiſtoriam. Cum nup̃ eſſem in Inſpruck. audiui & vidi quendã ſibi multum arrogantẽ et alioquĩ nõ indoctũ. adeo corrupte & barbare loqui cũ cardinali Raymũdo. pro bñficio eccleſiaſtico. vt eũ tamq̃ indignũ a ſe ſummouere iuſſerit cardinalis. cũ tantũ exorſus eſſet ſic. Illuſtriſſ. ac btiſſ. legate ego ego (bis enĩ vel ter repetebat) ego ſum vẽturus hic apd̃ vos. quẽ interpellãs cardinalis. abi iam dixit. Ille rubore plenus abijt nũq̃ poſt hac reuiſus a quoq̃. Caue itaq̃. ne hoc olim tibi cõtingat. LEN. poteſt verũ eſſe. Sed ego odio poetas ꝓpter hoc quia laſciui ſunt & turpia narrant. AVL. Si poetę nõ eſſent legendi. nunq̃ Auguſtinus. nunq̃ Hieronymus. nũq̃ Baſilius. nunq̃ totius antiquitatis inſtitutũ ſimul in hoc cõſenſiſſet. vt hoc eſſet primum et neceſſariũ pueroꝝ ſtudiũ. q̃s caſtiores & meliores fuiſſe conſtat quã hodie viuat̃. et vtinã pueri et diſciputi ſacerdotibus et mgr̃is immo ruſticis & bubulcis cohabitantes. qui nullũ vnq̃ poetam aut viderũt aut legerũt nihil laſciuũ. nihil impudicũ. nihil flagitioſum viderent. audirent aut diſcerent. quod ſi omĩa ſcripta quibus amores. reſq̃ leuiuſculę cõtinent̃ ſunt cũ ſuis ſcriptoribus repudiãda. repudiemus libros biblioꝝ. quibus nihil ſacratius. nihil religioſius. nihil myſticũ magis exiſtimat̃. liber Geneſeos abiiciat̃. q̃niam in eo amores Iacob et Rachaelis. cõcubitus Sichẽ cũ Dina violentus. ſtuprũ Iudę cũ nuru Tamar referunt̃. Nẽo librum numeroꝝ ſumat in maĩbus. quoniã Iſraelitici populi fornicatiões cũ filiabus Moabitarũ in eo ꝓſcribũt̃. Caue legas Iudicũ volumẽ. cõtinet enĩ Sanſonis robuſtiſſimi molliſſimos cũ puella Dalila complexus.

librũ Hester ne tangito. docebit enim te quẽadmodũ Assuerus rex amorẽ amore. sicuti clauum clauo trudere conat̃. et ad ipaciẽtiã amoris leniendã p̃ singulas pene noctes nouas puellas deuirginat. libros regum nephãdos explodito. quibus Dauidis et Bersabes adulteria. eiusdẽ senescẽtis cum adolescẽtula Sunamite cõplexus. Ammonis cũ sorore Thamar incẹstus. Infandus Salomonis cũ reginis cõcubinisq; inumerabilibus. fatuẹ amatõnes cõmemorãt̃. Et vt semel finiam ip̃m Canticũ canticorũ tãq; Syreneos cantus obturata aure transito. cũ meros amores merãq; ipudicitiã. nisi mystice intelligãus resonare videat̃. quare bene dixit poeta noster laureatus. Virgo rosas lectat. rigidis de sentibus et nos. Optima carpemus dulcia et istar apis. Et vt in sũma dicã. sic eloquẽtiã discas vt ceteras artes nõ posthabeas. Nec item solũ cẹtere artes valent sine eloquẽtia. Nam vt Strabo dicit. Antiqui poeticã primam philosophiã quandã esse p̃hibent. quẹ ab ieunte nos ẹtate ad viuẽ di rationes adducit. quẹ mores. quẹ affectiões edoceat. quẹ res gerẽdas cũ iucũditate precipiat. LEN. Oh me miserũ vix intelligo quẹ loq̃ris. dabo tamẽ opam vt vel sero adhibeã preceptores ad cultũ sermonẽ p̃discendum. AVL. Nulla ẹtas sera ad discendũ videri debet. LEN. faciã p̃fecto. Sed oportet me etiã disputare cũ poeta vt eũ faciã iratũ. AVL. facias libere. LEN. Domine poeta. qd facis cũ studio tuo. Sũt enĩ omẽs poete lasciui et tractãt de amoribus turpibus. q̃d nõ est bonũ. POE. Loquere paulo honestius o Lentule de poetis. LEN. Sciebã quod irascerẽt mihi o Aulice. sed tamẽ non desistam. non igitur benedixi dñe poeta. POE. Serio tibi dico poetas esse vel p̃cipuos virtutũ precones. totãq; Homeri poesim laudem esse virtutis. vt vnus ex sanctissimis doctori-

bus nobis ſcriptum reliquit.nec ĩmerito. quis enĩ nõ videat omnia qbus humana vita recte inſtituat̃. precepta ab horũ libris veluti ex adorandis philoſophię penetralibus promi facile ac pcipi poſſe. qua obſecro acrimonia.quo verbor̃ fulmine.poetę omnes preter ſolos elegiographos.metũ.ignauiam.luxuriã.incontinentiã. impietatẽ.perfidiã ac omĩa iniuſticię genera. reliquaq̃ vitia inſectant̃.vexantq̃.quibus contra laudibus. qbus premijs.inuictam animi magnitudinem. & pro patria amiciſq̃ cõſideratam piculorum ſuſceptionẽ.religionẽ in deũ.pietatem in maiores.charitatẽ in omnes ꝓſequant̃.quod ſi duo aut ad ſummũ quattuor inuenti ſunt qui lubricos deſcripſerunt amores. libidinoſãq̃ venerẽ ſuis carmĩbus ornare ſtudueruũt. non ꝓpter hoc poeſis vituperãda eſt. nihilenĩ tã bonũ eſt qui ad ꝓniciẽ trahi poſſit per eos. qui vicijs et turpitudini ſtudẽt iuxta poetã. Igne qd vtilius? ſi quis tñ vrere tecta Cõpat.audaces iſtruit igne manus.Eripit interdũ.mõ dat medicina ſalutẽ.Quęq̃ iuuat mõſtrat quęq̃ ſit herba nocẽs.Et latro.& cautus ꝑcingit̃ enſe viator.Ille ſed inſidias. hic ſibi portat opem.Immo.Et ipſa ſanctiſſima theologia vel potius nimia philoſophia? nonne innumeros hereticos educauit. qui non ludicra vel laſciua ſcripſerunt.ſed quę in perniciem et damnationẽ hũani generis excogitata ſunt.Sed nõne iraſcemur theologie? minĩe hercle.Et ſicut theologia irreprehenſibilis eſt.ſic incorrupta eſt poeſis. licet ea plurimi abutant̃.ſicut & alijs rebus.LEN. Belle narraſti vt decet bonũ & honeſtũ virum.Sed audi adhuc vnũ.ego audiui a pueritia q̃d poetę libent̃ mentirent̃. POE. Eſt ꝓfecto vt dicis vulgatũ apud indoctos prouerbiũ.ſed hij neſciunt(teſte Lactantio noſtro) qui ſit poeticę licẽtię modus.quouſq̃ fingẽdo ꝓgredi liceat.

cũ officiũ poetę sit in eo. vt ea quę gesta sunt vere. in aliq̃s species obliquis figuratiõibus cũ decore aliquo cõuersa traducãt. nõ ergo res ipsas gestas finxerunt poetę. q̃d si facerent. essent vanissimi. sed rebus gestis addiderũt quendã colorem. Et iuxta Strabonẽ. Sicuti qspiã argento circũfundit aurũ. sic & poeta veris cõtemplatiõibus fabellas apponit. quibus elocutionem & dulcedĩe conciliat & ornatu. Et vt summatĩ dicam. Cęterę res neq̃ tẽporũ sunt neq̃ ętatũ omniũ. neq̃ locorũ. nostra aũt studia poetica. adolescẽtiã agũt. senectutẽ oblectãt. secundas res ornãt. aduersis ꝓfugium ac solatiũ p̃bent. delectãt domi. nõ ĩpediũt foris. pernoctant nobiscũ. pegrinantẽ. rusticantẽ. quod si ipsi hęc neq̃ attĩgere. neq̃ sensu nostro gustare possemus. tñ ea mirari deberemus etiã cũ in aliis videremus. vnde a Platone & Ennio diuini sunt poetę vocati. q̃ꝝ nomẽ nulla vnq̃ barbares violauit. LEN. Vera omnia esse intelligo. sed p̃cor ne mea verba in partẽ sinistrã accipias. nam ex tota amicitia & q̃dam iucũda verborum libertate dixi. nõ ad detractionẽ. Sũ enĩ ex sophistar numero q̃ꝝ mos est. in omĩbus rebus cõtrariã fouere partem ĩgenij acuendi gratia. POE. Ex mera amicitia prouocatũ me esse bene ꝓspectũ habeo. neq̃ ego honestã litterarũ disceptationẽ detrecto. Sed audi quis est hic disputantium clamor. LEN. Accede ꝓpius & audies. POE. Audiemus ergo.

QVINTVS ACTVS.

Crysippus. Leucippus. Poeta.

HRY. Cui rei studes o Leucippe. LEV. subtilitatibus Scoti. CHRY. Quid tibi videris de Scoto. LEVCIPP. Talis debet existimari ab omnibus. qui eruditione & ingenij subtilitate

c

ōmes doctores Christianos excellat. CHRY. omnes? mētiris ad collū tuū. LEV. verū dico. īmo et tu parcis veritati quem enī illi p̄ferre quisq̄ posset. CHRY. O longe excellit eū oīm doctorū princeps Guilielmus Ockam. LEV. Si credidero tunc dij perdant me. nihil enī teneo de secta vestra īmo oēs qui hanc fouēt tāq̄ capitales inīcos habeo. CHRY. et ego eos qui vestrā sectam p̄bant. LEV. Tace rana. CHRY. tace tu cicada. LEV. nisi me ratio tantorum virorū detineret non temparem mihi. quin te crinibus sursum deorsumq̄ tractarē. CHRY. vtinam attentares. minis nemo vnq̄ mortuus est. tamen hoc vnū denūcio & repetēs iterū iterūq̄ moneo. cornutam bestiam petis. & de me dici potest vt est in prouerbio. fœnū habet in cornu LEV. Expectabo ad suū tempus. tamē hoc non pigebit me dicere tuam sectam esse vanam penitus. et erroneam. CHRY. ego tuam falsam omnīo esse semp̄ predicabo LEV. dic tu domine poeta precor(quoniā nulli sectę addictus es) quę tibi verior p̄babiliorq̄ videat. POE. Vtra eorū verior sit & probabilior certant dialectici. & adhuc sub iudice lis est. Nec meū est īmo multum supra vires meas iudiciū ferre de harū sectarū doctoribus. Existimo tamē ambos doctissimos fuisse. Neutrum tamen eorū omnia nouisse. Nemo enī vnus. vt dicit Varro. omnia scire potest. Nemo itē est qui sibi nō in aliquo errore īdulgeat. Sed īcredibilis est error vt Lactācius noster Christianus Cicero testat illorū. qui cum aliquam sectam p̄bauerīt eiq̄ se addixerint. cęteras damnāt tamq̄ falsas & inanes. armantq̄ se ad preliandū. nec quid defendere debeant scientes. nec quid refutare. incursantq̄ passim sine delectu omnia que asserūt. quicūq̄ dissentiūt. Neq̄ teste Quītiliano id statim legenti persuasum sit. omnia quę oēs aucto-

res dixerunt vtiq; esse pfecta. Nam & labant aliquando & oneri cedēt. & īdulgēt īgeniorꝫ suorꝫ voluptati nec sīep intendūt animū. nōnūq; fatigantur. quare Seneca bene dixit. nō enī me cuiq; emācipaui. nullius nomen fero. multum magnorū virorū iudicio credo aliqd. & meo vendico. Et si me volueritis audire. omnino non est immorandum in his opinionū subtilitatibus. Pessimū enī hoc habēt in se. dulcedinem quandā sui faciunt. & animū egregiū ad maiora natum specie subtilitatis inductū detinent & morātur. vt in hijs tāq; apd Syreneos scopulos cōsenescat. q̄re rogo atq; obtestor vos ambos. desistite ab hac cōtēcione atq; mutuis ab inīcitijs. diuersitas enī opinionū nō ītroducta est ad odiū atq; inuidiā. sed ad nudam exercitatiōem. vt in scholis contrarij. in foro amici et fratres quēadmodum illi qui certant pila. lucta. cęterisq; gymnasijs idest exercitatiōibus. & vt finem faciā audite cuiusdā germani nō inelegātis sincęręq; eruditiōis viri verba. qui cum oraret de cōcordia illarum sectarum tādem ita cōcludit. Maneat obsecro vera fraternitas quę nllo certamine scholastico. nulla priuata affectione possit violari. Audiui ex fidedignissimis viris apud Parhysios in eodē collegio in eodē cubiculo siml fuisse. qui diuersas diuersarū opinionū doctrinas tradidissent. postea in eadē mensa veluti fratres siml esse refectos. Ne dubitate q̄ttidie eiusdē principis cōsiliarios super eodem negocio ꝓposito. diuersas & cōtrarias afferre sententias. nihilominus non altercantur mutuo. non inuident. cum senatum exeunt salutem sibi incipiūt. brachijs cohęrēt. simul pransitāt & inter se gratificāt. Sic & vos facere decet qui estis homīes. & hij qui cęteris modestia pręstare debetis. q̄niā estis philosophi estis vnius linguę. vnius nationis. vnius patrię. vnius

vniuersitatis membra, vnius facultatis artisticę filij, vniusciuitatis īcolę, sub vna fide Christiana, sub vna peripateticorū secta, habetis easdē leges, idem caput, eundem decanū, eadem statuta, eadē priuilegia, eandem viam ad fœlicitatem, quam non nisi per pacem, per concordiam, per fraternū amorē consequi possumus. Valete & plaudite, Bebelius recensui.

Ad Spectatores Epigramma.

Lusimus in paucis quę sit sententia nostra
De pueri studijs, doctificisq; scholis
Iudiciūq; meum tetro sine felle relatum
Iuro per ęternū sceptrigerūq; deum

Audistis, si non rugata fronte poetam
Nobiliora dein vel recitare studet
Imberbes tandem iuuenes defendite vatem
Vestra ꝓcurantem cōmoda; ab inuidia.

AD LECTORES.

Argumẽtum H. Bebelij Poetę Laureati insequentem Elegiam

Si nouisse iuuat, quantũ flagrantis amoris
Impetus attemptet; quã vehementer agat
Concitet et quantũ calor ad virtutis amorem
Quãqꝫ agiles reddat, morigeroſqꝫ viros
Hũc lege Cymonem; quẽ bella puella diſertũ
Et fortem ex fatuo reddidit, atqꝫ catũ
Aedidit has nugas Thuſcis, Boccatius auctor
In proſa; latijs mox Beroalde dabas
Bebelius tandem captus dulcedine rerum
Aſtrinxit numeris; imparibuſqꝫ modis

Elegia.

Amor Cymonis fatui: qui ex amore vir p̃stantissimus euasit. ex prosa oratione in numeros conuersus. per Henricum Bebelium Iustingensem.

Cyprus erat quondam regnis decorata nouenis
Vrbibus illustris. diuitijsq; potẽs
Insula diues agris & fęcũdissima tellus
Vt referũt Veteres historię q; suę
Huius municipes. inter ditissimus olim est
Nomĩe Aristippus nobilis in populo
Omĩbus in rebus. qui fortunatus haberi
Et potuit dici iure beatus item
In rebus nimiũ lautis fortuna repugnet
Sępius: vt mundi claudicet omĩe decus
Inter enĩ plures. gnatos tulit ille Galesum
Cõspicuũ forma corpore eisq; bonis
Vsq; adeo: ęquęuos esset formosior inter
Et mage procerus quos Cyprus omĩs alit
Verũ insanus erat: vecors: sine pectoris ęstu
Moribus incultis: vox quoq; crassa fuit
Quẽ neq; pręceptor. neq; vel solertia patris
Erudijsse potest: reddere vel docilem
Fabula fit vulgi: cũctis iam dictus ephebis
Cymon: quem fatuũ Cypria lingua sonat
Hoc tulit indigne pater: & cruciatur acerbe
Dum spes de sanis moribus omnis abit.
Vt q; suis non quottidie obuersetur ocellis
Atq; recens mẽtem torqueat vsq; dolor.
Iussit in agrorꝫ cultus & rustica mitti
Munera: villarꝫ & simplicitate frui
Illi tempus erat syluis cõsumere dulce.
Et bene cõueniens rustica turba fuit
Vt pote qui cũctis fuerat ciuilibus expers
Moribus: vrbanę nescius atq; togę

Dumq̃ ita sollicitus stiuę est ĩnixus arator
Officiũq̃ suum sedulitate facit.
Forte die quodam campis spaciat̃ apricis
Seq̃ vię comitẽ scipio solus agit.
Ver erat et tepidi spirauerat aura fauoni
Fragrat & in campis florigerũq̃ decus
Mulcebãt vario volucres modulamine cęlum
Et philomela suos tempat arte modos
Omia floruerant tũc est pulcherrimus annus
Vndiq̃ fronde nemus: gramina flore nitẽt
Haud ꝓcul est lucus multis non ceduus annis
Et bene ꝓceris arboribusq̃ nemus
Quo postq̃ venere viri planissima campi
Area cõspicit̃ quã subĩsse solẽt
Huic suberat dulcis crepitãtibus vnda susurris
Inuitans somnũ teq̃ quietis herũ
Istic inueniũt pulchrã dormire puellam
Vmbrifera in ripa gramine & in viridi
Huic adeo tenuis fuit et pellucida vestis
Vt decor in toto corpe visus erit
Ancillęq̃ duę fuit atq̃ pedissequus vnus
Qui comitant̃ iter virgineãq̃ viam
Quã dum lustrando Cymon videt attonitus mox
Hęserat: vt nũq̃ femina visa prius
Sic baculo innixus cœpit rimarier apte
Et faciem atq̃ habitũ virgineũq̃ decus
Singula mẽbra tacẽs spectat. flãmasq̃ latentes
Hausit: et in vultu lumina fixa tenet
Antea qui nũq̃ a tardo distabat asello
Qui caruit sensu quiq̃ sale orbus erat
Arbiter est formę factus postq̃ arsit in illa
Infixusq̃ imis vulnera fecit amor
Laudatur facies: fuluo & fulgentior auro
Cęsaries: nec non purpureęq̃ genę

Hic quoq; cõmendat frontẽ: niueosq; lacertos
Collaq; Bistonia candidiora niue
Nigra supcilia & laudatur eburnea ceruix
Nulla vel in toto corpe menda fuit
Nil non aspexit laudabile preter ocellos
Quos cum dormiret cernere non poterat
Mens erat interdum expgefecisse puellam
Vt nihil ex omni parte lateret eũ
At veritus nemoris diuam et genus esse deaq;
Formosa vt visa est nulla puella magis.
Non erat vsq; adeo rudis vt diuina caducis
Terrenoq; homini non meliora putet
Iccirco expectat dumq; expgiscitur ipsa
Sponte sua: q̃uis tempus abire fuit
Dum stetit obtutu tacito: defixa tenendo
Lumina de facie gaudia mluta trahens
Euigilat: cunctis virgo prelata puellis
Nomine que dicta est Iphigenia suo
Dum caput alleuat hoc vidit Cymona bacillo
Innixum ppe se stare quasi attonitum
Et quoniam fuerat Cyprio notissimus omni
Partim stulticia: diuitijsq; patris
Alloquitur stolidum virgo pulcherrima: Cymon
Quid nemore hoc queris dic p̃cor ipse mihi
Hic neq; respondens. vultu sed virginis hesit
Assidue: & nũq; flexerat hinc oculos
Namq; voluptatem tanto ex fulgore puelle
Concipere: & raram leticiamq; putat
Illa pudicitie obtutu timuisse periclum
In se tam fixo stulti hominis solita
Mox iter ingreditur Cymonem linquere curãs
Quem prius alloquit. quemq; valere iubet
Hic quia cõcepit torquentes pectora flãmas
Offert se comitem seruitiũq; suum

Et ſi non ęque tulerit comitatus honorem
Virgo: tamen fatuum vel repuliſſe timet
Vtq; fores vſq; ad patrias comitauit euntem
Declinatq; ſui viſere tecta patris
Alloquit q; patrem poſt hac non viuere velle
Talibus in ſtudijs ruriculaq; caſa
Primo cognatis hoc cęperat eſſe moleſtum
Ille ſibi pręſens ne dolor vſq; foret
Contandum tamē inducūt, dum cauſa liqueſcat
Tam cito mutati: cui placuiſſet ager
Comperiunt tandem pulchrę q forma puellę
Ciuilem ex crasſo reddideritq; catū
Ante ea quem nūq; potuere perita magiſtri
Flectere verba ſui, vel monituſq; ſacri
Impetrat ergo auide veſtes a patre decentes.
Sordidior ne ſit ciuibus ipſe ſuis
Lętatur genitrix, lętant ſanguine iūcti
Indulget q; pater quicquid habere libet
Ille frequens ſocios inter verſarier optat.
Vrbaniſq; cupit ſemper adeſſe viris
Nocte dieq; vigil rimari & quęrere: quo ſit
Moribus excultus quo q; placere queat
Ergo breui ſpacio triuialia grāmata doctus
Phōſq; inter vel numerandus erat
Solus amor cauſa eſt: cui dum flagranter inhęret
Emendat vocem clariſonamq; facit
Vſq; adeo, vt cūctis fuerit pręlatus ephebis
Eloquio: cantu: muſicanoq; modo
Omnibus atq; ſtudet (viſum mirabile cūctis)
Per quę virgineus concilietur amor.
Non alius quiſq; belli tenet aptius artes
Flectere velocis colla peritus equi
Quid plura? hic fuerat nulli virtute ſecundus
Quācūq; aſſumas, omnibus in Cyprijs

Digne igit dulcis veneris pręconia parta
Quis bene cõcelebret demeritũq; decus
Auspicio cuius virtutes agmine facto
Exeruere caput: quę latuere prius
Et quas ĩmitis tetro sub carcere clausit
Fortuna: ĩmodicis sępe iimica bonis
Has amor exp̃ssit qui marcescẽtia somno
Ingenia exacuit, desidiamq; fugat
Quiq; locis ex obscuris animos generosos
Eduxisse solet: inq; sup̃ma locat
Cũq; iportunus vel sępe licentior esset
Cymon, & a recta cesserit ipse via
Vt puta qui captus (quis enĩ modus est in amore)
Virginea forma tędiferoq; deo
Hoc tulerat genitor tñ: ex veruece politũ
Cum videat factũ: causa cupido fuit
Et quia Cymonẽ se a virgine dicier ante
In sylua audierat ludibrioq; habitum
Cymon enĩ stultus Cyprijs sonat, ipse Galesus
Consilio & gestis hoc abolere parat
Ardua quęq; studẽs accedere fortiter vnus
Nil nõ egregiũ cogitat atq; facit
Tolleret vt maculam hãc & gratior esset amicę
Nãq; loco mortis spretus amator habet
Atq; vt flagrantẽ paulũ moderet amorẽ
Neue esset semp̃ discruciandus item
Cypseũ appellat patrẽ & dignarier optat
Cõiugio gnatę virgineoq; toro
Cypseus cõtra se desponsasse cuidam
Asserit ex Rhodijs egregio iuueni
Cui genus a proauis clarũ & virtutibus ingẽs
Sit simul: at pactam frangere nolle fidem
Iam quoq; pacta dies venit ecce optabile tempus
Pasmũdas sponsam quo vocat ipse suam

Arserat iniusti stimulis agitatus amoris
Cymon: et ex rapto raptus amore furit:
Dum quid agat dubio nequicq̃ fluctuat estu
Indigno tandem vim parat ille toro.
Imminet heu quãto te te cõplectar amore
Tempus ait nobis prodere virgo tibi
Que mihi sola places. que sola vel ante rudentẽ
Reddis solertem tersiloquũq̃ virũ
Secum ita ter fœlix si quẽ dignabitur inquit
Illa virum: nec non ter similisq̃ deo
Iccirco aut moriar. vel te pro cõiuge ducam
O fortuna faue. tu q̃ supba venus
Stat rapere eximiã nobis. stat quicquid acerbũ
Marte pati: fiat dũmodo preda mihi
In genus omne mali p mille pericula rerũ
Scandere non fugiat quisqs amare cupit
Magnanimũ calidę veneris cõmertia poscunt
Non sunt hęc pauidis arma petẽda viris
Per gladios multi pulchras rapuere puellas
Fœlices constat quos senuisse tamen
Dũ sibi persuasit. secũ dũ talia tractat
Et sibi iam certum cõsiliumq̃ foret
Ecce vocat furtim socios & sanguine iũctos
Proderet vt: secũ quod statuisset: eis
Singula dũ narrat: certatim cũcta iuuentus
Se facilem prębet morigerãq̃ viro
Protinus eductã nauem: iubet armamentis
Aptari q̃ suis: et dare vela noto
Taliter inq̃ salo prestulaturus eũtem
Ad sponsum dominam: quã rapuisse parat
Iam q̃ aderant Rhodij iuuenes. pferre puellam
Ad sponsum iussi: luxq̃ iugalis adest
Excipiũtur honorifice: lautę q̃ parantur
His epulę hospitibus. & geniale merũ k

Mox dare vela ſolent ventis & remige læto
Adducunt ſponſam p̃ mare fluctiuagum
Sulcabat mediũ pinus ſecura profundum
Læticia & pleno turba ſoluta mero.
Irruit ecce audax Cymon qui ſiſtere nauẽ
Præcipit: armata vulnifera q̃ manu
Siſtite clamat atrox: aut mors erit omnibus vna
Naufragio q̃ dabo corpora veſtra truci
Strinxerũt Rhodij late vibrantia ferro
Tela: nec ad pugnam turba animoſa minus
Inijcit in Rhodias naues Arpagona Cymon
Nauigio q̃ ſuo detinet heu miſeras
Solus & in proram ſaltum dedit ocyus hoſtis
Non expectatis quos comites habuit
Inuicto q̃ animo medios volat ecce p̃ hoſtes
Agmina quęq̃ fugans qua ſecat ipſe viam
Strauerat & multos fatiente cupidine vires
Vulnere: cęde: ſuũ depopulatus iter
Non ſecus ac leo magnanimus violẽter in hoſtes
Percitus irrumpit ſternere cũcta petens
At vero Rhodijs impar ea pugna videri
Cœperat: vt totus cõcomitatus adeſt
Et ſeſe dedunt poſtq̃ non viribus æquis
Inſtructi: armatis cedere iure queant
Cymon captiua victor voto q̃ potitus
Affatus Rhodios talia verba refert
Ponite ſolicito conceptos corde dolores
O Rhodij: et veſtris rebus adite Rhodon
Non vos inuaſi: captus dulcedine prædę
Fluctibus in medijs: nec ſpolia ampla peto
Iuſſit amor facinus: nec quiſq̃ obſtabit amori
Et Venerem contra quis ferat arma deam?
Cumq̃ fidem genitor daret: hęc fuit inſcia facti
Fœdere ꝑpetuo quam mihi iũxit amor

Hijs ita dimissis ad se rapit ille puellam
Atq; renitentẽ fortior abstulerat
Phas & iura sinũt: lachrymis ait illa ꝓfusis
Legitimũ alterius cõmaculare torum
Singultu q; pias simul impediente querelas
Testatur facinus cælicolas q; deos
Cymon ad hęc: non est cur te macerare dolore
Debueris: tristi aut Iphigenia metu
Ille ego sum cui mors: cui vel spes vnica vitæ
Pendeat ex te vna de manibus q; tuis
Vicit amor fragilem: victo o ignosce fatẽti
Et si vir potior in nullus orbe tibi est
Si fueris vel bella minus peterere minusue
Vultus culpandus proditor iste tuus
Fecerunt alij rapuit Minoida Theseus
At decus illius sæcula nulla tacent
Mox comitũ assensu Cretea ad littora tendit
Sperat vbi tutus viuere posse magis
Istic cognatos quoniã q; & sanguine iunctos
Complures habuit: quosq; fauere putat
Quod veritus Cyprum versus si vela dedisset
Inferret q; patri tam spolia ampla suo
Discordes animos atq; indelebile bellum
Inter amicorum progeniẽ efficeret
Expassis igitur velis: & remige forti
Ad portum Cretæ concitus ire studet
Sępius aspiciens lætanti pectore prædam
Cuncta q; fœlici facta rogabat aue
Cui noctem memmisse fuit spes summa futuram
Aetneis flammis quẽ magis vssit amor
O cæcas hominũ curas o lubrica mundi
Gaudia: delectat quicquid in orbe: breue est
Ecce vaga: incõstans: incerta: volubilis, atrox
Fortuna: instabili mobilior q; polo

Gaudia Cymonis luctũ conuertit in atrũ
Et quicquid iuuit: causa doloris erat
Vix etenĩ placido transuectus marmore binis
Horis, & medium vix q̃ pegit iter
Instabat cita nox. cælum quę nubibus atris
Texit: & obscura est condita nube venus
Cum male Neptunus tumidis albescere cœpit
Fluctibus: et quatiũt mox vada salsa ratem
Et sine lege ruũt tristes in prælia venti
In Cretam: est nullus qui bene vela ferat
Hic trepidare omnes misceri & pectora motu
Diuerso incipiũt: pænituisse simul
Ipse negat rector se. quis status ipse futurus.
Scire. sed obliti munera quisq̃ sua
Tũc quantus fuerit mœror Cymonis: abunde
Vox nulla exprimere et nulla camœna potest
Cum reputet sese quandoq̃ fuisse beatum
Protinus at mersami æticlamq̃ suam
Attamen ante omnes tensis ad sidera palmis
Diriguit subito virgo pudica metu
Attonitęq̃ diu similis fuit: illa capillos
Et laniata genas tristia quæq̃ gemit
Tunc primũ admissum formidine crimẽ acerb at
Et pœnas tanti criminis esse putat
Dũq̃ ꝓcellosa puppis luctatur in vnda
Et capiunt vires flamina cũcta suas
Hi trepidi appellũt Rho don haud cali gine notã
Littore securi. dũmodo parta salus
Atq̃ locum dijs auspicibus venere sub illum
Quo Rhodij: quos hic misit abire prius
Clarescente die distantes iugere pauco
Viderũt Rhodios nauigiũq̃ suum
Iccirco ꝓpere & multis conatibus illic
Eduxisse ratem discupiunt q̃ fugam

Carbasa remigio & sudantibus acta lacertis
(Heu quantas vires contulit ipse timor)
Ventorũ rabies aduerso flamine, eodem
Littore destituit: nec sinit ire procul
Quos dũ vidissent nautæ: non gressibus arctis
Ad socios vnus nũcia grata tulit
Haud procul est sita villa quidem cirrata iuuentus
Qua se cõtulerat nobiliũq; globus
Illos appellat q; ex ordine singula narrat
Quis simul auditis: vndiq; turba ruunt
Patricijs sese agricolę iunxere sodales
Complęs: ne sint inferiore manu
Solicite q; fugam meditantẽ marmore sęuo
Cymona apprendũt Cyprigenasq; viros
In villam q; trahũt (vnde exiuere ruentes)
Vocibus horrendi læticia q; graues
Mox aderat summus ppli tũc ipse magister
Stipatus forti milite Lysimachus
Captiuos q; iubet cõfestim in vincula duci
Reddita Pasmundæ est Iphigenia suo
Iphigenia viro Cyprio mœstissimus ignis
Cui reliquũ (preter oscula pauca) nihil
Occurrũt sponsę: mites denso agmine matres
Nec capiunt Rhodias atria tota nurus
Solantes blande tanto de turbine tristem
Atq; fatigatam fluctibus in medijs
Iugiter et quãuis Pasmũdas instet & optet.
Vt capti intereant per gladiũq; cadant
His tamen admissum est sub carcere viuere vitam
Iam dudũ captos se q; abire dabant
Interea dum sic cũctis in vincla diebus
Essent addicti tristiciæ q; loco
Ipsa afflictorũ rursus fortuna miserta est
Inuenit q; modũ quo q; reperta salus

Namq; minor natu Pasmundę nomine dictus
Hormisdas fuerat frater at egregius
Enixe huic curat Cassandram iungere certo
Connubio: specimen virgineũq; decus
Instruere vt deceat possit genialia festa
Pasmundas: pompam magnifice q; paret
Attñ impensis leuibus si festa duoꝝ
Concelebret pariter certo eodem q; die
Hoc quia Lysimachus Cassandrę captus amore
Accipit indignans: & tulit ęgro animo
Attamen vt prudens premit alto corde dolorem
Sed quod opus facto est nocte diecq; putat
Quo possit turbare iugalia festa puellę
Quã se plus animo semp amore colat
Tandem cũ fuerit tũc summus in vrbe mgr̃
Vi pariter q; potens: hanc rapere instituit
Contra sed miserũ titulus reuocauit honoris
A tali incœpto sceptrigerę q; manus
Nam tanto scelus est cumulatius et mage turpe
Quanto delinquens dignior esse solet
Sic cõsultantis tandem igni cessit honestas
Atq; voluptati succubuit ratio
Cumq; magis visus nemo virtute vel armis
Prestans Cymoni Cyprigenisq; viris
Hos adhibere cupit: fidos sua cum geritur res
Libertasq;: nihil qua mage dulce fuit
In secretum igitur Cymonem adducere curat.
Carcere deducto talia verba refert
Cymon in aduersis qui magna picula fortis
Pertuleris: pauca hæc auribus accipias
Grandia mortali vel maxima munera donans
Immortale genus Cœlicolũq; chorus
Contulit haud vnq; in tectis plumisq; paternis
Dũ modo securum viuere fata sinũt

Elegia.

Virtus per ſalebras & mœſta pericula ſcandit
Hic vbi ſit ſudor ꝑpetuus q̃ labor
Quiq̃ agitatus in aduerſis extollere vires
Nititur, infracto quiq̃ animoq̃ fuit
Hunc manet a diuis honor & laus: gloria: merces
Aeternũ q̃ decus, ſidereus q̃ polus
Quod ſi priſtina vis tibi ſit ſi viuida virtus
Quæ pridem fuerat: expiare licet
Et vinces tandem: quia Nortia diua timentes
Deprimit: at fortes tollit & extimuit
Ad quę Cymon ait, ſi ſit ſpes vlla ſalutis
Perge docere: meũ ſit tibi ſeruitiũ
Carceris, ille inquit: Paſmundas anxius author
Inq̃ necem veſtrã nocte dieq̃ vigil
(Quis dolor heu miſero? verũ ſi ſentis amorẽ)
Fœdera concelebrat legitimãq̃ facem
Haud ſecus Hormiſdas Caſſandram ducere frater
Deſtinat: heu flãmam deliciaſq̃ meas
Atq̃ a fortuna reliquũ (niſi conſcia virtus)
Nil reſtat miſeris nec medicina ſubeſt
Ergo age vel ſtrictis gladijs rapiamus amatas
Sic tibi libertas chara q̃ virgo datur
Namq̃ ego nõ tantę patiar diſpendia flãmę
Aut moriar: ſine qua viuere dulce nihil
Cymon (cui nihil hac vna re optatius eſſet
Omnibus ex votis) ore diſertus ait
Te vel adimitem Scyllam vel regna Getarũ
Ad q̃ nigras Ditis te comitabor aquas
Si modo quod narras facinus fortuna ſequatur
Quo res cũq̃ cadat præſto futurus ego
Sit tuus iſte labor nũc qua ratione quod inſtat
Conficier poſſit: iuſſa ſed ipſe ſequar
Intrepiduſq̃ adſum, nec me vis vlla volentem
Auertet: dum artus ſpiritus hoſce regat

Lysimachus contra: lux quando perendina venit
Sed cũ mox phœbus mergitur oceano
Tecta maritorũ nuptę: ardẽtissimus ignis
Amborũ. intrabunt noxq; iugalis erit
Armati obstemus fida stipante caterua
Nũc opus est raptu: martigenaq; manu
Inq; ratem. ꝓpere raptum ducemus amorem
Nup ad hoc factam. mox fugere inde leues
Quod si quid cupidis obstet mittamus ad orcum
Comꝓbat hoc Cymon atq; paratus adest.
Iam q; dies aderat & cõiugiala festa
Regalíq; nitent atria tota dape
Iam matronarꝫ cõuentu turba frequentat
Nobilibus pompis tædiferamq; domũ
Ecce volant celeres hinc inde agilesq; ministri
Qui mensas onerãt nectare cũq; epulis
Interea gladijs tectis instructus vterq;
Cum socijs Cymon. Lysimachusq; suis
Agmine diuiso quosdam custodia portus
Accipit. et quosdam vestibulũq; domus
Lysimacho q; comes Cymon cũ milite forti
Sponsorũ intrepi tecta subire solent
Mox q̃q; ꝑ scalas intrant cænacula. mensis
Inuersis. rapiunt. tunc sibi quisq; suam
Omnia lamentis ꝑ quę cõplebat amaris
Turba puellarꝫ fœmineũq; genus
Inq; repentinos cõuiuia læta tumultus
Versa. simul cũctos clamor ad arma vocat
Raptores strictis gladijs exire volentes
Pasmundã in scalis obuiũ habere vident
Armatũ enormi baculo. dũ tantus ad aures
Venisset clamor cũ fremituq; truci
Quem valido Cymon fortis mucrone trucidat
Exanimũq; caput corruit ante pedes

Hic idem Hormisdam fraternaq; fata volentem
Vlcisci: interimit: pessimus hostis amor
Longa referre mora est media de plebe iacẽtes
Effususq; cruor atria tota replet
Ergo ambo celeres ꝓperant contingere portũ
Per mediosq; hostes agmina quęq; secant
Nauibus ascensis spolioq; onerata petito
Carbasa soluentes: hinc ꝓperare student
Dũq; bonis auibus Cretea ad littora ventũ est
Excepti q; suis comiter atq; forent
Solennẽ celebrant genium & sponsalia festa
Læticię intenti blandidulisq; iocis
Sæpius hinc turbę exortę varijq; tumultus
Et Rhodios inter Cyprigenasq; viros
Exilio tandem exacto concordia facta est
Et patriam repetit cõiuge quisq; sua
Atq; ibi fœlices multis vixere diebus
Concordi voto coniugijq; bonis

FINIS

Ad Gasparẽ hũmel phm̃: musarum Symmathiten.

Cum plęriq; om̃s simus vel lumine capti
In nostris rebus, nyctimenę q; pares
Visere digneris si quo sit lapsus amicus
Nam nihil exacte quod ꝓpere efficitur
Displicuisse tibi quædam si sensero Gaspar
Cętera confisus sum placuisse tibi
Hęc quia deuenient vel Langij opinor ad aures
O tam præstantis doctiloqui q; viri
Cui nihil: excultum nisi sit: sacrare licebit
Lima ideo asperior pessima quęq; secet

Ad Benedictum Farner Acãthinopolitanum: phm̃ & iureconsultum.

Sunt apud Aeneadũ mihi certa negotia regem
Quẽq; aditare volo vel benedicte breui
Inq; vicem nostram te successisse legentem
Interea exopto: supplicitercq; rogo
Nec quicq̃; obtendas. non est tibi rustica vena
Ingenij: musas qui sophiamq; sapis
Obsequeris socio: nec dedignere petentem.
Perpetuus meriti debitor huius ero
Atq; ego polliceor deuinctus munere tanto
Omne meũ studium seruitiũq; tibi

FINIS.

Elegia H. Bebelij Iustingen. de miseria humanę conditiõis Ad nobilẽ et eximiũ virũ Hartmãnũ de Eptingen Canonicũ Basiliensem dũ laboraret podagra.

O mihi Mecœnas musarũ magnus amator
Hartmãne eximios inter habende viros
Nõ tibi sit durũ tristes tolerare dolores
Orbe sub hoc gemitus valleq; tristiciæ
Socraticã sapiens ꝓponas sumere frontem
Sideribus placidis letus & vsq; malis
Noluit hic rebus nimiũ gestire beatis.
Rebus in aduersis obrutus ille nihil.
Fortem habeas animũ mortis terrore carentem
Mœsticiæ & luctus. quodq; dolere facit
Et lugere nefas: nequeas quod triste mouere
Nam quicquid patimur fata proterua volũt
Dulcia mortales fata hæc et tristia cogũt
Ferre: bonis tocies inuidiosa viris
Sint alijs Arabum messes sit Lydius amnis
Diuitias habeant possideantq; Midę
Sint Calabris armenta iugis: Cãpania diues
Sardinię segetes mala quoq; Hesperidũ
Purpureæ vestes: tyrijs infecta venenis
Nobile sit quicquid quęlibet ora ferat
Sidera mi faueant: fati sit & hora benigni
Diuitior regũ nullus in orbe foret
Conditio miseros vrget tam nubila mundi
Tranquillusq; manet nullus in orbe status
Legimus hoc propter Thracas seuũ & rude vulgus
Funera natorũ cõcelebrasse choris
Plausibus & saltu mixtos iuuenesq; puellis
Et vetulis mixtus durus arator erat
Excipiũt pueros mœsta iam fronte creatos
Et decus est lachrymis sępe rigasse genas

76

Namq; opus ingressis vitã est pferre labores
Multiplices : simul et tristia multa pati
Cũq; fame q; sitim : morborũ mille figuras
Sollicitas curas pauperiem q; grauem
Estiferum solem : Scythici q̃q; frigora chauri
Et pluuios austros : sub ioue ferre niues
Cũctaq;(si centũ lingnis comitatus adessem)
Que torquẽt miseras enumer asse negem:
Attamẽ ex tumulo luctus curæq; molestę
Et dolor & morbi deperiere simul
Aureus his animus supa delapsus ab æde
Thracibus : & melior sensus adesse nequit
Orbe sub hoc nihil est ex omni pte beatum
Nec cuiq; semper fata superba fauent
Hæc miseros pressant varia ad discrimĩa mortis
Huic caput abscissum : frangitur ille rota
Hic moritur furca miseris ĩfamia pendens
Cognatis : gemuit quẽ miseranda parens
Piscibus hic cibus est imo sub gurgite mersus
Oceani : cupiens mercibus esse potens
Hunc sitis extinxit tostos dum pgit ad Indos
Dum placet eoo gẽmula lecta mari
Sidonio hic mutans tinctas cũ murice vestes
Diuitijs : rapidis obrutus ipse notis
Aphricus hũc leo suffocat vel belua martis
Griphes ptimuit gens Arimaspa truces
Alter enim ĩmitis nocuo cadit ense latronis
Consatians q; lupos alituũq; pecus
Sũtq; venenoso ledat quos vipera morsu
Et quibus intulerit dira Cicuta necem
Multos sustulerant aconita iniusta nouercæ
Herbas quas legit Colchica terra dabat
Lurida Thessalicis vel Marsis gramina campis
Non nullis vetulæ noxia verba nocent

Humanę condi.
Classica nũc passim sonitant & bella parant
Ante diẽ miseros tollere parca queat
Millia multa cadũt : regni dũ vana libido
Indupatores mouerit atq; duces
O dolor ah gemitus miseroꝝ sanguine torrens
Defluit : ignotũ perdere quando datur
Non ꝓ iusticia. nec item ꝓ nomine Christi
Atq; Hierosolymis vt soliti estis aui
Sed pro diuicijs vano & moderamine regni
Nomine vel grandi marcia tela vibrant
Sic ducis vnius culpa : cũ corpore & vmbra
Mille homines pereũt. sed numerare nequis
Et modo Teuthonicus si sint stipendia ꝓmpta
Miles adire solet solis vtrasq; domos
Syrius hũc ardens nũq; vel bruma retardat
Stridenti Borea sarmatico q; gelu
Prę mia ꝓponas : quis sis non quęrere curat
An pro iusticia bella cruenta geras.
At funesta cohors pua stipe vendere vitã
Qui potes? atq; animã negligere atq; deũ
Qui potes in meritũ duris iugularier armis?
Qui similem perimis iam moriture cades
Quę fera tam sęua : in sociũ sęuire repta
Inq; genus ꝓpriũ dic mihi miles atrox
Inquinat haud vrsus dentes in sanguine fratris
Hircano hoc itidem littore nata tygris
Hoc miser attentas diuę rationis egenus
Ob sacras animã pessime ꝓdis opes
Iam ruis ad manes vix sicca morte pemptus
Pars gladio aut saxo : pars cadit igne : gelu et
Aut si de multis fortuna pepcerit vni.
Ille cicatricũ plurima signa gerit
Agmĩe & in toto multis sunt brachia mãca
Maxillas sine vel vulnere raro vides

Non secus atqꝫ duces mors sanguinolenta misellos
At inopes olido carcere fata manẽt
Autqꝫ ego nõ alios hoĩes grauiore perire
Cõdcõe reor, vel mage fluctiuaga
At resipisce semel tandẽ mauortia turba
Et discas summo numẽ inesse polo
Pro qꝫ fide pugnãs Turcas cõtunde feroces
Sic tibi fit requies fitqꝫ penne salus
Vndicꝫ disturbãt nos mille pericula rerꝫ
Mœsticięqꝫ vacat nullus in orbe locus
Alter ad ignotos abauitis sedibus actus
Pergit & inuisos increpat vsqꝫ deos
Cogit ille suis tremebũdas dicere leges
Ciuibus: et pauidos voce citare reos
Intentus ꝓpriis mallet cũ ducere vitam
Priuatã: nã res negligit inde suas
Alter amans solus populo imperiosus haberi
Cogit, ah supplex sub iuga ferre pedem
Hos metus exanimat facies q̃qꝫ dira tyranni
Et ꝓpri nũcꝫ certus amor qꝫ fauor,
Hic queritur tristis viduatã ꝓle toralem
Assiduo lugens sidera tetra sibi.
Iste dolet nimiã misero cõsurgere ꝓlem
Namqꝫ alimẽta sibi defore credit inops
Cõiugis et ꝓles lesum sub corde pudorẽ
Deplorãt: falsi & nomĩa victa patris
Cęcus amor multis veneris q̃qꝫ dira libido
Incutit insanę nubila fata necis
Pyramus est testis qui (dũ Babilonia Tisbe
Tarda venit) ꝓprio leserat ense latus
Rupit & indigno Phyllis sua colla capistro
Dũ manet heu frustra Demophoonta suũ
Et vitã amisit dũ vult Holophernes amare
Qui q̃qꝫ Abydeã est sępe remensus aquã

Humanę condi.

Et diues Priami ſceptrũ : tot regna tot vrbes
Funditus excidit imperioſus amor.
Oẽs humanos ſupat venus anxia morbos
Herbis qui nũcq̃ : aut pellit̃ Hippocrate
Seuus amor raciõe caret : caret impius omni
Menſura atq̃ modo : lege: pudore : metu
Quicquid amor iuſſit ſeu phas ſeu iura reclamẽt
Obſequit̃ facilis quiſquis amore calet
Quiſquis amat patit̃ lachrymas ſuſpiria luctus
Cũ gemitucq̃ cruces anxietate madẽs
Ferre famã : tolerare imbrẽ : cõtemnere ſomnos
Sub loue lenta pati frigora iuſſit amor
Somniet aut vigilet ſibi deniq̃ quicqd agat̃
Offertur cordi dulcis amica ſuo.
Nulla dies vnq̃ veniet tam ſole ſereno
Quĩ gemat : & leſi corda purat amor
Vanaq̃ deludũt ſopitum inſomnia amãtem
Perpetuis noctẽ ducit & in lachrymis
Et puer & cæcus : nudus : pharetratus & ipſe
Alatus : Veneris fingit̃ ignis edax
Quod faciat q̃ ſenes pueros & luce carentes
Quod feriat miſeros. quod leuis errat amãs
Et quis tam dextro pede ſit cõiunctus amice
Męroris demũ ſenſerit ille nihil
Viuere nũ potuit fallaci captus amore
Quẽ nõ pœnituit colla dediſſe iugo
Sic veneris finẽ complẽt abſinthia triſti
Succo : cũ tribulis Corſica mella ſimul
Nec mihi fœlices quiſq̃ pſuaſerit illos
Quos mala luxuries nocte dieq̃ trahit
Hæc prędulce malũ eſt. hoc pniciosior hoſtis
Quo magis incautos blandus amicus abit
Nã cui non dulce eſt vino dapibuſq̃ paratis
Indulgere : ſimul ocia longa ſequi

Atq; puellares ludos duxisse choroscq;
Et si quid reliquũ luxuriosus amat.
Laudabant veteres si quem vixisse modeste
Constitit. & frugi vel tenuisse modũ
Tunc pudor & ꝓbitas tũc nos ascręa colebat
Sed nũc in ꝑcio est ĩmoderata gula
Ducitur heu pulchrũ iam amplas siccare lagenas
Et calices totos euacuasse meri
Ille ꝓpino tibi & ferio te voce sonora
Clamitat: epotum tradit & inde scyphũ
Expectans alter nulli vult esse secundus
Atq; ad mensuram cõuocat hinc aliũ
Optimus hic demũ qui plus hausisse ꝓbatur
Illius laudes cõpita nulla silent
At quantũ ębrietas noceat vel amicta dolosis
Illecebris: nequeo cõmemorare satis
Quippe nec aut pestis tm̃ nec tela nec hostes.
Quantũ sola nocet dira libido gulę
Hęc male mortales hebetat caligine sensus
Ingeniũ effętat debilitat q; caput
Hęc morbos malesanandos & tristia fata
Et subitas mortes hec peperisse solet.
Hęc phas atq; nephas paruo discrimĩe ducit
Queq; suos famulos mẽtis egere facit
Magnus Alexander toto domiator in orbe
Gentibus inuictus ebrietate cadit
Imperiũ Assyrijs rex Sardanapalus & ipsam
Amisit vitam luxurianter agens
Victrix Italię perijt Maurusia plebes
Dũ male cãpanas luscus amauit opes
Legimus & celsas luxus quas verterit vrbes
Eximios q; duces fregit Hiacchus iners
Multaq; ꝑterea sunt nostrę incõmoda vitę
Vndiq; nos agitat vasta ꝓcella maris

Humanę condi.

Credit̃ a multis ſummos cõſcendere honores
Et florere diu : non niſi quẽq; malum
Qui ſimulare fidem : blando p̃texere vultu
Nouerit atq; dolos : blandiciaſq;
Et tandem [illegible] qui crimine præſtet
Faſcibus euehitur diligiturue ſatis
Fallimur ah miſeri : nulli funeſta quietẽ
Crimina p̃mittunt : nulla ſalus ſceleri eſt
Excruciant animũ : & ſemp̃ peccata remordent
Quodlibet ad fulmen : pallet inane ſcelus
Credite prauorũ non eſt diuturna poteſtas
Nam male queſitũ perditur atq; male
Et ſi ſis Cœſus ſi ſint tibi Perſica regna
Ex animo tantũ iure beatuſeris
Conſcia mens vt cuiq; ſua eſt : ita diues inops ve
Nam vitijs nullo tempore parta quies
O infœlices vrit quos ardor habendi
Et ſitiunt quicquid verſat harena Tagi
Eripit heu dulces ſomnos veſana cupido
Et requiem nullo tempore auarus habet
Inſomnes longo ducens examine curas
Ne ſibi cõgeſtæ diripiantur opes
Qui ſibi non ſtatuit locuplete in pectore finem
Atq; animo poſuit diuitijſq; modũ
Ille hic (crede mihi) poterit nec iure beatus
Dicier aut fœlix : ſed magis Irus inops
Quãuis Lydorũ teneat ditiſſima regna
Dalmaticũ ve aurũ vel Babilonis opes
Non illum auriferis ſaciaret Hiberia foſſis
Non Hermus rutilo flumine plenus opũ
Nũq; diues erit : nunq; ſaciabitur vllis
Diuitijs : quiſquis plura cupiuit inops
Peſtis auariciæ p̃ mille pericula : mortes :
Tormenta et caſus : exitia atq; trahit

Hanc adriæ fluctus nec Scylla voracibus vndis
Territat: aut reflua seua Charybdis aqua
Classica quietiam: tot tristia bella: tot enses
[illegible] diuitis arca tulit
Illa vias docuit pperandi [illegible]
Quas mare quas tellus quas dedit ira nocens
Strangulat heu multos nūmorꝫ sacculus ingens
Census & exuperās: diuitięqꝫ sacrę
Et fuit exitio dominis fœcundus agellus
Sæpe. timēda agri fertilitasqꝫ soli
Temporibus sicut diri ĩmitisqꝫ Neronis
Longino nocuit ditia habere bona
Et Senecę eximio cōgesta pecunia mortem
Intulit: & multis quos numerare piget
Adde quod(vt phibent) locus est rarissimus ipsis
Ditibus: in superis Elysio qꝫ lare
Preter auaritiam vitiū nāqꝫ omne senescit
Illa die crescens tempus in omne manet
Est minus infœlix modicis cōtentus agellis
Rusticus: & quisqs simplicitate nitet
Ergo quisqs ades fastus cōtemne proteruos
Ex his cōsurgit cura molesta tibi
Vtere sed lætus tibi quod natura ministrat
Sic melius viues diues in orbe satis
Nec mihi liuor edax vllam nouisse quietem
Credit: aut dulcem sumere in ore cibū
Dū dolet alterius successu: & sorte secūda
Heu gemitu quali pectoris ima replet
Si tibi vel mihi sit nūmorꝫ maior aceruus
Aut plus possideas suppliciūqꝫ suū est
Quod placido careat somno: rodentibus ipsum
Assidue curis: quo qꝫ dolore gemat
Aspice quā pallor vultū subduxerit omnē
Quam sit totius tristis imago viri

Humanę condi.

Et demũ inuidiã comitatur factio discors
Seditione potens : iurgia : bella : neces
Iustius attamẽ inuidia est nihil hæc quia primo
Authorẽ rodit excruciat ꝙ animũ
Vexat itẽ multos furor ambitiosus honorũ
Scandere dũ cupiũt nocte dieꝙ rotam
Ast ego fortunã regum vel celsa ducũꝙ
Atria nec quisꝙ iure beata putet
Vel quibus incumbũt tam multa pericula vitæ
Et ferrũ & saxum : dira venena : neces
Hic vigilis timor est : curaꝝ & mille figuræ
Sæpeꝙ suspectus tuꝙ satelles eras
Hoc bene cognouit Sicula regnator in aula
Dũ se fœlicem diceret esse sophos
Pendit in auratis regũ laquearibus ensem
Ceruices supra : iussit & esse sophũ
Ostendens quã sit nũꝙ syncęra voluptas
Instabili regno plena corona metu est
Discite non nimiũ lautis cõfidere rebus
Magnanimi o reges belligeri ꝙ duces
Aequa sed ꝓmpti semp cũ mente bifrontis
Fortunæ mores tollere fluctiuagos
Ludit in humanis rebus sors infima summis
Admiscens : firmũ sed sinit esse nihil
Præcipitat reges : seruos ad sidera tollens
Ex seruo regem rursus ad ima trahit
Diues erat Crassus qui sorte pemptus iniqua est
Et Cæsar ꝓiter victor in orbe cadit
Sic cadit inmensus cui vix suffecerat orbis
Pellęus iuuenis tuꝙ Philippe parens
Crœsus enĩ captus didicit ditissimus olim
In vita fœlix quod nihil esse queat
Hoc Xerses didicit, Cyrus rex ponticus atꝙ
Et cũ Romuleis Argolici ꝙ duces

Sunt miseri viuũt quicũq; sub orbe Dianæ
Nec quisq; fœlix tempus in omne manet
Legimus Assyrios multis regnasse triũphis
Cum Medis Persas nũc. nisi nomẽ habent
Græcia vel quondam extulerat vexilla p orbem
Nũc famula est Turcis sub pedibusq; iacet
Mœnia Quirini q regna nec vlla potestas
Firma diu maneant: vel monumẽta dabũt
Sic quos ex humili magna ad fastigia rerum
Extulit & pariter cõspicuos q facit
Mox rapit in preceps fortuna volubilis illos
Et quibus infesta est post modo amica redit
Et quẽ diuitijs donauit diuite cornu
Irus erit subito: verterit illa rotam
Hoc ita disposuit summi moderator olympi
Iudice me: diua nec ratione caret
Vt nihil hic homines possent sperare perenne
Sed simul instabili cũcta perire gradu
Quodq; solum incolimus patriam non esse quietã
Sed durũ exiliũ tristiciæq; lacum
Qua semel emensa per tot pelagicq; pcellas
Et fluctus vitę luctificas q vices
Ingrederetur homo patriamq; & regna parentis
Tũc non deficiet tpe parta quies
Sũt tamen heu plures: qui nulla incommoda ferre
Iudice se ostentant: nulla pericla timent
Quod sibi diuitiæ. quod sint de stirpe vetusta
Cõiugis & castæ penelopeus amor
Incolumes: pulchri: iuuenili prole beati
Nec graue sit quod non vel bene ferre queant
Stulte quid insanis: multis fortuna beauit
Muneribus. si quos pcipitare cupit
Raro casas humilis vexat Rhãnusia diua
Sed regũ turres mœniaq; alta petit

Omnia p̃tereas : ſperes & diues obire
Et florere diu : nec miſeranda pati
Expectes paulum : veniet rugoſa ſenectus
Cum qua morborũ cõuenit omne genus
Ecce valetudo aduerſa : & nodoſa podagra
Debilitans greſſus : Chiragra & ipſa manus
Et tua forma fugax veluti flos tactus aratro
Marceſcet : nũq̃ nec reditura perit
Sis validus ſis cõſpicuus quocũq̃ decore
Mox rapiet tremulo pigra ſenecta pede
Cũctarum ſequitur tandem ſeuiſſima rerum
Mors nigra quę tollit nobile quicquid erit
Quippe roſas ęqua vel ſpinas falce reſectat
Nec locus ętati eſt . omnibus vna quidem
Tempore quo immineat res o digr'ſſima luctu
Non homini tutũ eſt ſcire nec ullus habet
Nemo tam ſolitus diuos habuiſſe fauentes
Vt bene ſit certus viuere poſſe diem
Ergo Heracletus merito fleuiſſe ſolebat
Gaudia falſa hominũ : ſpem quoq̃ fluctiuagã
Stulticiam fleuit : curas & triſtia vota
Afficere & quicqd pectora noſtra ſolet
Inconſtans quia res hoim eſt : incerta : caducis
Mobilior folijs . mobiliorq̃ polo
Sola igitur virtus faciet te iure beatum
Munia poſt vitæ poſt obitũq̃ tuũ. Vale.

FINIS.

m

Epigramma.

Ad Sacerdotes de tribus questionibus sibi a domino ꝓponendis.

Vindicis horrendũ timeas si forte sacerdos
Iudiciũ: inferni & regna tremenda canis
Hęc tria sunt animo semp meditanda fideli
Vt ratio per te reddier ipsa queat
An bona quęsieris iuste ecclesiastica: turpi
Nec præbenda lucro parta vel empta tibi
Si bene si iuste vitã vixisse probabis
Fugeris & quicquid ducit ad ima stygis
Rexeris an bene catholici curã gregis amplam
Quẽ tibi cõmisit summus in arce deus
Quod si deficias si non purgabis amice
Hęc tibi ꝓposita & iure tenenda tibi
Quã timeo vt dicas (cũ buccina summa tonabit)
Ah mallẽ in gelidis montibus esse lapis.

FINIS.

Satyricũ. Carmen.

Satyricũ carmen H. Bebelij Iustingen. in nephandos nrę tẽpestatis mores: & cõtra detractores pessimos.

Vid faciã in mũdo. sim iustus amator honesti
q Sim vita sanctus multa virtute ꝓbatus
Despicior vulgo: cõtemnor: hypocrita dicor
Et simulator iners quandoqꝫ fuisse nephandũ
Ah satius credo (tanta in caligine rerꝫ
Versamur miseri) quã nũc ꝓbitate nitere
Tam penitus pulsę terris virtutis amantes
Diuæ: sed tm̃ tenebrosi semina ditis
Liuor edax: odia: & sine fine maligna voluptas
Alterius damni terris iam summa colũtur.
Surgam igit ꝓpere medio cursurus ab orbe
More patrũ syluas vagabundus deuia tesqua et
Stat colere: & medios inter cœnare ferarꝫ
Conuentus: mites o tigres este lupiqꝫ
Et quęcũqꝫ famelica bestia. mitis adesto
Namqꝫ ego ceu frater Samijs saciabor in hortis
Arentẽqꝫ sitim pellam torrentis ab vnda.
Belua non vsqꝫ nostro ledetur ab ore
Sit casa qua possim ęstiuos cõtemnere soles
Et pluuios austros. scythici quoqꝫ frigora chauri
O liceat colubros inter posuisse cubile
Gramine sub viridi quocũqꝫ loco atqꝫ recessu
Proijciam corpus. plumarũ nulla libido.
Huc fugere nouẽ phębo ducente camœne
Cecropis huc Pallas quis cũ cõmertia nobis
Quis cũ solabor breuiuscula tempora fati
Dũ mihi fatales resecabũt fila sorores.
Curabunt alij. cõmunia condier inter
Busta ꝓpinquorꝫ. sit mens infracta ꝑ omnes
Terrores mortis. si occurrũt mille figuræ
Vltricesqꝫ deæ vmbrarꝫ atqꝫ horrenda Megęra

Quasq; fouet diras aias nebulosus auernus
Terribiles volitent moriẽtis lumia circũ
Sępius vt solite: vicijs si quando iuuenta
Torpuit: & cõmissa meũ sine fine fatigant
Pectus adesto ꝓcor mitissima virgo polorꝫ
Quę potes aspectũ ditis remouere ꝓphani
Me cõuexa tegant cæli quocũq; locorꝫ
Aerię seu me volucres (q̃ malo) vel vrsi
Depasti fuerint liceat sim piscibus esca
Dũmõ sidereæ scandat mens mœnia sedis.
Ibo igitur ꝓpere casus quocũq; iubebit
Et pes quo ducet populos visurus in orbe
Extremo: Meroen supra cancriq; sub axem
Ire libet si sunt, vel Nilum a fonte bibentes
Quãdoquidẽ inuidiæ stimulis & mille sagittis
Impetor & ledor veluti malefactor iniquus
Sim bonus & (liceat) multũ dijs testibus æquus
Tam canis infernus gentes suffudit in omnes
Virus lætiferũ subductus ab Hercule in orbem
Vt pauci possint (veri caligine cęci)
Prendere quid deceat quid honestũ quidue tenendũ
Vade igitur furias inter numerande pudendas
Liuor iners quõdam sedes habitare sepultas
Ditis: vt ostendit maciesq; simillima morti
Horrenda & stygio facies pallore grauata
Liuentesq; oculi suffusi felle pusto
Quid tibi nobiscũ, tandem malesane recedas
Desere mortales quos vndiq; semine tetro
Fœdasti tecum rixas cędesq; nephandas
Atq; simultates tecũ sub claustra reporta
Cerberea, inuitis nam te ꝓspectat ocellis
Tota cohors hoim: quisq; ne viuere tecum
Aut velit aut poterit, cũ tam mala verba ꝓfari

Carmen.

Irrequieta velis in quoſquos omnibus horis
Exoptare ſimul iuſtis mala: amare nephandos
Omnibus inſultas nũc fulmine vocis apto
Euomis in quoſquos liuentia verba: nocere
Murmure nũc tenui ꝓperas corrũpere famam
Cũctorꝫ: a facie quamuis laudaueris omnes
O bona falciferi Saturni ſęcula: tũc non
Terricolis tecũ fuerat cõmunio: ſed tu
Mœſta tenebroſę vexabas lumina lethes.
Nũc ſuperis auris feciſti ferrea ſæcla
Quercubus ipſe fauũ decerpſti: lacte fluentes
Orbaſti fluuios limoſo flumine turbans
Bella paras ducibus: armaſti ſanguine multo
Fraternas acies & dira aconita nouercis
Inſtruere edoctus: patrius quẽ fuderit enſis
Sanguine lętaris. cognata & cęde virorꝫ]
Quid plura & nocuũ quicquid repitur in orbe
Inuidiæ inuentũ eſt o rerꝫ peſſimus hoſtis
Tu reperis gladios quo ſint ad tartara mille
Horrendęq; vię: fatales nonne ſorores?
Sat fuerant mortale genus depdere lęto?
Omnibus inuiſus rebus gaudere ſecundis
Neſcius aduerſis faciaſti pectora lęta
Eſt natiuus amor integros nõq; nocentes
Vexare inuidię: atq; alta cacumina rerꝫ
Atq; ferire viros quos vexit ad ardua virtus
Annibal e pœnis dux contatiſſimus oris
Inuidia pulſus quamuis ꝓtexerat hoſce
Inuidia primi maduerunt ſanguine fratrũ
Romulidũ muri: Cęſar tot vulnera paſſus
Scipiadas & quos Romana potencia dudũ
Florentes vidit. Pompeius tuq; Camille
Atq; alij multi tocies qui ſanguine fuſo

83

Nominis ęterni Romã fecere supbam
Ingrata ex patria nigro liuore repulsi
Liuor Aristidem qui nomẽ habebat Athenis
Iusticię pepulit: Socratẽ sed nigra venena
Sustulerant: o liuor edax corrũpere quid nõ
Molliris summę duce te Carthaginis arces
Funditus euersę pariter Lacedęmonis ædes.
Vnde tot egregij venerũt belligerantes
Corruit & Thebę centũ celeberrima portis
Et Babilon: Cadmi q̃q; regia passa ruinã
Atq; alię innumerę quas nõ cõprendere mẽti est
Turba ꝓphetarꝫ lapidata vel ense necata
Inuidia: Iudęa tuos o pessima semper
Tollere curas quos cõmendat vita ꝓbata:
Heu heu quo ꝑgam nulla pietate linitũ
Prodigiũ vitare volens vltra Garamãtes
Per Libyę deserta ferar. vel culmĩa mõtis
Caucasei insequit lacerat comitat & instat
Angulus ĩmensi nec quisq̃ est inuius orbis
Mens erat exutis peccatis in quibus ipse
Delitui. dudũ soli seruire tonanti
Effugere vt possim stygij predonis habenas
Et scelus admissum multa virtute piare
Gaudia reiecí tam lubrica tamq; caduca
Atq; voluptates mundi. quis nemo bonorꝫ
Immersisse volet: nostris decor omnis abibat
Vestibus. at tm̃ villosus corpa pannus
Obtegat. & dulcẽ capiam sub stramĩe somnũ
Dũ nox obscuris subduxerat astra tenebris
Et siluitquicqd tellus & pontus & æther
Tentat ego crebro suspiria mille tonãti
Fundebã deus o sanctissime percipe diuũ
Cantica. debentur tibi laus honor inclytus vni

Carmen.

Víuere qui nobis donas . fuerã nihil ipse
Tu me plasmasti me participẽq; polorꝫ
Fecisti regnis . hęc dũ & sum plura locutus
Vt possit nobis summus mitescere Christus.
Hæc audita ꝓcul vulgi venere sub aures
Cõueniũt subito plebis malesana caterua
Impungũt lacerãt fantur mihi quęq; nephanda.
Ecce nouus venit cuncti exultate ꝓpheta
Atq; sacer vitam (solus ꝑ compita pagi
Fabula ego fiam) qui sub velamĩe honesti
Fallere conatur (clamãt)hoĩesq; deosq;
Cum soleat facinus semꝑ fouisse ꝓfanũ .
Exclamat pariter ꝑ compita risus anilis
Siccine ꝓuerse o deludere apostata totũ
Mundũ pertentas forsan stolidissime nequã
Crimĩbus tegmenta tuis quę maxima cũctis
Testibus existũt.ponis ꝓbitatis in vmbra
Credaris verus & simplicitate videndus
Sum latro sum predo multis : mille vndiq; cinctus
Cõuitijs quisq; tota nec plebe reptus
Qui bene quod factũ est multa & virtute ꝑactũ
Laudet & extollat.tam fœdus tamq; ꝓphanus
Error in hũanas mentes phlegetontis ab vndis
Irrepsit.toto & regnat ꝑmissus in orbe
Hoc itidem patior monachus licet atq; sacerdos.
Quid nõ audebit vulgaris concio quẽ non
Ob ꝓbrio linguæ mordebit.sis licet ipse
Sanctior antiquis patribus sacrisq; ꝓphetis
Quos deus elegit ęterna pace potiri
Eniteas quibus ipse velis virtutibus.& sis
Fabritio grauior defensoriq; Camillo
Relligiõe Numã vincas pietate Metellũ
Et priscos bonitate viros supes : tamen ipse

Zoilus vſq; non aberit qui dicere promptus
Dij tibi ſint hoſtes nigro veſtite cucullo
Qui ſub pelle ouiũ geſtas p̃ corda leęnam
Et tumidis ſolitus verbis ſecreta tonantis
Spargere p̃ plebem. qui ſolus noſſe deor̃
Preterita & poteris p̃ſentia quęq; futura
Vt ſummis nup̃ ſis p̃cipitatus ab aſtris.
Edocet hic mundi luxũ damnare malignũ
Dedecuit quicquid diſſuadet fronte ſeuera
Attamen hic Curios ſimulatq; & bacchica feſta
Concelebrat noctu: nõ ſcorta mouencia ſenſum
Deſunt. in venerem totis ſed viribus itur.
Quid plura? in tenebris patrarũt turpia quęq;
Vos quoq; Lollardi quibus eſt ſyluoſa cauerna
Ite, pcul vulgus clamat facie extenuati
Atq; probi vultu ſolo. fi ctiq; Catones
In cute ſed nequã. ſed gens triſtiſſima que. nil
Non tentare audet ſceleris nil linquit in auſum
O mores o tempa quid ſanctũ aut loue dignũ
Quod nõ denigrat vel mox detractor iniquus
Et plerũq; bonos ſimul & quos multa lucerna
Viderit inſequitur probris. ſine pectoris eſtu
Archadicũ pecus & ſine ſenſu plebs maleſana
Quod ſibi non tm̃ nouit bonitatis ineſſe
Quicquid ago demũ loquor & p̃uertit iniquus
Interpres liuor. mala verba reponere doctus.
Si veneror ſicut colui ſine fine poetas
Delicias q; ſacras Thymbrei vatis & Eu han
Teuthonici Dryides o magna potentia fati
Atq; ſacerdotes quibus eſt ignota Mineruę
Miltia inſurgunt muſis. nec flauus Apollo
Tutus ab ignaris. tanta eſt inſania mentis
Nonne ſacerdotes ſumus & nos turba deor̃

Carmen.

Scimus quid deceat quid ſit ſuperis faciũdum
Nec nobis notus Phœbus nec caſtra ſororꝫ
Quæ nequeũt nobis ſacram replere crumenã
Nos aliquid ſcimus panẽ lucramur abunde
In ſolo tamẽꝫ mortales viuere pane
Sufficiat? ſunt qui iam poſt monumẽta perennem
Et celebrem ſpernũt famã ſit dũmodo nũmus
Sufficiens plena & ſit dum ſibi lena culina
Non ſic inſtituit ſummus bonitatis amator
Atqꝫ opifex rerũ. ſed tranſeat error iniquus
Cũ reliquis multis quis toto cingimur orbe
Dũmodo diſs placeat alios inducere mores.

FINIS.

Epigrammatta.

Henrici Bebelij Iustigen. Poe. laureati Carmē in pestē pro Agnete Rethaberin virgīe pulcherrīa Tubigen.

Impia crudelis furibunda immanis iniqua
Pestis. dic tutū quid te apud esse potest?
Si tam vernantes ꝓperas decerpere flores
Flores tam teneros. tam vel odore graues
Te detestet quis non? quod seua puellas
Tam male matura surripis ipsa nece
Demetit vt Boreas cū defloresscere campi
Lilia ceperunt. florigerūq; decus
Sic licuit seniū & vetulas rescindere frondes
Virgineos flores nec licuisse potest.
Pone tibi licuit. sed quod discrimine nullo
Iniicis ah auidas. omnibus ipsa. manus
Hinc tibi concedūt cuncti feritate latrones
Presertim Agnetem si rapuisse potes
Agnetem cunctis que sit p̄lata puellis
Moribus & cantu corporeisq; bonis
Quid meruere p̄cor? tam mēbra decentia. ꝑ quod
Tam cito tartareos cogis adire lacus
Quid meruere decens os & rubicunda labella
Candida vel facies purpureæq; gene
Flauaq; cesaries nec non teretesq; papille
Collaq; bistonia candidiora niue?
Corpore pua quidē sed qua formosior haud est
Versat vbi gelidas Neccharus amnis aquas
Quod nisi te tigris genuisset Caspia pestem
Scylla ve crudelis dira Carybdis item
Sternere cauisses hoc hoc tam nobile germen
Sanguine tam raro vel maculare manus
Quod si nec te ætas nec corpus amabile tangit
Duceris & forme nobilitate nihil
Flectere vel saltem potuit vox clara puelle

Qua nemoris cũctas exupauit aues
Cedat huic cygnus cedat philomela vocalis
Syrenũ cantus cedere iure putem
Illa puellarꝫ voces raucescere fœcit
Dum girum faciunt & chorus ipse canit
Ferrea mors est causa.nephas cõmittere tm̃
Ferreus est & quem non mouet iste dolor
Attamẽ hanc supũ iussu rapuisse putarem
Angelicos inter cantet vt ipsa choros

Epitaphiũ eiusdem

Hic ego quę iaceo teneris direpta sub annis
Virgo & adhuc nullo cõtemerata viro
Vnica cura patris miserę spes vnica matris
Mille procis placui criminis absq̃ nota
Antiope fueram specie.philomela sonora
Voce: tamẽ cuncta hæc sustulit hora breuis
Quod si flebilius posset mea vita reuerti
Votis & precibus matris & heu iuuenũ
Nõ dubito multos reperiri & mille p̃cantes.
Sed flecti precibus fata seuera negant
At qui pertransis nostrũ quandoq̃ sepulchrũ
Dic mihi sit requies. sit leuis vrna p̃cor
Et vos o iuuenes quosquos sine crimine amaui
Inferias nobis soluite virgineas
Spargite humũ violis ornate & floribus agri
Cũq̃ rosis tumbam lilia pulchra tegant
Nouerit hic florem teneramq̃ iacere puellam
Si quẽ castus amor si q̃ puella premit

Henrici Bebelij poetę laureati pro virgine iusta soluẽtis Epigramma.

Has tibi p̃solui virgo pulcherrima laudes
Bebelius cupiens reddere posse vicem
Que solita es tocies cũctas de pectore curas
Pellere defessi tristiciaq̃ grauis

Ad Mariam

Suauiloquoq; melo resonanti & carmine. p quę
Consuesti cũctos exhylarare viros
Ex Blaubirensi ipso die Gorgonij. M.D.II.

H.Bebelij poetę laureati carmen ad Mariam
virginẽ castissimam contra pestem.

Vnica lapsorꝫ spes & medicina malorꝫ
Virgo beata dei mater & hospiciũ
Tu pia tu clemens tu mitis amabilis: vna
Desolatorꝫ: cura: patrona: salus:
Iam defende tuũ seruum cũ pestilis aura
Inficit innumeros & sine fine viros
Tũc succurre mihi cũ extremus lectulus ęgrũ
Occupat: vt pręsto sit mihi spes q; fides
Ne nostris (soliti vt sunt) obuersentur ocellis
Mille truces animę tartareiq; canes
Enumerẽtq; meas sordes scelerũq; malorꝫ
Spurcitias: quibus expes cecidisse solet
Quin potius facie sis pręsens virgo serena
Hinc spes atq; fides, hinc venit alma salus
Incercede simul p me cum spiritus iste
Liquerit hos artus & calor omnis abit
Iratum tu flecte deum cũ iudicis ille
Sumpserit officiũ & triste pegit opus
Qui merui (fateor) peccando in valle pfunda
Mergier: auxiliũ si mihi virgo negas
Si faceres: esses mihi sola dira nouerca
Quę pia cunctorꝫ mater adesse soles.
Ex pago Yetenbruck ipso die Mauritij. M.D.II.

Tetrastichon ad eandẽ virginem

Vna salus hominũ virgo succurre cadenti
Dęmona pelle procul quicquid & ima colit
Flecte tuos ad me precor o pietatis ocellos
Sistar vbi irati iudicis ante pedes.

Epigrammatũ.

Epitaphiũ Ioachimi Humellij phię doctoris acutissi. per H. Bebelium Iusting. æditum.

Intima qui triplicis sophiæ penetralia adiuit
Nouerat & magno cũ Cicerone loqui
Qui latię linguæ interpres tersissimus vnus
Expulsor fœdę barbarię q̃ fuit.
Hũc modo surripuit Ioachimũ lurida pestis
Pestis, proh raris insidiosa viris.
At bene q̃d tabem hanc contemnit candida virtus
Viuere quę semper nomĩa nostra facit.

Ad Optimũ maximum deum Oratio.

Christe gubernator supũ: mũdiq̃ caduci
Ob delicta hominũ qui mortis agona tulisti
Hinc tua mors tristis mea sit ꝓtectio Christe
Nec p̃cor e grege me secernas: quos miseratus
Pectore clemẽti duxisti ad regna supna
Nam mihi (non credam) q̃ soli victricus adsis
Qui peccatorꝫ (doleant) misereris ad vnũ
Qui licet in vita peccamĩa mille pegi
Dũ tamen est animus sanus: spes nulla misellũ
Linquere debebit: bene sperantem neq̃ linquas
Christe pater, qui latronẽ dignaris amicũ.
Ast hominũ si cũcta quidẽ peccata requiras
Tutus erit nemo: hinc nisi sis mitissimus, actũ est.

n

Ad Clarissimum atqꝫ disertissimũ virum Matthęum Lang Sũmę ecclesię Augustensis prępositũ. & Maximiliani Romanorꝫ regis Secretariũ cubiculariũ.

Saphicũ Henrici Bebelij Iustingẽsis poetę Promusa.

Musa quę quondam venerata græcis
Colle Cirrhęo atqꝫ Heliconis antro
Post diu multum latijs in oris
Conspicienda
Teuthonas syluas tunica vetella
Lustrat hoc ęuo: timidoqꝫ gressu
Hospitem quęrens peregrina in vrbe
Exulis instar
Inuenit tandem bonitate prisca
Te poetarum facilem patronum
Inqꝫ Germanis imitantem Ethrusto
Sanguine natum
Docta regales aditare turbas
Quando migrauit patrijs ab oris
Namqꝫ Romanis ducibus recepta: &
Culta benigne
Et sub Augusto caput eleuauit
Namqꝫ Mecœnas fuerat patronus
Alter Augustus clarij furoris
Vnicus author
Non secus nostram petitura terram
Regis ad sacram properauit aulam
Tenta clementer: tamen expauentes
Exerit alas
De ministrorum dubitans fauore
Neue mansuetum dominum reflectant
Langius donec trepidę indicatus
Regis amicus

Dotibus rari ingenij. beatus.
Mitis. humanus. placidus. benignus
Corporis forma superans venustum
Bellerophonta
Atq; Germanus vocitandus ipse
Iure Mecœnas. sapias quid amnis
Pegasi potis tribuat. quid affert
Musa colenti
Musa quapropter pede concitato
Ad tuos tendit faciles penates
Suscipe hęc laudes dabit. hęc honores
Et decus ingens
Nec meos tandem teneros furores
Temne sacrarũ columen sororum
Hij meę sunto venerationis
Pignus in ęuũ.

Ad eundem Mattheũ Lang prępositũ Augustensem. & secretariũ regiũ. Epistola H. Bebelij Iustingensis.

Vmq; instituissem apud me amplissime vir. te
n adire & salutare tam exilibus nugis. immaturisq; ingenij mei primitijs. nisi memorię ꝓditũ esse a vetustate animaduertissem. vel deos ipsos non tam accuratis adorantium ꝓcibus. quam innocẽcia & sanctitate lętari gratioremq; existimari. qui delubris eorꝝ puram castãq; mentem. quã qui meditatũ carmẽ intulerit. Itaq; cum sis omis litteraturę cõsultissimus. neq; in vllo virtutis genere cuiquam inferior. persuasi omnino mihi. te animi mei candorem et simplicitatem. tanti facturum. quanti tortuosas Chrysippi argumẽtationes. ampullosasq; Didymi grammatici syluas. dũ tecum pẽsitabis. ne vt aliquid venerationis

& obſeruãtię monumentũ in te cõferem. vel diſcrimi-
ne famę ſubiturũ: oĩbuſq; inuidorꝫ obtrectatiõibus.
naſutiſq; litteratoribus mei calũniandi anſam p̃bere
paratiſſimũ. dum nõ quantũ deceat te. ſed quantũ de
me preſtare valeã huc attuleri. Suſcipe igit̃ vir p̃ſtan-
tiſſime ſerena fronte hoc mythicon tibi nominatim
dedicatũ. q̃d primo Ioãnes Boccatius Hethruſco ſer-
mone prodidit. p oſtmodo Philippus Beroaldus vir
eruditiſſimus proſa or̃one tranſtulit latinitatiq; dona-
uit. Ego poſtremus numeris p̃ſtrixi. nõ q̃d poſt tantũ
virũ ſicuti eſt Beroaldus aliq̃d cultius elegãtiuſq; ex
nr̃a officina ꝓditurũ exiſtimẽ. ſed q̃d p̃ſpectũ habeã.
amatorias res. expeditiõeſq; illas leuiuſculas atq; cu-
pidineas. plus afficere ſolere anĩos hoĩm. p poeticas
effictiones. carminũq; delicias. quam ſolutis verbis.
Adde plęroſq;. & maiorem litteratorũ partem adeo
delectari carmĩbus. teſte Sedulio. vt quicq̃d rhetori-
cę facũdię pellegũt. negligentius aſſequãtur. quoniã
illud haud diligãt. quod aũt verſuum viderĩt blandi-
mẽto mellitũ. tanta cordis auiditate ſuſcipiunt. vt in
alta mẽoria ſępius hęc iterando cõſtituant ac reponãt.
Tibi igitur potiſſimũ cõſecrauimus. vt cũ ſis feriatus
a grauiſſimis curis. ampliſſimiſq; regaliũ rerꝫ occupa-
tiõibus exoneratus. animũ tuũ rudioribus hĩs nugis
oblectas. & quodam veluti pabulo reficias. in ſumma
cum nihil agere voles. hoc pellegito. Vale germane
Mecœnas. & me dediti ſſimũ tibi mancipiũ cõmẽdatũ
habeto. Ex Tubinga octauo idus Maias. M.D.I.

Elegia.

Elegidium paraneticũ Henrici Bebelij Iustingensis Ad religiosę vitæ viros. vanitatibus omnibus relictis vt studeant virtuti & sapientię.

Iam venit illa dies proh turpia sęcula. quo nos
Destituisse iuuat moribus a patrijs
Pectore de quorꝫ fluxit virtutis imago
Phœbus & armisonę dona verenda deę
Imprimis patres quos claustra monastica tentant
Sudabant studijs nocte diecꝫ bonis
Quos virtutis amor vitę spreuisse prophanas
Illecebras docuit pompiferumcꝫ caput
Munera iam nullus curat diuina sophiæ
Atcꝫ prophetarꝫ mystica nemo legit
Est pudor vt credo. sacras tractare lituras
Fit reliquis odio quẽ studia ista premunt
Corrige peruersos prę fecte monastice mores
Et rege subiectos cum ratione tuos
Tu tamen in primis sis doctus et omnibus vnum
Exemplar. sic te rite sequentur oues
Fac relegant fratres diuini byblia Mosis
Inuigilent donis. pulchra sophia. tuis
Virtuti primum reddet quę sola beatos
Nec tanti fiat ambiciosus honor
Et semper fugiant calices & dulcia musta
Gaudia fac ventris deposuisse velint
Oenophoro pudor est amplum cumulasse cucullum
Pinguibus atcꝫ toris prandia sola sequi
Vt faciunt quidam nec casta volumina patrum
Tangunt. quos cerebro & mente carere puto
Corrige funestos prefecte monastice mores
Et rege subiectos cum racione tuos
Gaudia sectari desistite lubrica mundi
Estis vos mundo mortua turba vago

Sit procul a vobis Veneris malesana libido
Liuor edax absit. sit procul omne nephas
Prostibulas multi reiecta veste sequuntur
Aeternũ maneat quos tenebrosa specus
Corrige funestos prefecte monastice mores
Et rege subiectos cum racione tuos
Tu cum in primis abbas sis equus. & ipsum
Te. monachum memora. & rite sequuntur oues
Cenobium vagus haud fugias & munia fratrum
Vt possis vita liberiore frui
Vndicq; nec thermas nec suspectasq; latebras
Accedas. turpe aut congrediere lupe
Nam perit inde dei cultus. vel regula morum
Excidit & clausis relligionis amor
Murmura de hinc fratrum. surgit discordia. rerum
Nobilium euertrix. & pietatis opus
Non ego vos patres fulgenda palatia. turres
Construxisse velim diuitiasq; leues
Nobile at hospitium nate de vertice patris
Pallados. hoc tineis preda negata manet
Hoc caries timuit. fugit hoc annosa vetustas
Hoc duce celestes ingrediere domos
Sunt etiam plures canibus quos atq; caballis
Sollicitare feras vnica cura trahat
Nullus amor studij librorum copia nulla
Bybliotheca nigro commaculata situ
Sit precor o patres priscę vestra emula vitę
Relligio & patrum moribus ingenuis
Et sapiant priscum vestigia vestra saporem
Sic virtus precio sic erit alma fides
Exemplo & caueant vestro peccare minores
Nil magis exemplo namq; mouere solet.
FINIS.

Eegia.

Elegia Henrici Bebelij Iustingensis in sacerdotes, vt discant sacram scripturam dimissis cæteris mundi vanitatibus.

Disce sacros libros Christo deuote sacerdos
Mystica sit fidei noscere cura tibi
Pellege quę moneat diuino carmine Moses
Verbigenumq; iubar, pontificumq; libri
Instruere vt possis populum, quo tramite pergens
Scandat in æternas stelliferasq; domos
Pasce tuos agnos cælestis nectare dulci
Doctrinę, & fidei sana alimenta dato
Nam si triste lupus stabulis disperserit agnos
His comes accedas regna tremenda stygis
Disce sacros libros Christo deuote sacerdos
Mystica sit fidei noscere cura tibi
Nec precor admittas, vrentes pectora nūmi
Detineant studium possideantq; tuum
Nummi quos releuent potius per inania venti
Quam perdant animam progeniemq; dei
Disce sacros libros Christo deuote sacerdos
Mystica sit fidei noscere cura tibi
Sed fuge mortiferę Veneris mollissima castra
Nec stultum meretrix imperiosa regat
Huius item comites fugias periuria, rixas,
Ebrietasq; procul, cedat & omne nephas
Disce sacros libros Christo deuote sacerdos
Mystica sit fidei noscere cura tibi
Nec te sollicitent summis in montibus vrsi
Et vos aerię ruricolę q; ferę
Prohpudor at frustra vigilate tempora noctis
Pręferimus sceleri diuitijsq; sacris
Preteriere diu fœlicia sæcula quando
Diuitijs virtus charior ipsa fuit

Quis precor ex illa turba non vicus abundat
Tristibus obscœnis, cessit ad astra pudor
Quem non inuenies auidumq; Simonis iniqui
Discipulum, hydropis more sitimus opes
Iam sibi quisq; legit dominam, seu forte magistram
Quę paret & mensam, prouideatq; torum
Cum matutinas deberent psallere laudes
Ad Cyathum & Venerem carmina fœda canunt
Tunc epulisq; vacant genialibus atq; sepulti
Et Cerere inmodica vitiferoq; deo
Atq; coronatos conuiuia lauta parantes
Conspicies, abeat sanus adesse volens
His nihil est actum, presens nisi amica sit vsq;
Quę cratera paret pocula plena bibens
Itur & in Venerem mollis post Cypris in omne
Hos trahit ipsa nephas quos sacer ornat honos
Sunt quos nulla p̃mat cura, inuigilasse libellis
Et tria vix fari verba latina queunt
Illi hinnire suos p florida prata caballos
Malunt scripturis quam posuisse opam
Quos cinxisse iuuat saltus indagine multa
Vndiq;, & hos sequitur sedula turba canum
Nisus & Accipiter maiori in honore tenentur
Byblia quam veterum, quã monumẽta patrũ
Parcere debebunt multa probitate verenda
Turba sacerdotum, carpore quęro malos
Non dubito multos reperiri & mille probatos
Ad laudes quorq; nulla camœna facit
Carpimus infandum scelus, & cui vita profana est
Nil mihi vobiscum quos sacra vita beat

FINIS.

Elegia.

Cur malis nõnũq; et indoctis. melius succedat quam bonis & doctis. Elegus Henrici Bebelij Iustingẽsis Ad laudatar̃ artiũ ꝓfessorẽ. Ioannem Aphrontinum Cantharopolitanũ vulgo Achtzenit nominatum.

Aphrontine bonos inter numerande sodales
Et mihi theseo semp amore sacer.
Miraris ꝓbitas cur sit despecta. nocentes
Eleuet & mũdus vel dea cęca magis
Gratia destituit vel quos tollant in altũ
Et quor̃ ingeniũ nulla minerua fouet
Atq; homines docti nullo dignẽtur honore
Et iaceat virtus sub pedibusq; Plato
Accipe quid moneã. nõ sim tibi sordidus author
Hæc fuit erroris maxima causa sophis
Democritus cũ Protagora: Gargeticus author
Nil curare deos & Theodorus ait
Aspexere etenĩ tanta caligine volui
Res hominũ toties & variare vices
Prohdolor atq; diu scelerũ florere mĩstros
Impietas quor̃ pectora dura tenet
Contra. cõtemni multa virtute ꝓbatos
Vexariq; pios deprimierq; bonos
Hi non ex nichilo inducti sunt numina cæli
Tollere: quos lumẽ iusticię latuit
At nos lustrati meliori sidere: multo
Altius ingredimur mystica sacra dei
Impius ille quidẽ & nullo dignandus olympo
Diripit heu fluidi vilia dona boni
Proposita ad iustis nullo delenda sub ęuo
Gaudia: quę supant quicqd in orbe iuuat
Sed quod ad indoctos multus defertur honor̃
Candor: & egregios naufraga Syrtis agat

Munera ſunt diuũ vario diſtincta lapillo
Et vario ſplendent pectora noſtra deo
Nam nihil ex omni numero dat̃ eſſe beatũ
Mortaliſq; boni clau dicat omne decus
Ille nitet formę donis quẽ pulchra venuſtat
Cęſaries : G enio qui ſolet eſſe rudi
Molliter ingremio multos Rhamnuſia fouit
Ingeniũ quor̃ nulla camœna colit
Sed quos illuſtrat ſancto fœlicius aſtrũ
Ingenio . turpes ſępe negauit opes

FINIS

Henricus Iuſtingẽſis. Alexandro Brun Cantharopolitanę plebis eccleſiaſtico Paſtori. S. D.

I celeri curſu mea ſpes mea muſula dulcis
Vrbis Cantharicę mœnia celſa petas
Flauus vbi cultos fœcundat Neccharus agros
Nec ſine me timeas: excipiere libens
Hic duo prę̃ſtanti florent virtutis honore
Quos fouet atq; Helicon Pęgaſius q; liquor
Primus Alexander . quẽ cura premit gregis ampla
Catholici . huic dicas . ſit tibi multa ſalus
Hæc eadẽ referas tibi cũ Carbonius alter
Offert̃ : ſimul his ſeruitiũq; tuũ
At nec Alexandrũ metuas pęgrina puella
Manſio ſit ſecũ & hoſpitiũq; tuũ
Cũq; fores adeas iam ſis in limine muſa
Maxima ſpes vatis talia verba refer
O mihi poſt nullos homines venerande ſodalis
O mihi poſt nullos tu recinende viros
Cũ nequeat vates (quia ſunt obſtacula multa)
Ipſe venire : tuos atq; adiiſſe lares
Me miſit ꝓpere : neq; ſim tibi vilior hoſpes
Charius in toto meq; habet orbe nihil

Hæc quoq; mãdauit paucis. ſed multa prehendũt
(Blandiri exhorret: fallere & ipſe nequit)
Sit tibi q̃dcũq; ingenij eſt q̃dcũq; minerue:
Cõmune: atq; vſq; quicqd habere poteſt
Iuſſit & in primis q̃uis ſis doctior ipſo
Vt mandes calamo quę placuere tibi
Si potis: exequit: in ſe mora non erit vlla
Sis ſocios inter ſemper habende. vale.

FINIS

Saphicũ de laudibus Bacchi. oim curaq; medici lęticięq; parẽtis. q̃d Cracouię adoleſcẽtulus cõpoſui.

Bacche florenti decorate thyrſo
Ipſe pallentem foueas poetam
Pallados quẽ mox Cytherea coget
Linquere caſtra
Ipſe nocturnas ſtudij lucernas
Vertit inqueſtus miſeros cupido
Credo q̃d raram teneat quietem
Pallor amantũ
Solus ex omni numero dierum
Tetricos neſcis animos Catonis
Tuq; curaq; medicus ſalubris
Gaudia prefers
Cordis vrentes pater ipſe curas
Pellis ex te triſticiã fugarunt
Quos premunt ſęuę vigileſq; curę: &
Ardor habendi
Sępe vel ſortis miſerę lyęo
Immemor paup: quatit ecce terram
Lætus ambobus pedibus: ſoluto
Pectore gaudens.

De Bachi Ladi.

Rura vel quiſquis fodit inquietus
Ciuicas raro veniens ad ędes
Lentus abſcedit titubante greſſu
Viſere natos
Doctior nullus ſibi tunc putatur
Socrates cedat: quibus & vetuſtas
Contulit palmã ſapiente vena
Ingeniorum
Noſſe vult regum celebres triũphos
Et quibus terris furioſa Martis
Signa tollent: nitida atqꝫ pax ſit
Omnia nouit
Sępe languenti poſitus cubili
Peſte vel multũ calida laborans
Maſtico triſtes pepuliſſe fertur
Mente dolores
Solus hic vnus miſeros amantes
Rite ſolatur veneratus amplis
Cantharis: ſolũ ſibi vult litari
Hauſtibus amplis.
Pellego interdũ faciles poetas
Sępe vel multo ſophiam labore
Non iuuat quicqꝫ Cecropis Mineruę
Caſtra ſequentem
Solus o pulſans Erycis parentem
Bacche: fumanti calidus phalerno
Cogor abſentis memor eſſe curę
Pelle dolores
Semper abſenti crutior puella
Ignis accenſus nimium recuſat
Reprimi: heu vatũ monumẽta nũqꝫ
Vulnera ſanant
Nec iuuat q̃ ſim gelidis in oris
Sarmatis terrę ꝓcul a Sueuis

Epigrammata.

Temnit a nobis ſtipula fruenti
Pellier ignis
Poſt licet plauſtri gelidos triones
Poſt domos ſolis fugias vtraſq;
Quo velis pgas. amor inquietus
Vſq; ſequetur. FINIS

Tria ſunt quę impediũt ſtudiũ nr̃m. Epigrãma H. Be.
ad Ioannẽ köſler Gyſlingenſem ſacerdotem.

Salue poſt nullos keſler venerande ſodales
Diligo quem cordis dexteritate mera
Diuitis ingenij tibi ſit cum maxima vena
Et faueat phœbus Theſpiadũq; chorus
Miror cur numq̃ mittas tua carmina vati
Bebelio. hec eadem qui ꝓbat atq; colit
Quid cauſę quero. non ſum tibi vilis amicus
Vt reor. ad votum & turba nouena fluit
Sunt tria quę tardant(vt nos docuere vetuſti)
Et ſtudium noſtrum Belligeramq; deam
Bacchus. & in primis funeſta pecunia. gnati
Tela ſagittiferi nec nocitura parum
Suſpicor at veneris nũq; te ſigna ſecutum
Et Bromio dulci compoſuiſſe modum
Plus æquo caueas cruciantes pectora nũmi
Detineant ſtudium poſſideantq; tuũ
Nũmi quos releuent potius per inania venti
Injciantq; freto diuitiaſq; Midę
Quam noſtro poſuit depellere corde Mineruã
Pluris ſit phœbus Pyerium q; nemus
Diuitior Craſſo. ſi non inglorius ipſe
Emoriar. nũmi ſit procul omne nephas

o

In quosdam poetas laureatos, qui ne versum quidem nouerũt cõponere. Ad Leonardũ Clemẽtẽ Vlmẽsem sacerdotem. Epigramma Bebelij.

Quondam Pyerides græcis habitasse sub aruis
Et gelidos fontes syluicolasq; domos
Quis iam miretur, cum largas Teuthonis orbis
In pagis foueat plus Heliconis aquas
Vt sileam reliquos quos fama obscurior ad nos
Detulerat nũcq;, & qui latuistis adhuc
Iam pridem clęmens sanis auctoribus ipse
Laudaris, patrię fama decusq; tuę
Clęmens phębigenas multũ celebrate p̃ artes
Et nemoris cultor ruricolę q; casę
Viue tibi soli, & castis impende lucernas
Musellis, mundi sordeat omne lucrũ
Scribe aliquid, sed scribe mihi solatia prębens
Cum videam musis parta trophęa rapi
Laurus enĩ quondam resonantis fortia regum
Bella caput cinxit, sed tamen ante ducis
Nũc datur his quos non vllus pflauit Apollo
Quos modus Aonius deserit atq; lyra
Et modo Cygnorũ titulos & nomina corui
Ascisciunt, raucos dent licet vsq; sonos
Est tamẽ hęc regis bonitas, vt p̃uocet omnes
Ingenio cultos palladis arma sequi
At tu pręclaros inter memorande poetas
Vel cum ruricolis Cygne sonore canas

In laudem Terentianę lectionis Ad iuuẽtutẽ germanã epigrãma prius pperam ĩpressum.

Huc ades emũcto quisquis sermone nitere
Expetis, & caste verba latina loqui
Huc ades, & culti crebro monumẽta Terenti
Pellege, facundus quo duce semper eris

Sospite quo nũcq̃ timuit Romana loquela
Naufragium. nũcq̃ sentiet exitium
Quod si Mnomosyne latijs habitaret in aruis
Exprimeret nostrũ hunc. comica et esse petet
Quid deceat iuuenes. canę quę verba senectę
Conueniant. iuuenes discere rite queũt
Lenonis fraudes fugies. meretricis & astus
Quos simul & seruus struxerit arte dolos
Cuiusq̃ ętatis mores & vita notatur
Vt possis vitam dirigere ipse tuam
Personet in triuijs precor o Germana iuuentus
Comicus hic passim. hunc vestra palęstra canat
Non ego pmittam posthac spreuisse poetas
Per quos virtutis discitur omne decus
Vt vos decipiãt triuialis grãmata petri. &
Gallus Alexander barbara verba vomens
Sed pigeat dudũ tetris latuisse sub antris
Barbarię. quis nũc verba diserta placent
Verba diserta quibus scabra rubigine linguę
Exuta placeat. lector amice vale

In regulum auiculã tpe frigido &
hyemali cantantem.

Regule parue ales partu genuisse sinistro
Te reor alecto. sub phlegetontis aquis
Vt sileant cũctæ volucres sub frigore brumę
Deliteat q̃ suo vel genus omne specu
Solus ad innumeros numeros modulamĩa fundis
Voceq̃ multisona gaudia multa refers
Hinc cur rex volucrũ possis vel iure vocari
Ambigo. cũ minimus corpus inerme geras
At reor alituũ cũ sis durissimus ipse
Tempore quod gelido gaudia solus habes
Vel qui appellauit Parcas quod parcere nulli
Consuerint. nomen regule parue dedit

Epigrammata.

In eum qui sine scientia solo titulo et gradu dignatis supbiebat.

Tu qui doctoris sumis tibi stēmata magni
Desine. cum foueat nulla Minerua caput
Stulta est in solo titulo atq; insignibus altis
Gloria. si rerum pondera deficient.
Quippe miser rex si nullo dominabere regno
Quis non derideat nomen inane ducis
Sic tu cui gelidam spirant præcordia lethen
Pomposum fugias nomen habere rudis

Epigramma ad somnum. quando laboraui dysenteria Basileæ ãno. M.CCCC.LXXXXIIII. tpe caniculari.

Somne quies rerum multis optate querelis
Cur profugus lectum spernis adire meum
Proh dolor hesperio dũ mergitur æquore phœbus
Et gelidæ phœbes cornua plena micant
Dum placidum somnũ capiunt animalia cuncta
Dum pauidę vulpes antra subire solent
Omne genus volucrũ querna super arbore sopit
Tu philomela canis gaudia multa ferens
Solus ego crebros cogor pferre dolores
Perpetuos gemitus pectora nostra trahunt
Tunc dolor. & morbi subeunt. phantasmata torrent
Nocte atra in somnẽ. cor mihi triste gemit
Pono ventris onus decies currensq; recurrens
Merda rudis torquet sanguine sparsa rudi
Nec requies vnq; poterit mea membra subire
Delphice seu splendes siue Diana soror
Dulcis amice veni cunctis placidissime somne
Mordaci curæ tu medicina. salus

Epigrammata.

Ad Summũ deum oratio

O pater alme deus natus de virgine pura
Maximus & summus rector in arce poli
Tu pietate tua nostros auerte dolores
Ante sacras aras tura Sabęa feram
Nec meminisse velis si quo tua numina lesi
Quo merito paterer fulmina iusta louis
Sed miserere p̃cor. cui solus honos miserendi
Et proprium semper. respice me miserum
Sit torsisse satis. subeat Crux illa benigna
Qua nobis miseris parta suprema salus

Ad dominum meum Hartmannum de Eptingen.

Accipias Hartmanne precor quã tristia passus
Et patiar iusto non patienda viro
Consule quid faciam. nostrę spes vnica vitæ
Te sine crede mihi spes mihi nulla foret

Hymni.

Sequũtur quidam hymni. H. B.
De gloriosissimo milite & martyre Georgio.
hymnus saphicus

Strennui athletę canimus triũphos
Militis Christi. faueas superne
Arbiter vati. pariter canende
Tucꝫ Georgi
Herculem gentes taceant ꝓphanę
Atcꝫ vel fortes Macedũ tyrannos
Extulit si quos Cecropiscꝫ tellus
Romuli dũcꝫ.
Glorię tales studuere vanę
In sua extincti quocꝫ vanitate
Militauit sed domino salutis
Hic meus vni
Ille terrenis opibus fugatis
Spreuit ĩmundi preciũcꝫ mundi
Et magistratus celebres. & amplos
Tempsit honores
Regię cum Cappadocum fuisset
Stirpis. et fœlix ditionis amplę
Rector. at Christum dn̄m secutus
Cuncta reliquit
Miles et Christi fidei cꝫ factus
Impios contra gladiũ tyrannos
Strinxit in templis simulachra diuũ
Vndicꝫ rumpens
Hic Palęstinam domino fauente
Fortis et toruũ subigit draconem
Regiam quãdo cuperet puellam
Perdere crudus
Vnde ter centum et numero carẽtes
Ad fidem versi populi fuerunt

Hymni.

Cum prius ſerpens hominũ voraret
Millia multa
Pauca quid narro glorioſe martir
Qui tuas laudes cupit explicare
Geſtit hic vaſti bibulas arenas
Noſcere ponti
Namq; dum cuncti famuli fideles
Territi pœnis grauibus ſilerent
Ne rotis, furcis, crucibus darentur
Diſcruciandi
Solus ex omni numero tyrannos
Impios inter varias q; pœna
Fortiter nomen domini ꝓfeſſus
Inter & enſes
Hoſtis ex diri legione multa
Faucibus rapta ſub ouile patris
Tu necis tandem, ſuperos adiſti
Munia paſſus
Iamq; cũ Chriſto emeritus triũphans
Milites, huius miſerere mundi
Bella poſt carnis valeamus omnes
Scandere cœlum

De ſctã Anna ſaphicon hendecaſyllabõ tetraſtrophõ cum adonico dimetro, et canit ſicut martiris Chriſti (colimus

Anna reginę Marię polorum
Mater, immenſis titulis decora
Sanctitatis conſpicuę q; vitę
Clara triumphis
Te ſacram cunctę venerabilem q;
Nationes & celebrant beatam
Namq; rectoris ſuperum parentem
Ventre tuliſti

Hymni.

Ecce mortales varijs fatigant
Te prece & votis mulier sacrata
Gestiunt cuncti cecinisse laudes
Dicere & hymnũ
Rebus afflictis vocitaris Anna
Ingruit quicquid homini timendum
Atq; funestum venerandę asylum
Quęrimus Annę
Nunciant quando nebulę nigrantes
Luridam pestem trepido popello
Eripis cunctos tibi seruientes
Mente fideli
Obsecro in cunctis facilem periclis
Præbeas tete miseris cateruis
Nec sinas tantam perijsse de te
Spem bene captam
Sis apud natam simul & nepotem
Semper assestrix scelerum refertis
Vt queant tandem veniam mereri
Regnaq; cæli

De sancta Barbara ode saphica endecasillaba tetrastropha cum adonico canitur sicut vita sanctorum de sancto Michahele.

Barbarę laudes resonet quotannis
Christianorũ populus fidelis
Atq; solennem celebrate lucem
Virginis omnes
Castitas illi superumq; cura
Integri mores probitasq; simplex
Tota tum cælum meruit q; vita
Criminis expers
Sedulo quisquis veneratur illam
Ture vel paruo litat angelorum

Hymni.

Pane numq̃ destituetur, atrę
Mortis agone
Illa cælestum meritis opimis
Grata rectori meruit clientes
Atq; deuotos rapere ex periclis
Atq; tueri
Virgo delicta o nimium tonanti
Impetra humano generi salutem
Exitu vitę mereamur omnes
Visere Christum
Hymnus & laudes decus & potestas
Sit deo trino pariter q; et vno
Sit salus mundo fidei q; candor
Tempus in omne

Hymnus saphicus hendecasyllabus in sanctissimam beatę Virginis cõceptionẽ, qui canitur sicut Vt queãt laxis vel Iste confessor.

Virginis festum celebremus omnes
Qua die primum genitricis aluo
Rite concepta & fuerat, parentum
Criminis expers
O parens salue superi tonantis
Cœlicis turbis veneranda mater
Gentibus cunctis merito colenda
Virgo beata
Te senes matrem celebrant diserti
Te colit mitis iuuenum caterua
Te pię matres pariter q; laudat
Pulchra puella
Clamitant omnes famuli fideles
Te sacram puram macula carentem
Atq; cum primum ex vtero parentis
Concipereris

Impius cedat temerarius q̃
Virginis sanctę fideiq̃ cultor
Qui tibi labem voluit nephandus
Pingere primam
Despice in terram generosa proles
Et graues iãiam miserare casus
Quos tulit mundus scelerũ refertus
Spes miserorum
Orphani magnum viduęq̃ asilum
Atq̃ pregnantum facilis patrona
Desinant vanę celebrare gentes
Festa Dianæ
Sola peccantes animo benigno
Deseris numq̃ veniam petentes
Non potes quicquam famulo negare
Te veneranti
Mitiga Christũ genitum precamur
Parcat vt nobis miseris fatemur
Grande delictum totiens patrasse
Crimine pleni
Sed pijs virgo precibus remulce
Iudicem iustum, morimur nephandi
Ni velis nobis veniam impetrare
O mediatrix
Dulcis & clemens pia virgo cunctis
Ferto delicti cumulo grauatis
Nunc opem tecũ capiant perennis
Gaudia vitę

Ad diuũ Thomã Apostolũ. Hymnus saphicus H. B. Iustingeñ. qui sibi eundẽ apl'm et patronũ elegit.

Cæteri vates celebrent Mineruæ
Virginis laudes, Bromiumq̃ lætum

Delphici laudes Epidauriũq;
Carmine sacro
Inuocent multis precibus sorores
Castali fontis grauibus plicati
Nuper exorsis. valeat vetustas
Talia curans
Sint procul vani simulachra phœbi
Absit a nobis chorus impiorum
Dęmonũ quosquos coluere patres
Supplice ture
At mihi sanctos memorandus inter
Primus est Thomas. mihi singulari
Iure sacrandus. mihi singulari
Cultus amore
Inter o magnus famulos Iesu
Maximus nobis celebrere Thoma
Tu mihi musæ mihi sis Apollo
Iuppiter ad sis
Obuius nobis grauibus periclis
Semper occurras miseris asilum
Impetra pacem. veniam. salutem
Te veneranti
Semitas presens comitare Thoma
Pelle tendentem insidias auerni
Præsidem nostris vigilem ruinis
Omnibus horis
Nuper vt me me fluuij rapacis
Vortice ĩmersum eripuisse pręsens
Crederis. sępe eripuisse mestum &
Tristia flentem

Hymni.

Non tamen iam iam cecinisse conor
Signa vel miracula magna Thomę
Grande quę cũctis peterent volumen
Facta sub oris
Contionatus populis ab ortu
Persidi. Hircanis. tua verba Medi et
Parthus audiuit. simul vrbs Edessa
Facta fidelis
Barbaras gentes labor inquietus
Impij Idoli famulas vocari
Ad fidem. Thomę merita explicabit
Quis precor vnus?
Qui minas regum nihili estimando
Solis in templo simulachra rumpis
Nomine in Christi. a miseris fugando
Dęmonas hostes
Plura quid dicam fidei columna
Carceris labem. tulit & caminum
Ignibus plenum. gladio q̃ pectus
Fossus acuto
Morte perpessa meritis opimis
Cælicas taugens habitationes
Semper assistis domino salutis
Sancte patrone
At sacrum corpus retinens Edessa
Ture non paruo veneratur vsq̃
Omnibus tete vocitando votis
Atq̃ periclis
Ipse sed tandem faueas poetę
Qui tuas laudes cupit ampliare
Corde syncero. mihi cum negetur
Victima pinguis.

FINIS M. CCCC. XC. IX.

Epigrãma H. Bebelij in Albertum magnũ Sueuum omniũ recte philosophãtium principem.

Cędite philosophi.quos græcia iactat alũnos
Extulit & si quos Itala terra suos
Quos longe Albertus vicit merito polyphemus
Gloria Sueuorum Teutonicique soli
Par decus ingenij nec fas sperare nepotes
Hic nouit quicquid tota sophia docet

Ad nobilem et egregiũ virũ Vitũ de furst iuriscõsultissimum saphicon H. B.

Vite doctorũ columen virorum
Admodum lętor tibi contigisse
Ingeni dotes quibus ipse ferris
Clarus in orbe
Nobilis quod sis proauis vetustis
Non tibi laudum titulos reportas.
Iure sed longos proauos ad astra
Tollere debes
Corporis formam tribuit venustam
Sidus & mores veneris benignum
Sunt satis quas diuitias retentas
At perituræ
Forma mortalis.fragilis.caduca est
Febre quę pauca reliquisue morbis
Deperit.ceu flos viridi sub agro
Tactus aratro
Omnia vt vites inimica amatę
Corporis formę.veniet bacillo
Tristis.informis.speciosa carpens
Cuncta senectus

99

Laudo doctrinis faciasse claris
Pectoris tete docilis penetral
Iure quas possis propria æstimare
Cõmoda vitę
Quę tuum nũcq̃ comites fideles
Deserunt callem varium per orbem
Fida spes viuis. comitãtur vsq̃
Tristia fata
Ciuici iuris specimen disertum
Atq̃ nodosos canonas resoluis
Qui sapis priscam sophiam. Platona
Cumq̃ magistro
Castalis lymphas perhibent probati
Te viri larga bibitasse fauce
Te quoq̃ argutam cytharam caballi
Tangere plectro
Faris & Marcum Cicerona nostro
Ore. plus multo lacia camœna
Principi charus modo Marchioni
Ipse senator
Nec meos spernas tenuis poetę
Simplici fusos modulos moneta
Non mihi phœbus furiosus œstro
Pectora pulsat
Sponte sed nobis Genius ministrat
Impetus. quosquos animo benigno
Pellegas. fiunt veteres in annos
Pignus amoris
In Iosbartũ mathematicum
& pseudoprophetam.
Si Iosbarte potes superum dignoscere mentes
Consilia & noris tristicięq̃ stygis
Cumanę vt vulgus perhibet secreta Sibyllę
Nosti Tiresię vaticinata simul

Epigrammata.

Tu Petosiris ades vel es astrolo gusq; Thrasyllus
Presagis populo quęq; futura poli
Grandinis ipse furor segetis populator opimę
Tempore quo immineat nimbiferiq; noti
Vitiferos colles quę sit pressura pruina
Bella ducum narras tristia quęq; ferens
Si tam sanctus ades qui cum dij nocte loquuntur
O Iosbarte precor dicere pauca velis
Cur tam claudus eas? cur tam ifirmasq; columnas
Corporis. augurio non reparare potes
Quid tibi tam turpis quid debet trita lacerna?
Tam laceras tunicas nemo propheta habuit
Vah curare sinas cælestia sidera diuos
Vaticinare togam firmaq; crura tibi
Velle cui intendant Babilonij & augur Hetruscus
Scire vel Armenij vana supersticio est
Stultus & ante pedes quod habes nescire fateris
Et superum nulli cognita facta refers

FINIS.

Epitaphiũ Illustriss. principis Ebrardi senioris ducis Vuirtenbergẽsis. quod ad tumbam eius positum est. per H. Bebeliũ cõpositũ. anno M. CCCC. XC. VI.

Qui fueram quondam Suęuorum gloria prima
Hac iaceo tristi contumulatus humo
Ceruigerę genti merui virtute ducatum
Signiferum imperij Cæsar & esse dedit
Martis opus tractans non victus ab hostibus vllis
Suntq; procul pulsi quos scelera atra fouent
Pacis at in primis studiosus tristia bella
Teuthonicis pepuli sæpius ipse plagis
Relligionis amans. templum hoc fundasse iuuabat
Hic vbi post obitum corpus inane cubet.

FINIS.

100

Epigrammata.

De laudibus eiusdem apud Tumbam.

Aspice fatorum seriem quicumq; viator
Tendis ad hãc tũbam. quia mors nõ abstinet vllis
Terricolis. iacet hic Ebrardus preda lacertis
E heu Sueuorꝫ columen. qui pacis amator
Mars erat in bellis. Ithacus sermone diserto
Pectore et Alcides supans grauitate Catona
Te alter mecœnas summo dilexit amore
O quem relligio traxit vel castra Mineruę

Ad diuam Virginem pro principe defuncto

Virgo per æternum summo dilecta tonanti
Atq; per ethereos o veneranda choros
Vnica peccantum spes atq; salus miserorum
Manibus Ebrardi confer ad astra viam

In funus Burchardi de Randeck equitis aurati fortiss.

Sueuia nobilium semper fœcunda virorum
Ah lachrymas quantas fundere iure potes
Qui strauit tocies. hostes victricibus armis
Nobilitatis honos militiæ q; decus
Transfoditur ferro ex Randeck Burchardus acuto
At pro iusticia. iusticię q; duce
Alpicolę sensere truces quam fortis in hostes
Surgeret. hostili sępe cruore madens
At tandem cecidit sed non inglorius. orbem
Cuius fama replet non peritura cito
Nobilium laus pro patria est cecidisse sub armis.
Non potuit fato candidiore mori
Quod si pensari cęlo benefacta merentur
Iustius ad superos scandere nemo queat

Epigrammata.

Epitaphiũ Ioannis de furſt nobilis occiſi a Suiceris.

Si bene rettulit in diuos veneranda vetuſtas
Hunc qui pro patria vulnera ſeua tulit
Iuſtius in cœlum nullus conſcenderit vnq̃
Quam tu Ioannes nobilitatis honos
Cui probitas placuit. iuſti reuerentior alter
Nec pietate prior. quẽ ſacra virgo beet

Epitaphium Barbarę filię d. Martini vranij iuriſcon-
(ſultiſſ.

Hic ego quę iaceo direpta virentibus annis
Barbara non quinas vixeram olympiadas
Vnica ſpes patris nimiũ dilecta marito
Heu lachrymas quantas mater amata dabit
At quę ſecuro pede (fors confiſa iuuentę)
Carpis iter nurus o fata ſiniſtra caue
Ignoras etenim incolumis quid veſpere Parcę
Inuectent. certam vix tenet hora fidem
Mane quidem viridis. veluti flos tactus aratro
Nunc trahor in cineres. hoſpita terra vale.

Aliud Epigramma.

Si probitas. virtus. ætas & candida forma
Flectere parcarum penſa ſeuera darent
Immortalis eram. ſed mors nil talia curans
Me rapuit. ridens vota caduca hominũ.

Epitaphiũ doctoris Io. Mõſch

Quem modo virtutes cinxerunt agmine facto
Hoc celebris doctor meſch iacet in tumulo

Epitaphiũ Gabrielis Byel Theologorꝫ
ſuo tempore monarchę.

Cui modo vix Itali ſimilem vel Grecia mater
Repperit. hac Gabriel contumulatus humo eſt

Cedite philosophi quos tollit ad astra vetustas
Vos tenebrę comites, deuia curua tenent
Sed meus hic plano monstrauit tramite verum
Inuenta sse, vnũ nouit adire deum
Scilicet hoc viuo didicit Germania, quicquid
Nouit Aristoteles, doctiloquusq; Plato

Epicœdion in funere doctoris
Galtheri de Vernia.

Rebus in humanis quã sit spes omnis inanis
Quã sinat & firmum fors violenta nihil,
Aspice securo quisquis pede degis in orbe
Fors iam lætaris cras eris ipse nihil
Elatis nimiũ quod cesses fidere rebus
Hoc Galthere tuus cõprobat interitus
Qui modo sublimi profers monumenta cathedra
Pagina quid doceat, quid sacer ipse deus
Obstrusas nosti sophię penetrare medullas
Callebas quicquid docta Minerua docet
Quẽ probitas morũ, vitęq; modestia sanctis
Aequauit, nũmi nec tenet vlla fames
Nunc sine voce iacens nũcq; reuocandus abisti
Heu quis non posset morte dolere tua
Si lachrymis vdis possit tua vita reuerti
Perpetuos gemitus pectora nostra darent
Sed cum fata vocãt nequicq; questibus auras
Pulsas, mortiferę stant rata fila deæ
Et mors ęquali pede regibus atq; misellis
Imminet, & cunctis inijcit illa manus
Sensit enim lœtum proles vesana Philippi
Pellei, et Macedum magnanimiq; duces
Quos tremuit tellus omni sub sole reposta
Thetijos, et quicquid vltima terra ligat
Sarcophago paruo clauduntur fortia regum
Corpora, nobilitas proderit ipsa nihil

Proderit heu nihilum Crasso numerosus in arca
Nũmus, et a prisco ducere nomen auo
Philosophos, vates, dryides, raucosq; sophistas
Mors rapit, & pullis nigra triumphat equis
Horrescat finem quicquid sub sidere lunę
Spirat, et in cineres soluitur omne genus
Qua propter tumidis noli confidere rebus
Instabilis metuas lubrica dona deæ
Viue memor lœti seruans precepta tonantis
In te ne Ditis pœna perennis eat.

Epitaphiũ eiusdem sepulti in
Tubingen apud minores.

Claudimur hac parua doctor Galtherus in vrna
Nobilis ex atauis ipse Sycamber eram
Tu quisquis nostrum calcas quandoq; sepulchrum
Dicere non dubites, sit tibi sancta quies
Non mihi mater adest dulcis quę funera curet
Auxilio patris destituor q; mei
Qui fleat obcasum non est mihi frater acerbum
Aduena sum, nobis nullus amicus adest
Confiteor toties veterum monumenta relegi
Et didici quicquid pagina sacra docet
Sed trahor in cineres, gelidi sum præda sepulchri
Spero tamen propere mente videre deum
Dilige virtutem facit hęc te sola beatum
Cætera sunt fraudes quęq; sub orbe colis

In exilium Iosbarti pseudoprophetę

Quam bene cõueniunt tecum Iosbarte sacrorum
Fata prophetarum conditioq; eadem
Gens hebręa suos multum sine crimine vates
Persequitur, sic te nec fauor vllus habet
Hi tamen occisi insontes, tu crimine plenus
Vrbe Tubingensi pelleris ecce procul.

Epigrammata.

Ad Mortales de Premeditatione mortis, quam nemo euadere potest cuiuscũq; conditionis fuerit.

Elegia H. Bebelij

Aspice mortalis quam sit fiducia mentis
Irrita pompoſę, ſpes tua vana ruit
Gloria vana hominũ, vani ſunt orbis honores
Pompa ſub hoc mundo vana, caduca cito
Rumpitur & transit, quicquid ſub ſidere lunę
Spirat, & in cineres ſoluitur omnis homo
Spes ſoli ſeruire deo, ſunt cętera fraudes
Dilige virtutes iuſticiam q̃ cole
Hęc tibi dant requiem veram, dant gaudia certa
Angelicos cœli dant coluiſſe choros
Aspice mortalis quã mors diſcrimine nullo
Imperitet iuueni cũ vetuliſq; pigris
Lege ſub ęquali pauper vel Perſidis omnes
Diuitię ſubeunt fata tremenda necis
Nec genus aut quemq̃ virtus a morte redemit
Aut facies Paridis vel probitatis honos
Magnus Alexander cecidit, fortiſſimus Hector
Nec Lariſſeus tutus Achilles erat
Morte coactus abis pede velociſſime lada
Orpheus & Socrates cũq; Platone cadunt
Sic perit immundi clariſſima gloria mundi
Et tm̃ ſaluus qui bene vixit erit
Aspice mortalis pręſentia buſta iacentum
Quid valeat faſtus diuitię q̃ vide
Arida comperies exhauſtis oſſa medullis
Fidere quid poſſis ipſe videre potes
Pyramides regum, media & de plebe iacentum
Buſta lacertę habitant, oſſaq; & exta vorant
I nunc & tumida incedas ceruice ſuperbus
Faſtidi populum pauperiemq; grauem

Epigrammata.

Patricios atq; agricolas discrimine dic quo?
Cernis? nos choream hanc cogimur isse simul

Ad Virginem Tetrastichon.

Virgo decus cœli domina orbis, spes miserorum
Christum fac mi tem sentiat omnis homo
Nam si tu a nobis oculos auerteris, euheu
Quis dabit auxilium spem quoq; (nemo) reo

Tetrastichon ad sanctam Barbaram.

Barbara cœlicolum specimen, charissima Christi
Virgo, quę vacuas non sinis esse preces
Sis custos vitę, & quo tu donata, salutis
Fac videam patrem, cum calor omnis abit

Tetrastichon ad sanctam Annam

Anna decus mundi, cælestis gloria turmę
Quę paris auroram soliferam q; deam
Sub pedibus quassans cunctas cum dęmone laruas
Pelle procul quicquid pectus ad ima trahit.

FINIS

Laus Lucij flori historici elegantissimi

Qui cupis in paucis versari & multa videre
Lucius hoc florus exhibiturus adest
Hic tibi Romanas acies & prelia dicet
Vrbis, quę greca & barbara tela domat
Quod si tersiloquę traheris dulcedine linguę
Liuius hic alter vix Cicerone minor

Conquestio in auaritiam puellarũ; quod nemo nisi diues ametur.

Ah miseros iuuenes quibus est nõ ampla supellex
In domibus, sed quos bella puella premit

183

Preteriere diu fœlicia ſæcula quando
Charior argento mentula dura fuit
Iam iam proſtibulę nullum (niſi ſacculus ingens
Sit comes) ardebunt auriferi q̃ Midę
Nec doctrina valet. Plato ſis doctiſſimus ipſe
Si careas nũmis. cogeris ire foras
Pelleris a foribus. ſiquando intrabis. amicę
Atria. carnificem. ſi det. amare ſolent
Nec genus aut quemq̃ virtus in amore iuuabit
Quęritur imprimis diues an eſſet inops

.SSS.

Fata ſequar lætus tetricę dum noſtra ſorores
Stamina deducant. pulchra agaſina vale.

H. B.

In laudẽ Lactantij Firmiani omniũ eccleſiaſticorum ſcriptorum eloquentiſſimi. Hexaſtichon H. Bebelij.

Hic qui priſcorum ſectas Lactantius omnes
Arguit. & carpit quę docuere ſophi
Huius ab ore fluit lacialis ſuada loquelę
Chriſticolę vocitant quem Cicerona ſuum
Par decus eloquij nec fas ſperare nepotes
Quos fouet alma fides. fouit et ante viros.

Ad doctorem Hieronymũ de Croaria iuriſconſultiſſimum.

Vnicum noſtrę ſpecimen paleſtrę
Vnicum iuris decus & monarcha
Bartolum & ſiquos coluit vetuſtas
Cedere cogis
Optime tractas Ciceronis arma
Optime calles numeros Maronis
Optime noſti veteres libellos
Hiſtoricorum

Si quis & veram sophiam celebrat
Quisquis & sacros relegit prophetas
Si quis & cunctos studio nitentes
Vnice honorat
Si quis & tantę fidei est amator
Si quis & summa grauitate pollet
Si quis & iustum colit atq; honorat
Simplicitatem
Nostra te talem recinit Thalia
Huncce te semper merito vocabo
Quemq; virtutes comitantur omnes
Agmine facto

In Zoilum raucum qui cum sit indoctissimus, ꝓfitet̃ tamen se poetam.

Zoile doctiloquos solitus carpsisse poetas
Quos fouet & Phœbus Pyerius q; chorus
Atq; tuos toties solitus tempsisse magistros
Omnibus insultans quos sacra Pallas amat
In numero vatum stultissime dicier optas
Et tibi iam titulos sumis inepte nouos
Tu Flaccum laudas miraris carmina vatum
Tamq̃ mellifluo sis Helicone satus
Scribere clericulis cum vix exponere possis
Et qui cum beta noueris alpha parum
Omnibus in triuijs rauco fœdissimus ore
Insontem oblatras me lacerasq; virum
Ah te ĩprudentem perstes lęsisse poetas
In pharetra quorum spicula mille latent
Cornua mille geras, tu sis cornutus & vsq;
Durior & cornu sis licet ipse lapis
Experiere tamen musas effringere doctas
Pectus barbaricum cornigerumq; caput

104

Vtq; omnis mihi ſit vindictę dempta facultas
Pyerides vires & ſua tela dabunt.

De Laude et vtilitate poetices et ſęcularium lrarę. cõtra indoctos q̃ſdam ſacerdotes raucoſq; ſophiſtas.

Elegia H. B.

Cedite paganos qui diſſuadetis aſelli
Chriſticolis libros pyeriamq; Chelyn
Cedite barbarici quorum precordia lethen
Spirant. infauſto ſidere nata cohors
Stridula qui circum(capti popularibus auris)
Compita curſantes. temnitis omne decus
Dicitis. atq; palam rugata fronte ſonantes
Sint procul a vobis ethnica ſcripta viri
Ethnica ſcripta quidem peſtis veſana malorum
Quę vos virtutes dedoceant q; fidem
Infundum erudiunt ſcelus. & fomenta prophanis
Exiſtunt vitijs. exitiumq; animę
Quod ſi priſcę artes plauſum contemnere vulgi
Iure queant. phœbi fatidicuſq; calor
Nemo tamen quiſq; media de plebe creatus
Eſt adeo. diuæ vel rationis inops
Quin ſi non falſum velit hic examen inire
Et bene librata lance rependat opus
Protinus aſſurgat laudes cantare ſororum
Et ſtudium celebret quod coluiſtis aui
Illic inuenies quid ſit feciſſe decorum
Quoq; ſit ætherei mitior ira dei
Limes honeſtatis quis ſit. quo fine beatum
Dirigitur. vel quę ſit q̃q; norma boni
Quid decor & racio poſcat. quantumq; propinquis
Largiri & patrię conueniat q; patri
Quid quod ad omne genus virtutis pectora noſtra
Formantur ſophia carminibuſq; ſacris

Elegia.

Acrius in vitium ſceleroſaq; crimina priſci
Inſurgunt. luxum verba diſerta domant
Quid plura accipies vetitum execrarier vſq;
Et quicquid mentes ducere ad ima ſolet
Hec reuocant ad temperiem vel triſtis egeſtas
Quicquid auaricię. ſuadet & ipſa Venus
At fateor quędam frontis non eſſe ſeuerę
Scripta. nec a Chriſti gente legenda velim
Non tamen iccirco virtutis idonea ſpernas
Pocula. quę redolent nectar et ambroſiam
Virgo roſas lectat rigidis de ſentibus. & nos
Optima carpemus dulcia & inſtar apis
Optima ſcripta quidem poſſunt corrũpere mentem
Illius ad vitium qui ſtudioſus erit
Sumpſerit hiſtorias ſi quos primordia mundi
Cantantes. & quas pagina ſacra probat
Inſtruit hic animũ leſſei crimine vatis
Dum legitur. nimius vel Salomonis amor
Stupraq; natarum tragico vomitanda cothurno
Dum madet immodico Loth pater ille mero
Quod ſi perluſtrat. quicquid fudiſtis Athenæ
Ipſe frequens lector. quęq; latina ſchola
Comperit in dubio multum prodeſſe poetas
Et quos palliolum & hiſpida barba tegit.

Laus litterarũ contra diuitias

Fidere non nimium volui regnis opibuſq;
Quę variare mihi quęlibet hora potest
Hęc nutriunt curas. mentes faciuntq; moleſtas
Quę mihi diripiat raptor vbiq; latet
Maxima ſpes mihi ſunt diuinę Pallados artes
Quaſq; ſacris fidibus flauus Apollo canit
Ignis edax non has. poterint auferre vel vndę
Liuor iners non has. tempora nulla valent

105

Hę ſtabiles ſemper, quemq̃ nec morte relinquunt
Tollere quas nũq̃ predo ſceleſte potes

Sotericon in Michaelẽ Coccíniũ phię magiſtrũ, auditorẽ ſuum Viennã concedentem

Pegaſides muſæ vatum venerabile numen
Iam date Coccinio proſperitatis iter
Sidera cui cœli faueant fauſtiſſima, lætis
Excipiant q̃ auibus, dum parat ire viam
Namq̃ Alemãnorũ poſtq̃ migraſtis in antra
Caſtaliuſq̃ rigat Sueuica rura liquor
Hic cœpit iuuenis tetricę invigilare Mineruę
Muſicano q̃ choro nocte diecq̃ vacat
Incq̃ tuis caſtris adeo eſt iam Phœbe peritus
Miles, & Aonię tangere plectra lyre
Ponere vt emeritę muſarum præmia poſſit
Militię, & claro ſoluere vota deo
Et vos o ſuperi cæleſtia regna tenentes
Iam veſtro auxilio pergat amicus iter
Ille petiturus vrbes ſeptemplicis Iſtri
Neccharei linquet pulchra fluenta vadi
Et tu fide deis, his ſunt quia cura poetę
Namq̃ deum vates myſtica ſacra canunt
Viue vale, & fidos inter numerande ſodales
O mihi, dum nobis vita ſuperſtes erit

In Antoniũ Rhaudenſem monachũ Lactãtiomaſtigẽ, hoc eſt, calũniatorem Lactantij

Tu qui Lactanci carpis doctiſſima ſcripta
Antoni indocto barbarico q̃ ſtilo
Hoc tua te nũq̃ docuit confeſſio, famam
Alterius nigra cõmaculaſſe nota

Psallere debebas Dauidis amabile carmen
Et miserere mei vox tua rauca sonet
At si sic placuit nomen quęsisse perenne
Nec tibi posteritas hęc monumenta dabit
Vt flauam contra tendas sus ipse Mineruam
I pater. elleboro & ablue sępe caput

Querimõia puellarꝝ in Luciferũ q grece phosphorus (dicitur

Phosphore æternę dator & minister
Lucis. & noctis nebulas opacas
Atqꝫ funestas remouens tenebras
Lumine claro
Cur diem velox properas olympo
Reddere. heu nostris inimice votis
Dum meos artus Agasina tangens
Gaudia confert
Cogitur tete veniente plorans
Linquere amplexus gemebunda nr̃os
Lucidos ignes remorare solis
Sidere pigro
Tu puellarum inuidiosa stella
Seperans euheu miseros amantes
Sæpe te contra referunt puellæ
Impia verba
Desinit per te requies amantum
Desinit per te requies laborum
Desinit per te requies aratri &
Ruricularum
Perdidit per te requiem viator
Perdidit per te requiemqꝫ pastor
Perdidit per te requiem volucris
Quadrupedesqꝫ

Incipit per te tolerare duras
Pectoris curas hominum caterua
Incipit dulcem refugare ſomnum
Pulchra puella
Ergo lucentem remorare ſolem
Dum duos noris recubare amantes
Crede ſe iungens cupidas puellas
Enſe necabis

Tetraſtichon ad ſanctum apoſtolum Thomam

Inter apoſtolicam turbam ſanctiſſime Thoma
Qui vacuas ſerui non ſinis eſſe preces
Te duce fac miſeri poſſint vitare pericla
Et vitę, & mortis, teq; perenne ſequi.
FINIS

Contra Simoniacos.

Elegia H. Bebelij Iustingensis. Ad oīum laudatarum artium cōsultissimū virum & patronum singularem Ioannem nauclerum Tubingensis ecclesię prępositū gymnasijq; cancellarium in Simoniacos.

Eximios inter cunctis memorande diebus
O nauclere viros & probitatis honos
Quod non suscepta est per te prouincia. rerum
Scribere sacrarum de ambicione librum
Et solet a nostris nunc illa simonia dici
Namq; Simon sceleris hic magus author erat
Rem facis imprimis dignam. nec laude carentem
Atq; sacerdoti iure cauenda mones
Nam cum dira lues viciorum regnet in orbe
Infandumq; scelus agmine cuncta trahat
Nulla tamen maior pestis. vesania nulla
Illius exuperat. impietatis opus
Quod si non fallar si sim non sordidus author
Diuitię pingues hoc peperere malum
Omne malum nobis funesta pecunia primū
Intulit. & sortis luxuriantis opes
Pręstabat quondam castos ecclesia mores
Cum Petrus in summa sede regebat inops
Cum non dum marmor crustataq; tecta ferebat
Ipse locus templi. gēmiferasq; trabes
Cana fides mundo viguit. cum paupere cultu
Stabat in exigua ferreus æde calix
Tunc viguit virtus. tunc nos Astręa colebat
Inq; suo precio docta Minerua fuit
Pontificum at postq; paupertas sobria cessit
Et capiat luxus quos sacer ornat honos
Nullum crimen abest. facinusq; cupidinis. atq;
Aurum omnes pulsa iam pietate colunt

r

Elegia.

Victa fugit bonitas. aurum veneramur in orbe
Auro lex cessit. mox sine lege pudor
Auro pulsa fides. auro cælestia dona
Mercamur. tanta est ambitiosa fames
At sunt iam plures qui iusta vocabula turpi
Prætendunt sceleri. & talia verba vomunt
Emptor ego non sum. sed munus munere penso
Sic homines lusos credit & ipse deos
Stulte quid insanis? Christus speculatur ab alto
Singula corda hominũ. fallier atq; nequit
Mortales circũuolitans simul omnia Pluto
Defert æterno cælicolumq; deo
Et tristes queritur mores. & debita poscit
Supplicia. o miseras quos scelera atra tenent
Iudicij extremi memores estote fideles
Ne vos præcipites naufraga Syrtis agat.

FINIS

Elegia extẽpalis H.B. in mortẽ nobilis et p̃stãtissimi viri Hartmãni de Eptingẽ Canonici Basiliensis.

Plangite pyerides nunc mecum plangite musæ
Et tristi plangat flauus Apollo lyra
Ille etenim Hartmãnus vestris depastus in hortis
Qui coluit vates fouit & vsq; pios
Concidit. & tepidi factus iam præda sepulchri
Ah miseris nobis qualis amicus erat
Hic mihi mecœnas fuit. hic spes vnica vati.
Ille parens alter. totus amicus erat
Quem semel aspicerem soleo liquisse Sueuos
Sole sub ardenti Raurica tecta petens
At simul vt fessum vatem Basilea recepit
Inuenio dominum mortis adisse viam
Oh ego quos gemitus quę nam suspiria mixtis
Cum lachrymis dederam. fletibus ora rigans

Atq; fidem mox inclamaui hominũq; deumq;
Insultans morti mortiferęq; deæ
Immansueta cohors, quid vos iniustius inquam
Quas resecare iuuat nobile quicquid erit
Nam si virtutes quemq; fecisse perennem
Atq; animus posset fortis & egregius
O parcę immites nũq; disrumpere fila
In manibus vestris tam licuisset enim
Sed frustra querimur, nũq; lamenta dolores
Tollunt. & rident nescia vota deę
At mihi dilectus siquid deliquit amicus
Impetra veniam virgo sacrata poli
Nam si tu a nobis oculos auerteris, euheu
Occidimus miseri nec medicina subest

Epitaphium eiusdem Hartmanni

Eptingense genus iacet hac Hartmannus in vrna
Nobilitatis honos cecropię q; deę
Siquem virtutes siquem doctissima Pallas
Cum probitate pium ducere ad astra solent
Illius ad superos erit acceptissimus omnes
Aduentus, faueas cui pia virgo poli.

Ex Basilea M. D. festo Magdalenę. r ij

Epigrammata.

Saphicon in mortem Henrici Bebel senioris qui obiit in peste ãno M.CCCC.XC.V.

Hoc auus noſter recubat ſepulchro
Bebel Henricus.miſeris benignus
Quem tulit canum furibunda peſtis
Impia cunctis
Peſtis heu graſſans regione Sueua
Strangulans ſanctos tolerãs nefandos
Integro non tu poteras ſceleſta.
Parcere patri
Qui ſuam duxit probitate vitam
Iuſtus & clemens.pietate pollens
Dignus vt viuat ſuperas per auras
Tempus in omne.
Diſce mortalis petitura mundo
Cuncta fallaci.nihil & futurum
Semper æternum.pereunt in hora
Gaudia mundi
Tardius nũcꝫ fluidis cꝫ lymphis
Tranſeunt anni.volucriſcꝫ vita
Corporis noſtri fugit & venuſtas
Otior euro
Horridę mortis memor ipſe prudens
Eſto.quę ſemper truculenta cunctis
Imminet.fies moriture manes
Puluis & vmbra
Hęc rapit matres iuuenes ſeneſcꝫ
Abſtinet nullo genito ſub ore
Pauperes.regum & ſimili reuiſat
Atria more
Eximet nec te proauũ vetuſta
Claritas. tutum faciet ve virtus

Epigrammata.

Morte quin dura ſubeas Auernę
Limina mortis
Attalo nũq̃ preciosa veſtis
Nec Gygi Lido numeroſus archa
Profuit nũmus, ſubeuntq̃ legem
Omnibus vnam
Non Ariſtides potuit fugare
Integer læthum. Numa vel deorum
Cultor, & conſtans animus Catonis
Cedite morti
Ergo diuinum precibus remulce
Numen, ignoſcat ſcelere aggrauatis
Aſtra poſt mortem petiturus adſis
Chare viator

Contra meretricem ſingulis detractantem

Quid vos o fratres meretrix fœdiſſima turbat
Opprobrio linguę denteq̃ vipereo
Quis precor edoceat coruos ceciniſſe ſuaue
Deq̃ ſuo cantu noſcitur omnis auis
Quid mihi ſi de me referant pręclara latrones
Proderit, aut Verres vel Catilina nepos
Dedecus eſt prauis, vt nos docuere ſophorum
Dogmata, laudari vel placuiſſe malis
Tunc tua laus agitur cum diſplicuiſſe videris
Peruerſęq̃ lupæ zelotypoq̃ ſeni
Scitis enim cuncti quam vulgatiſſima cunctis
Preſbyteris meretrix ſit, cupidiſq̃ procis
Turpis, auara, ſalax, laſciua, petulca, bilinguis,
Et qua nil phœbus peius in orbe videt

109

Parenesis Bebeliana ad iuuentutem ne prauis mulieribus nimium credat.

Fidere non nimium iubeo cirrata iuuentus
Virginibus pulchris fœmineoq; choro
Verba puellarum vento leuiora feruntur
Optima iam. nouit fallere siqua virum. est
Hoc doceo male præceptor delusus ab illis
Dum mihi vel fœlix dumq; beatus eram
Sed tu qui nostris gaudes de casibus oro
Ne tibi contingant vel mage dura caue
Namq; ego dum afflictis olim insultasse solebam
Nunc trahor in pœnam risus et ipse alijs.

Contra Zelotypum.

Nescio quid de me tu cornicaris inepte
Presbyteros. canum verba pudica decent
Ilia rumpuntur tibi cum mea nomina cernis
Surgere. vel doctum fama referre solet
Atq; meam laudem ducis tibi dedecus esse
Dum solus clarum nomen habere cupis
Atq; apud agricolas solus vis esse propheta
Quicquid & in toto discitur orbe sapis
Viribus & totis me deprimis ipse poetam
Sæpius & forsan non bona verba refers
At mihi si credis. vis scropha lacessere doctam
Pallada. quem laudant teutonicęq; scholę
Non me gloriolę. non me rumusculus audax
Ignarę plebis sollicitare solet
Tu studeas. cuius vel corruptissima libra est
Vulgo. nec durans lausq; caduca breui
Me raris placuisse viris iuuat. est quibus acre
Iudicium. vnde mihi fama perennis erit

Contra eundem

Qui tibi doctiloquos ſuaſit lęſiſſe poetas
Zelotype. o ſani non fuit ille animi
Hoſtis enim vatum. o quantis lacerabere plagis
Tela parata quidem ſemper habere ſolent
In triuijs paſſim cur me mordere ſolebas
Speras me læſum poſſe tacere diu
Sum placidus. fidus. ſuauis fautoribus ipſe
Iura ſodalitij nec violare tenax
Inſuper infeſtus nimiũq; remittere durus
Hoſtibus offenſam. qui pharetratus eo
Lędere ſi poſthac quẽq; vis ſancte ſacerdos
Huncq; remorſurum premeditare precor

Sapphicon endecaſyllabõ tetraſtrophõ cum adonico

Ad Philomelam auiculam muſicam

Deſere hybernas philomela rupes
Sit ſatis nido accubuiſſe tetro
Cuncta iam florent. viridesq; ſummo
Vertice montes
Floridos pandit modo ſylua ramos
Et ſolo flores redolent olentes
Fertiles promit ſegetes colono
Frugifer annus
En aues aſpris varię rubetis
Concitant dulces modulando cantus
Te vocat cornix ,pperans inertes
Aedere voces
Te nemus plaudit veniente vaſtum
Omnis arbuſto reſidens in alto
Conticet mox te reſonante mirans
Penniger ales

110

Te iuuat tota cecinisse luce
Desinis nũcq; reparando vires
Dum nigrę cęlum tenebrę recondũt
Plectra mouebas
Cæterę phœbi radijs chorusci
Integrant tantũ modulos sonantes
Sũma nidorum trepidę subintrant
Nocte silentes
Fulgidum aut solis iubar expauentes
Delitent atris alię cauernis
Dira sed tm̃ gelidis sub astris
Omina cantant
Ergo componas numeros tonantes
Leni & adsis ruricolę susurro
Sola quę cunctas placido volucres
Carmine vincis
Candidi guttur superas oloris
Qui colens ripam Eridani rapacis
Dulce plus ęquo moribundus ardet
Pangere murmur
Cedat ast Orpheus cythara sonora
Regna qua Ditis nebulosa visit
Plausibus complens stygios lacusq;
Lucis egentes
Dat triumphum luscinię decorę
Lesbij vatis lyra sat canora
Quę feris iunxit lepores molossis
Fœdere pacto
Hinc velis diuis celebranda musis
Collibus belle sonuisse apricis
Quos p̃mit suauis sopor, vt quiescãt
Gramine fusi
Ex gymnasio Cracouiensi M.CCCC.XC.II.

Epigrammata.
Ex gymnasio Crocauiensi M. CCCC. XC.II. de eodē

Sarmata me vidit prima lusisse camœna
Hoc pręsens carmen principiumq; fuit
Cum quaterent me me febres sine fine trementem
Solamen dederat tunc philomela mihi

Epitaphiū Ioānis Hiller theologi & canonici Stutgar.

Quem probitas quem cana fides quē cinxit honestū
Qui tenuit quicquid pagina sacra docet
Hiller Ioannes tumulo requiescit in illo
Sit precor huic requies in regione poli

Distichon de fortunę potentia
Omnibus humanis si vult conatibus obstat
Sors vaga. cunctorum & irrita vota facit

In Lurfum sacerdotem detractorem pessimum

Inuide cunctorum cupiens discerpere famam
Lurfe. quid in quēq; tetra venena vomis?
Nonne sacrę rabido mortales carpere morsu
Præcipiunt leges? Lurfe nefande negant
Quid memorem leges suadet rudis illa vetustas
Non alij inferri quod tibi nolueris
Num te Socratica? aut diui pręcepta Platonis
Erudiunt? Cicero doctiloquus ue docet
Nūquid Aristoteles. toto celebratus in orbe
Alterius famam rodere? Lurfe negant
Quid tibi philosophos referam. nam singula nescis
Inscius ah tractas verba sacrata dei
Tu tamen indoctus ignarus iners & ineptus
Latras in doctos verba maligna viros

Quis te pfidior, quis te temerarior alter
Aut quis te inuidior o rabiose canis?
Tartareas infans vndas cum lacte parentis
Hausisti, hanc rabiem non nisi Pluto dedit
Scabida testatur facies liuore respersa
Inuidiã color hic occuluisse nequit
Sed resipisce precor mordacem cõprime linguam
Anguiferę discas munera pulchra deę
Non cum blandicijs, cũ fraudibus, ore pudendo,
Sed studio ingenuo nomen ad astra feres
At si more tuo pergis mordere canina
Fauce, tibi eueniant nubila fata precor
Spicula te ledant torquet quę magnus Apollo
Pro sue te figat Delia setigero
More Licambeo mœstus tua guttura stringat
Funis, & immitis deuoret ossa lupus
Vltra aut caucaseas vectus cum turbine rupes
Insano, Scythię frigora dura feras
Illic annosæ producas tempora vitæ
Post Acheronteas mœste aditurus aquas.

In Claram Lurfam sororem Lurfi pessimam

Clara Charibdeis Scylleq; ferocior vndis
Getulam superans & feritate Leam
Credo tuam prolem fatis ab origine natam
Innocuos vexet, tollat adastra malos
Quicquid agis, loqueris, vigilans seu nocte quiescẽs
Inquemq; iactas murmura sęua virum
Quicquid & in tota factum sit & vrbe futurum
Tisiphones ductu vaticinaris atrox
Nec miseros torsisse sat est, vesania suadet
Cerbereo sanctos dilacerare sono

Crede regat mundum cęlesti rector in arce
Pro meritis cuiuis præmia iusta ferens
Altera post tumulum teneas sit vita futura
Corpore nec cuncta deperitura simul
Et pius & iustus celsum conscendat olympum
Nec sine vindicta facta scelesta feres
Sed nebulosa Iouis nigri tibi regna petenda
Perpetuos gemitus hic sine fine dabis

In Luscum Lurfum filium Lurfæ

Lusce bonos odiens mores, imitaris auitos
Inuidiam biberas matris ab vberibus.
Garrula cur gestit cunctorꝫ carpere famam
Linguaꝫ nec a doctis abstinuisse potesꝫ
Cur rudis ingenioꝫ quę te dementia cœpit
Artes ingenuas discere spernis iners
Cur tua Carmani resonat vox instar aselli
Dulcius aut vlulat cur ferus ipse lupusꝫ
Lumine cur quemuis obliquo conspicisꝫ ac si
Funis carnificis te tenuisset heri
Cur tam deformis quod te nec simia vincat
Horrendum monstrum tu Cacus alter eris
Cur nil laude facis dignum. per singula turpis
Pelle sub agnina pectora vulpis habes
In promptu causa est peperit Phlegetontis ad vndam
Te de tartareo torua Megera cane
Hinc est cur mores. cur cantus. vita. loquela
Sint turpes. quicquam nec nisi turpe facis.
Ex Scheklingen oppido M.CCCC.XC.IX.

Distichon pulcherrimum de se

Lima velut ferrum sic aduersarius vrgens
Nos acuit. virtus languit hoste carens.

Epitaphiũ Catharinę vxoris quõdã Ioannis Carbonij bonarꝫ artiũ mgri. ãno M.CCCC.XC.VII.a Bebelio (æditũ

Quid iuuat o tantas mortales condere cista
Diuitias? messis quo horrea tanta struunt?
Fidere qui possis formę? flauis ꝯ capillis?
Quid speras longos viuere posse dies?
O genus ignarum vix te lux crastina cernet
Rebus in humanis spes tua cuncta ruit
Haud vllas portabis opes ad inania regna
Vmbrarum. nude conspiciendus abis
Illa ego quę fueram Carboni olim Catharina
Vxor Ioannis. visa beata mihi
Namꝫ i uuenca fui. & multis mea forma placebat
Nec probitatis honos defuit ipse mihi
Proh dolor o matres partu dum foeta laboro
Cum nata extremum clausimus ecce diem
Sed doleo imprimis quod non sis nata superstes
O vitę & letho quem dedit vna dies
Esset ad elysias vmbras mihi dulce parentem
Pergere. quod posthac ipsa futura socrus
Sed Parcę prohibent. & ineuitabile fatum
Te vocat. & mecum non reuocanda fugis
Fleto meos casus grauida es quęcũꝫ futura
Fœmina. & hos miseros te timuisse decet
Abscedo. & me omnis mortalis homelle sequeris
Nec tutus quisꝫ est. hospita terra vale.

FINIS.

Oratio Henrici Bebelij poetę. De vtilitate latinitatis. et quę res faciat pueros eloquentes & doctos. habita in studio Tubingensi in principio Bucolicorum Vergilij Anno M.D.III. XIIII.kl'as Nouembres.

INterpretaturus Bucolica Vergiliana o litteraríę expeditionis cõmilitones studiosissimi. non putaui incõgruũ fore quędã. de eloquẽtię atq; latinitatis vtilitate concionari. contra eos litteratores. qui ꝓfricata fronte omniq; deposito pudore. in angulis audent tm̃ cũctis studiosis bonũ vellicare. inq; publicã oim artiũ colũnam atq; diuersoriũ. eloquẽtiam scilicet mussitare. sũt aũt ij rudes quidẽ et illitterati pœnitus. qui audent damnare id q̃d non nouerũt. & despicere id. quod in se quid habeat vel cõmodi vel detrimenti. mellis aut fellis pœnitus ignorãt. & tales (vt ait Hieronymus) qui ignorantes quid audiãt. quid loquantur. de eo audent iudicare. quod nesciũt. et ante despiciũt quã ꝓbẽt. eruditosq; se estimãt et disertos. si de cũctis scriptoribus detrahant. At vbi malus iudex (vt est in prouerbio) ibi peruersa sentẽtia. Vnde nõ minus vere q̃q; eleganter dixit Fabius. fœlices esse artes. si de his soli artifices iudicarẽt. De cõmoditate igit̃ et vtilitate linguę latinę. quę item res eloquentes faciat homines vel impediat. quo minus docti & diserti euadamus dicturus. nõ velim vos iã expectare o auditores lõgã or̃onẽ. de p̃stãtia & nobilitate rhetorices atq; poeticę. longis rationibus. argumẽtatiõibusq; firmatã. q̃niam exactis annis sępius id exhibuimus. in exordio videlicet sermonũ Horatij. vbi lõgo ṽbor̃ cõtextu. lõgisq; sctõr̃ simul et phõr̃ testimonijs ꝓbauimus nostratia studia. esse. vt necessaria pueris. ita decora et vtilissja oim ętati. quãdo itẽ suscepimus laureũ sertũ. plura de p̃stantia et vtilitate poetices et eloquentię in magna

193

doctorꝫ et ſcholaſticorꝫ corona decãtauimus Sepe itẽ alias cũ interpretabor. Lactantium. Quintum Curtiũ. L. Florũ. Iuſtinũ. oratorem Ciceronis et nõnulla alia eiuſdẽ opa. Itẽ Perſiũ. Iuuenalẽ alioſqꝫ nõnll'os authores copioſe et pro virili pte. noſtratia ſtudia ab ipitorꝫ iniuria atqꝫ calumnijs vindicauimus. Nũc tandẽ nihil aliud reſtat dicendũ. niſi paucis pſuaſiõibus authorũ qꝫ teſtimonijs liquidiſſime oſtẽdere. eloquẽtiã et terſã latinitatẽ ſumme eſſe neceſſaria oibus cuiuſcũqꝫ diſciplinę ſtudioſis. Primũ itaqꝫ ſtulti mihi vidẽt. qui volũt eſſe vt ipſi loquunt Artiſtę hoc eſt artium tractatores artiũqꝫ periti. ſine grãmatica et rhetorica. cũ et hę iter artes liberales vel precipue ſint habẽde. At ſi vis eſſe grãmaticus. opus eſt vt ſis latinus ideſt congruus vt noſtri loquũt. ſcias orthographiã. proſodiã. ſyntaxin ideſt cõſtructionẽ et etymologiã. quę ſũt ſpecies grãmaticę. quę ſi neſcieris nõ es dicẽdus grãmatiſta ml'to minus vt tecũ loquar artiſta. hęc ita eſſe nõ niſi ſanctis doctoribus cõfirmabo. alioquĩ contra te eſſet Quintilianus. Marcianus Fœlix Capella. Cõſultus Fortunatianus. Aulus Gellius et reliqui ſcriptores. ſed mitto hos omnes. vnus mihi ſufficit non ethnicus. cui nõ tm̃ fidei habetis ſed Chriſtianus. et omniũ Chriſtianorum doctiſſimus Auguſtinus. qui te niſi ſupradicta ſcias arguet non eſſe grãmaticũ. inquiens libro ſecundo de doctrina Chriſtiana. Quid eſt ergo integritas locutõnis. niſi latinę cõſuetudinis conſeruatio loquentium. veterũ authoritate cõfirmata. Et idem ſoloecismus qui dicit nihil aliud eſt. quã cũ verba nõ ea lege ſibi coaptãt q̃ coaptauerũt q priores nobis nõ ſine authoritate aliq̃ locuti ſũt. Itẽ barbariſmus quid aliud eſt. niſi ỷbũ non eiuſdem lr̃is vel ſono enũciatũ. quo ab eis. qui latine ante nos locuti ſunt enũciari ſolet. Ex quibus qdẽ verbis non obſcure intelligis. quicũqꝫ es ſiue artium.

Iuriſuue aut theologię ſtudioſus te nõ eſſe grãmaticũ, niſi ſis latinus et congruus in tuis cõſtructionibus eo mõ, quo veteres et veri latinitatis authores locuti ſũt, niſi ſcias orthographiã, hoc eſt debitã verborũ ſcripturã, et ſyllabarũ accentũ et quantitatẽ, quę ſi ignoraueris aut aduertere nolueris, futurus es baccalaureus, mgr̃ vel doctor, vernaculus & germanicus non latinus, phãmur autẽ latine nõ germanice. Et vt in ſumma de linguę latinę cõmoditate dicã, quamcũq; artem tractare aut diſcere volueris, primum latinitas inſtrumentũ eſt non mõ vtile, verumetiã neceſſariũ ad illam ꝑdiſcendã, qua cũ facile poteris penetralia illius artis introſpicere, et quęcq; in ea contẽta intelligere, & ſine qua fruſtra laborabis, hoc verũ eſſe ꝓbãt iuriſcõſulti primũ. Quis enĩ ſine latinitate etiã vera et priſca non vulgari, qua nunc legulei vtuntur intelliget ſyluas & numeroſa iuriſcõſultorũ volumina? vbi non minor eſt elegantia veterũq; verborũ candor et ꝓprietas, quam apud ſummos oratores Ciceronẽ, Liuium et alios, q̃d ſi etiam vernaculus eſſe velis cauſidicus patronuſq; cauſarũ, rhetorica maxĩe opus erit, niſi enĩ quis motu, habitu et geſtu cõgruenter poſſit, vel iudicẽ atq; auditorẽ cõmouere vel placare, auerſũ cõciliare, et remiſſum erigere, niſi caute poſſit rem ſuã exordiri, beneuolentiamq; captare, ordinatim narrare, diuidere, ſua cõfirmare, aduerſariorũue obiecta cõfutare, hoc ẽ niſi armis fuerit rhetoricis iſtructus, oratorioq; in campo aliquando ſudauerit, parum idoneum, immo ĩutilem exiſtimo cauſis actitandis. Et iuriſconſultus demum niſi in ocio verſari velit, et inglorius vitam veluti pecudes tranſire, vel vt ſignificantius loquar, niſi velit potius eſſe proletarius et plebeius quam claſſiarius et ſummatis, accedendi ſunt interdum principes, rerũq; publicarũ magiſtratus, vbi nõ legibus ſed rhetorica

atq; eloquētia opus est. Vnde antiqtus nō nisi summi oratores Cicero. Caluus. Hortēsius. Gracchi Antonius et reliq; pmulti causarū patroni aduocatiq; fuerunt. Quod aūt theologis rhetorica et latinus sermo. maxīe necessarius sit ꝓbaui mltis ꝟbis. iure canonico. authoritateq; Augustini. Hieronymi. Lactātij. Cassiodori in apologia nostra cōtra poetici nomīs hostes. Tamē hic dixisse me nūq; pœnitebit. nullū nrē tēpestatis theologū posse intelligere. vt Basiliū. Eusebiū et cēteros grēcos omittā. nec vel Augustinum vel Hieronymum vel Ambrosiū. Lactātiū. Cyprianū. Cassiodorū. Fulgētiū. Orosiū vel Tertullianū. Clementem et alios nōnullos summos theologos. et colūnas fundamētaq; ecclesiæ Christianē. nisi poetica. oratorioq; eloquio fuerit vel mediocriter iustructus. At scio iam plres ignorātiē suē ansam arripere solere dicentes. nonne Christus & sui discipuli nō multū oratorio verū simplici sermone vsi sunt. cur et nobis nō liceat vel potius deceat ita loqui? Cōtra q̄s loquit diuus Hieronymus. tales esse homīes affirmās. qui solā rusticitatē ꝓ sanctitate habēt. piscatorū se discipulos asserētes. quasi iccirco sancti sint. si nihil scierīt. Et alibi qui ī sermōe dicit se imitari aplos. prius imitet virtutes in vita. illorū in loq̄ndo simplicitatē excusabit sanctimonię magnitudo. et syllogismos Aristotelis contortaq; Chrysippi acumina resurgens mortuus cōfutabit. hęc Hieronymus. Si igitur gloriabūdus te horū imitatorem iactas. quos iustissimo pro exēplari sequaris. age totos illos p̄cor imitare. et quēadmodum corrupti et simplicis affectator esse vis sermonis. sic imitator esto virtutū. insequere cūcta eorū vestigia. Redde et effinge nobis sanctitatē. fulminātē q; facundiam Pauli. vitę integritatem. diuinorumq; eloquiorum eruditionē euangelistarum. Cēterorūq; aplorū sanctimōia. vltroneāq; pro Christo pauptatem

opprobria, neces, & exquisitissima tormenta. Tunc ignoscam et tibi sermonis simplicitatem. herbamq; vt dicitur libere cōcedemus. Cæterū (teste eodē) ridiculū est. siquis e nobis manēs inter Crœsi opes et Sardanapali delitias de sola rusticitate se iactet. quasi omnes latrones et diuersorū criminū rei diserti sint. et cruētos gladios oratorū voluminibus & non arborum trūcis oculant. Cogor aūt hic paulum diuerti ab instituto. & respōdere quibusdam. & theologis, et sacerdotibus sacrilegium ducētibus legere poetas. propterea quod Hieronymū ab angelo virgis cęsum. quod Ciceronianus esset aliquādo legerint. primū nouerit Theologi quibus peculiaris ꝓpe modū est phīa. Hieronymū nō magis reprehensum esse ob poeticā quā omnē phīam & seculares lr̄as (lr̄ę aūt seculares sunt artes liberales poetica & tota phīa) id quod apud eundē Hieronimū & Ruffinū eius tūc inimicū luculenter repies. Vt autē penitus destruā nodosum illud impitorū argumentū scitote Hieronymū nō esse cesum ab ãgelo. sed hoc ei in somnijs tm̄ apparuisse. nam cū ob hoc Ruffinus eū q̄si periurū criminaret quod iuramentū angelo p̄stitū non seruasset. respōdit somniū tm̄ fuisse in hęc verba. Nunc quod instat pro sacrilegio atq; periurio somnij respondēdū est. Sed tn̄ qui somniū criminatur audiat ꝓphetarū voces somnijs non esse credendū. quia nec adulteriū somnij ducit me ad tartarū. nec corona martyrij in cęlum leuat. Quoties vidi me esse mortuū et in sepulchro positū. quoties volare sup terras eē. quibus omnibus nihil īpugnat nisi somnij veritatē. quod autē alio loco poeticā & seculares lr̄as cibū esse dęmonum scripserit. nemo miret. hoc enim ad moniales scripsit. quibus iure meritissimo dissuadere debuit cūctas res humanas (quibus prius renūciasse debuerūt) ne dum

115

illecebrosa elegiographorũ carmina, et cętera oĩa quę nos voluptate q̃dã detinere et permulcere solẽt Sed vt tandẽ a diuerticulis qui ad iter ĩstitutũ redeamus. Sũt nr̃ates plimi qui tẽpis penuriã causẽt dicẽtes, se nõ tm habere tẽpis, vt tersioribus lr̃is incumbãt, impeditos magis necessario phię studio, p ĩsignibus aliqn̄ studiorũ suscipiẽdis. Ad q̃d facile respõdebo, vix tibi deesse posse vnã in die vel duas horas in qbus sepositis alijs studijs relaxãdi anĩ gracia, possis hęc nr̃atia studia pertractare cõmodissie. Et si q̃ntũ alij tribuũt in tẽpestiuis cõuiuij s, q̃ntũ aleę, q̃ntũ tesserę, q̃ntũ denicꝫ cytharis, fistulis reliquiscꝫ voluptatibus, tantũ tu temporis ad tersiora studia excolenda sũpseris, breui futurũ spero, vt in virum disertũ atcꝫ eruditũ sis euasurus. Si vero neglexeris, ignobilis eũ inter eruditos locũ obtinebis, quẽ in vrbe et inter ciuiles homĩes rustici et pastores. In decem enĩ annis presertim, si a gymnasio excesseris vix tibi vel semel dabitur occasio, de predicabilibus, predicamẽtis, ampliationibus, restrictionibus, exponibilibus, secũdis intentiõibus, de reliquiscꝫ dialecticę disputatiõis ornamentis disputandi. Et postremũ nisi velis sordidus idiota censeri omnibuscꝫ esse ridiculo, loquendũ est ad tuos sacerdotes latine et quidẽ elegãter, cęterícꝫ cõciliandi homĩes eruditi, salutandi, obseruandi, nouitatibuscꝫ et historijs recẽsendis exhilarandi, vrbanitate cõsuetudiscꝫ iucunditate, tum demũ in amicitia detinendi, vti quottidie experiuntur ij qui gymnasia studiorꝫ reliquẽtes, dũ in eos oĩm oculi oracꝫ intẽta sunt, cogunt nõ tam ostẽtatiõe q̃m necessario de rebus vel iucũditatem, admirationẽ vel nouitatem afferẽtibus dissertare et quidẽ venuste, nisi exertam canis linguã cũctis elicere velint. Dicã igit tandem q̃d sentio tria potissimũ esse, quę nos et eloquẽtes et eruditos reddãt, et sine quibus muta omnia sunt et rudia

Sũt autẽ hęc. bonus videlicet p̃ceptor. lectõ optimorũ authorũ. et crebra demũ exercitatõ atq; vsus loquẽdi. hinc q̃d nos Germani simus tã elingues et elegãtioris sermõis impiti nll'a alia est causa. quã p̃ceptorũ iscitia. Quare nisi Germãia optios et disertos pueris doctores elegerit. et precipue bonos grãmaticos. nisi rudes illitteratos. et linguę latinę ipitos repulerit. exploserit et eliminauerit vicatim. numq̃ erimus neq; docti neq; eloquẽtes. nisi enĩ p̃ceptor debita pnũciatiõe et accẽtu quę prosodia est concinne loquat̃. et alios ita loqui nõ minus q̃ttidiani sermõis cõsuetudĩe quã doctrina instruat. nisi verbis latinis puris et splendidis. quę ex illustribus authoribus mutauerit tenacissimas adolescentiũ mẽtes imbuat. nisi ijsdem et ipse quidẽ crebro vtatur. nisi recte scribendi rationẽ non magis vsu quã doctrina ostendat. quo mõ potest fieri? vt ille quem ibuendũ assumpserit in eruditũ atq; disertum virum euadat? vsq; adeo aũt vsus & latine loquẽdi cõsuetudo efficax est ad bene ornateq; loqu endũ. vt nec arte ipa grãmatica teste Augustino. qua discit̃ locutionum integritas. indigerẽt pueri si eis inter hoies qui itegre loquerent̃ crescere daret̃ et viuere. Quatinus autem eloquẽtia cõparat̃ nõ mõ doctrina. verũetiã et multo efficatius frequẽti loq̃ndi vsu et exercitatõe assidua. q̃ mõ potest ille loqui latine et q̃dẽ diserte? nisi frequẽt̃ ita didicerit ĩ scholis. at prohdolor nostrates ludimgri non modo non caste docẽt loqui. sed ne bene quidem latine. nisi sordida et latinitate corruptissima. vnde potissimũ iuuẽtutis ĩgenia corrũpũt̃ (natura enĩ tenacissimi sumus eorũ q̃ rudibus ãnis pcepimus. et magis ptinaciter inhęrent quę deteriora sunt) hinc a tenera ætate corrupte loqui a p̃ceptoribus nostris non dico instructi sed potius corrupti. non facile dediscere

possumus quę teneri inbibimus. quare oraculi loco habendum duco quod de Timotheo in arte tibiarum clarissimo tradit. quod duplicē exigeret ab his mercedem quos alius ante se instituisset. credens (quod et verū est) multo difficilius dedocere errores iam inueteratos, quam ea que nūcq̃ didiceris docere. Opus est igit in instituendis pueris, quēadmodū et diuus Hieronymus tradit vt statim latina et tersa sequat eruditō nec cōtemnēda quasi parua. sine quibus magna constare nō possunt. ipse elemētorꝫ ordo. et parua istitutō preceptorꝫ. alit de erudito aliter de rustico ore ꝓfert hinc Gracchorū eloquētię multum ab infantia sermo matris Cornelię contulisse fertur. & Philippus Macedonū rex Alexādro filio prima lrarum elemēta tradi. non nisi ab Aristotele eius ętatis summo philosopho voluit. Habito tandē bono p̄ceptore prima eius diligentia erit. vt non nisi optimos & ꝓbatissimos linguę latinę authores pueris proponat. a barbaris autem et icultis scriptoribus minutisq̃ versificatoribus. vt sunt Facetus. Floretus vel Antigameratus. Alanus. Phisiologus et similes. ita caueat. quasi a calamitate q̃dam & labe ingenij. Inquinata enī et corrupta scriptorum lectio. vitia lectori suo affigit et mentem simili inquinat tabe. Hęc omnia nō me credatis sed Quintilianum dixisse. qui optimos et stati et ſp scholasticis legendos persuadet. primū tamen Ciceronē. qui vt mihi quidē videtur (ait idem) et iucundus incipientibus quoq̃ & aptus ē satis. tū. quēadmodū Plinius p̄cepit vt qsquis Ciceroni erit simillimus. Et vnus ex vestris Augustinus ait. Vergilium ꝓpterea legūt paruuli. vt videlicet poeta magnus omniūq̃ pręclarissimus atq̃ optimus. teneris ebibitus ānis nō facile possit obliuiōe aboleri. Ideoq̃ optime istitutū est (teste Quintiliano) vt a Ver-

gilio lectio inciperet. quãq; ad intelligendas eius virtutes firmiori iudicio opus esset. Sed huic rei superest tempus. nec enĩ semel legatur. interim et sublimitate heroici carminis animus assurgat. & ex magnitudine rerum spiritũ ducat et optimis imbuatur. nisi igitur (vt receptui canã) Germania optimos p̃ceptores selegerit. qui caste loquẽdi cõsuetudĩe et illustribus authoribus teneram ætatem formauerint. nũq; erimus neq; diserti neq; eruditi. Dixi.

FINIS.

Ad Lectorem.

Offendes interdũ lector candide moramẽta quędã ex immutatiõe. omissione. inuersione. diuisiõe. transmutatiõe lr̃arꝫ. syllabarũq; ac dictionũ minutula. facileq; cognobilia. curiosa p̃sertim lectione. Subiecimus tamẽ pauca. quibus nos quoq; porrexisse tibi manum videres opera fideliori. Tu boni consule ac vale. Sed hoc vnũ monemus. Teutonicus scribi ex archetypo t medio exili. Author t aspirato. Adulescens non adolescens. Hieronymus nõ Hieronimus. Sapphicon nõ Saphicon.

Recognita & ad archetypũ retractata.

Scribe a. ii. philosophõ non philõ. sępe ꝓ sepe. a. iij. cũ sũma. ꝓ vel sũma. quę ꝓ futura sũt lege. a iiij cuiusq; ꝓ cuiuscũq;. optimo non optime. partam non partem a. v. nã ita cõiunxisti. ꝓ oĩa cõiunxisti. a. vi. ꝓ ceritate ꝓ proprietate. promptus nõ promtus. ac mĩme. nõ et ac mĩme. descẽderĩt ꝓ dscẽderint. Treuiri ꝓ Treuir. nũc Tungri ꝓ tũc Tungri. b. i. simus non sumus. poplis nõ phis. Lõgobardos deniq; pro Lõgobardo Deniq;

Theſſaliã nõ Theſſalonicã: b.ij.Scandauia pro Scandiaui a.Benedis Scyris nõ in ſciris. in uaſto ꝓ ũ uaſto. tamdiu Germania vincit.nõ tam diu vincit.b iij.inde ociũ ꝓ inde:ociũ.ciuiliũ armorꝫ ꝓ ciuiiũ larmorꝫ.ꝓximis nõ droximis.Illyride ꝓ Illiride. quã ſepius pro ꝗ ſepius.Huni nõ Huui.fœliciores ꝓfœlicores.quam ꝓ ꝗ. b iiij.Alexandri ꝓ Aexandri.comitata ꝓ cõmitata. Ceſarem nõ Ceſar.c i.lege diſcrimine.ꝙ ſi viginti pro ꝙ viginti.c ii.De.Lau. Ger.ꝓ De.Lan.Ger. Semnones nõ Seinnones.c iij.quocies nõ quotiẽs. Sarrhacenorꝫ ꝓ Saracenorꝫ.c iiij.Hieroſolymis pro Hieroſolis pergemus pro pregemus.ꝑterea ꝓ perterea.Illyrij nõ Illirij: c v.quattuor. vel vt alij non quattuor alij. Ter proceres nõ proceros.c vi.Romanorꝫ nõ Romano tũ d.i.legito.ꝙ cũ pellegiſſem.Quintilianũ) delectant ꝓ Quintilianũ delectanti)ſic. d ij.vel merear nõ nil merear.Germani non Germanię.ſit(hodie.non ſit hodie. fęcũda)vnde ꝓ fecũda vnde: Turcarꝫ non Turcorum d iij.ppl'orꝫ non phõrꝫ.Sycãbri non Sycambrĩ. Attica lingua ſiue.non Attica ſiue. Rhoſuita non Rdoſuita. d iiij.ſi qdam pro quidem. eſſe indigenas non aſſe. in primis pro in prĩs.Aeneas non Eneas.e ij. cũ te nõ tñ te. e iij plęricꝫ non plę: ricꝫ. inſolubilia ꝓinſolubila. e iiij. minus nõ minius: e v. ob corruptũ ꝓ viſi corruptũ.ml'to eſt nõ multa: e vi.elegans. Lactantius inſup nõ elegans.Lactan.inſup. eruditiſſimi ꝓ eruditiſſim: f i.oĩno pro nino.nimius pro nimimus.Claudium nõ Claud.vel rara non rare.quidam Afrũ non quendã: f ij.imbibant non inbibant: f iiij. lutulentus nõ luculentus.pellegunt non plegunt. Heroici pro Herioci. Apollinaris non Appollinaris: g ij.pl'menta tranſſero pro pulmenta. trãſſero.emulatus pro eml'atum: g iij tractabat. hinc pro tractabat hĩc: g v.elehemoſynam

non elehemosinã. nihil) habeo dum viuam pro nihil habeo) dũ viuã : g vi. Dauentrię. cupit & precib. pro Dauentrie cupit. & p̃cibus. scholas nõ scolas. scholasticũ nõ scolasticũ. pl'ra dicere nõ pl'a. dicere : h i. ijs ꝓ hijs. grãmaticus non es pro gręcus non es : h iij. sępe me pro Sępe me. iis ꝓ hijs : h v. Tubinga nõ Tubigẽ. me accusas pro mea accusas : i. ij. barbaries pro barbares. sophistarum pro sophistar : i. iij. semper pro smeꝑ. sibi imptiũt non incipiũt : i. iiij. Ni rebus non In rebus : i. vi. hęc vidit pro hoc vidit : k ij. nullus in. non in nullus. lęticiamq̃ pro ięticlam. illinc non illic : k iiij noris non sentis. lamq̃ dies. aderant pro dies aderat intrepidi pro intrepi. mox sibi pro tũc : l. ij. Est lugere. non Et : l. iij. Atq̃. non Autq̃ : l. iiij famem. non famã erret nõ errat : l. vi. immensus non in mensus. Romulidũ non Quirini : m. ij. (q̃uis) pro (liceat) : m. iij limina non lumina : m. iiij. Militia pro Miltia : m v. Sic lege. Impia. crudelis. furibũda. immanis. iniqua : m vi. ausa non causa. ex spes non expes. soli non sola : n iij. Tu q̃q̃ cũ. non Tu cũ : n iiij. Vigilatę pro Vigilate. immodica pro in modica. carpere pro carpore : n vi. in questus pro ĩquestus : o i. Clęmens pro clemẽs : o ij. Mnemosyne pro Mnomosyne. dignitatis pro dignatis : o iiij. pœnas pro pœna. Christe sctõr̃ pro vita : p ij. ęstimãdo non estimando : q iiij. Separans non Seperans Rurícolarum non Ruricularum : r ij. ocyor nõ otior

Phorce. Ex Aedibus Thomę Anshelmi.
Mense Martio. M. D. IIII.

(3)

EPITOME LAVDVM SVEVO rum atq; principis nostri Vdalrici ducis Vuirtenbergensis & Thec. De captiuitate & proditione ducis mediolani, Et de men daciis quorundã historicorum

119

ARGVMENTVM HENRICI BEBELII IN totum opusculum Ad Conradum Thum

Accipe nobilium specimen Conrade uirorum
Quæ tibi magnanimo nostra camena dicat
Inuenies breuibus sueuorum grandia gesta
Quæ quondam uberius scribere mente sedet
Inuenies q; tui uel sub iuuenilibus annis
Principis inuicti, gesta, trophea, decus
Historicos etiam non omni parte placentes
Quos odium traxit, mulsit & ipse fauor
Quod si grata tibi fuerint habitura fauorem
Plurima post scribam plus placitura, Vale.

EPITOME LAVDVM SVEVORVM ATQVE PRINCIPIS NOSTRI VDALRICI, DE CAPTIVITATE ET PRODITIONE DVCIS MEDIOLANI, ET DE MENDACIIS QVORVNDAM HISTORICORVM

Viro nobili atq; magnanimo Conrado Thum ex Neuburg, principis nostri illustrissimi magistro equitũ, hoc est uulgo Marscalco meritissimo Henricus Bebelius Iustingensis poeta laureatus. S. D.

Vm nuper legissem Conrade magnanime, apud Iacobũ Bergomensem auctorem supplemẽti chronicarum Ludouicum
c Mediolani ducem proditorie esse in manus gallorũ traditum, ab angelis quibusdam (ut ipse ait) & sueuis, factũ omnibus annalibus detestabile, sum profecto plus q̃ dici potest stomachatus. Nã si hoc uerum esset, nos sueui maculam & crimen nulla deinceps ætate, nulla uirtute abolendum contraheremus. Nam si fidei nostræ creditos nõ modo desereremus, Verum etiã proderemus, essemus profecto liberis & nepotibus nostris pudori & uerecũdiæ, q̃ primi maiorũ partam gloriã per summam ignominiã denigraremus atq; amitteremus, Ne igitur oprima sueuorũ fama, fides, integritas, animositasq; & fortitudo animi, quæ a maioribus nostris honestissima atq; pręclarissima accepimus, ignauia nostra perderẽtur, neue tam pessimũ exemplũ nostrorũ temporũ inultũ aut non excusatũ, falso & mẽdaciter ad posteros transmitteretur, credidi mihi & unicuiq; sueuo cõuenire, se suãq; patriã (pro cuius salute ipsum spiritũ deuouendũ esse existimo) ab inaudito periurij & uiolatæ fidei crimine uindicare. Ego aũt fidei sueuorũ splendorẽ omibus retro seculis intactũ & in hanc usq; diem incõtaminatũ ostẽsurus, ad quem potius scribam aut ubi conquerar hanc iniuriam cõmodius & iustius, q̃ apud te illustrissimi sueuiæ nostræ principis hominẽ primariũ & familiarissimũ? Qui cũ habeas animũ nobilem excelsum & magnificũ, corpusq; ipsum & sanguinẽ pro laude & salute patriæ exponere nũq̃ dubitares, apud eumq; principẽ sis cuius inuictissimꝰ animus & maximus nihil abiectũ & humile, sed magnificum, semper & egregiũ cogitat & facit, putaui hanc meã publicã apologiam & sueuorũ defensionẽ apud te & principem nostrũ in primis maximũ pondus habituram, plausibiliterq; & summo fauore excipiẽdam. Nam ut de principe primũ loquar. cum sit ille nobilissimorũ, ab antiquissimisq; temporibus laudatissimorũ sueuorũ dominus & princeps quo animo accipiat quęso, iuxta accusationẽ præfati scriptoris, se atq; suos ita degenerare a maioribus suis, tantumq; crimen inferre glorię sueuorum, ut cum maiores nostri sint a fide celebratissimi, sui suo tempore per inauditam violatæ fidei impudentiam infamarentur? Hanc igitur falsam & mendacem accusationem iniquissimo laturum animo nunq̃ dubitabo, Nam cum

120

illius incessum uirilē tacitus intueor, morum grauitatē consiliorūq; supra adolescētiā maturitatē, fortitudinē, magnitudinēq; animi uerissimis asseroribus accipio, quē neq; permoueāt tubarū fractęq uoces, neq; hortendus militū clamor, neq; arma late perstrepētia, aut bōbardarū (ut ita loquar) uiolentia, atq; omniū tormentorū insanus horror, Quę omnia princeps adolescens inclusus ferro, loricaq; onustus ex innata uirtute negligat, & qui ad omnem tumultū infracto animo inter primos uideatur, hoc est manu strenuus, in subeundis periculis constās, atq; in rebus moliendis efficiēdisq; uelox, & qui extra militarē disciplinā non in ociosa uita atq; delicijs corrupta Sed in iugi exercitatione armorū, uenationibus cæterisq; rebus quæ homini tolerantiā patientiāq; laborū præbent, consistat, maximāq; partē uitæ consumat, cuiq; nihil enerue, nec quod animos uirorū aut molliret aut frangeret, placeat, Videtur mihi profecto princeps ille meus ad ueterū & maiorū suorum gloriā ab omni iniuria uindicandā fato quodā progenitus. Et quicquid in Conradino ultimo sueuorū duce, rege Hierusalem atq; utriusq; Siciliæ, Proh hominū atq; deorū fidem, amisimus, in hoc uno nos recuperaturos spero constātissime, Et maximū certe iam experimentū de se exhibuit, qui contra hostes hactenus toti germaniæ formidabiles mira fœlicitate & iustissimo bello ita enituit, ita suos ab iniuria latronū atq; hostium tutatus est, tam amplissime fines suæ ditionis protulit, ita adolescentiæ annos triūphalibus glorijs imbuit, ita iniuriā prius acceptā atq; cōtemptum prioris seculi matura uindicta ultus est. ut certissima spes sit eū suos maiores longe supergressurū. Et antiquitatis uenerabilia nomina Fœdricorū, Heinricorū, Conradorū, gētilium suorū, eorūq; fœlicissimas res gestas, æmulaturū gloriosissime, Quod si manipulatim eius laudes immortales q; uirtutes enarrare uellem, non foris solū sed etiā domi dicerē, quanta principis esset in subditos iustitia, cū iustis legibus præclarissimisq; maiorū institutis, præcipuaq; humanitate sibi cōmissos gubernaret, nec quē ad bona ciuiū diripienda auaritia cecum impellat, nec libido præcipitē ad uoluptatē inflāmet, nec crudelitas ad ciuiū cedem prouocet, sed qui modestia, tēperātia atq; clementia regni perpetui instrumētis suum dominiū cōstituat, sed ad alia maturanti mihi non est institutū hic aliud agere cū cōqueri apud principē iniuriā nobis factam, quē eo iniquius laturū eam ipsam existimo. Nam dū eius ingens animus nihil nisi egregiū cogitet, & illā egregiam cogitationē iam rebus gestis declarauerit, sitq; in futurū maxime declaraturus, cur non & ipse timeat, si ita mēdatia scriptorū p libito cuiusq; tolerarentur, ueuturū qui eius etiā uirtutes, & res optime gestas mēdacijs obfuscaret? Ad te aūc Conrade magnanime potissimū scripsi, Nam cum tantū ualeas auctoritate, consilio & fide apud principē, cū tum alius nullus, nec te q primo loco sis apud illum, fœlicitatis pedissequa superbia arrogāsem reddiderit, sed sis facilis & adeūtibus benign?, credidi ego me tibirē

facturũ gratissimã, si sueuos cũ ueritate ab inaudito crimine excusarẽ. Dũ te pro re publica sueuorũ, pro laude & gloria principis & patriẹ, non opes solũ & fortunas bonaq; uniuersa, uerum sanguinẽ ipsum effundere nunq; dubitabo. Nam cum superioribus annis princeps noster victoriosus fœlicissimo bello & iustissimis belli causis memorabiliq; exercitu summa cũ laude & gloria fines suæ ditionis deuictis oppidis castellis atq; arcib⁹, natura loci operecq; munitissimis, non mediocriter ꝓtulisset (ut superius dixi) tu profecto (citra adulationẽ rem omibus notã ingero) omnium rerum gerendarũ curã suscepisti uigilantissimus, ita, ut imperator esses cõsilio, miles exemplo & labore, Tu omnia castrẽsia munera primus, aut cũ primis obiuisti, & omia quæ cõsueuerũt fieri in militia, stare pro signis, excubias sorte agere, vallũ ferre, locũ bello ante capere, castra metari, omibus reb⁹ cũ primis adesse, quæ oppugnationi arciũ & castrorũ idonea uisa essent, Loriculas item, hoc est fossas pro excubijs, ad expugnationẽ ducere, atq; bombardas, quæ dicũtur & tormẽta in hostiũ atq; murorũ exitium atq; ruinã collocare & disponere neglexisti nũq;, Et sicut prim⁹ semper iussisti, ita primus labore & iussa tua capessisti. Hæc omnia huc pertinẽt, ut ꝓ laude & gloria, pro salute denicq; patriẹ non solũ nullũ laborẽ subterfugeris, verũ etiã honesta uulnera & mortẽ ipsam omnino cõtempseris, Q⁹ si hæc principis gesta immẽsicq; tui labores pro patria, falso & mẽdaciter ad posteros transirent, quo animo ferres? cq; egerrimo, facilime cõiecturari potest. Quæ cum ita sint, & ego summa necessitate inauditam ignominiam sueuis falso impositã expurgare pro mea portiõe insti tuerim, elegi te unũ cui hunc laborẽ meum honestissimũ dedicarem. Quẽ eo accipias animo precor, quo scripsi, & me tuo patrocinio & cõmendatiõe nũq; dedignabere. Q⁹ si feceris (uti bene spero (uidebis nihil quod in me beneficij contuleris, aut minus recte positũ aut non ratione collocatũ, Vale & commenda me principi nostro, ad quem ornandũ & celebrandũ, atq; ad patriam pro uiribus illustrandã atq; ab iniuria asserendam, omnem industriã meã, omnem ingenij si qua est uim hoc est omne negocium & ocium effundam studiosissime. Iterum uale Tubingæ.

Cripturo igitur mihi defensionē sueuorū, libuit obiter & uere cunde in eorum laudibus prædicandis immorari. Quorū tamē immortalia facta resq; præclarissime gestę maxima ex parte scriptorū penuria uenerūt in obliuionē. Nā eorū qui fecere uirtutes (ut ait Crispus & Hieronymus) tanta habetur auctoritas, quanta eam uerbis potuere extollere præclara ingenia, uti Alexander magnus ad Achillis tumulum non obscure demonstrauit. Quæ cum ita sint, & germania nullos unq; habuerit rerum scriptores, saltē uetustos, ego sæpe alias ut nunc germaniæ motus cōmiseratione, nihil a dijs immortalibus maiori uoto religiosiusq; optaui in rebus profanis, q̄ nobis ab antiquo fuisse rerū scriptores, qui citra omnem uel affectionem uel adulationē res germanas scriptitassent. Qui si fuissent non aliunde exemplū omniū uirtutum petendū esset, q̄ a sueuis, Quod cum scriptores defuerint nobis, triplici ex causa res nostræ fortiter gestæ uenerunt in obliuionem. Primum enim uehemētissima suspitione carere non possum, quin Romani (quibus semper fere germani & sueui hostes fuere) quantum potuerint, gesta nostrorum uel ignoratione, quippe quibus nunq; tota germania cognita fuit, uel odio, ppriq; laudis studio extenuare uel obfuscare, uel sua plus ęquo dilatare & extollere non neglexerint, adeo, ut (teste Iosepho) aut Ro. obsequio aut externorum odio contra fidem rerū falsa cōfirmauerint, Vt dum Romanos uoluerunt ostendere magnos, externorū res extenuauerint, & in humilitatē deiecerint. vt idem testatur Iosephus. Q. & si cæsar Iulius, Titus Liuius, Suetonius, Cornelius tacitus, Et alij non nulli fide digni habentur scriptores, sicuti nec ego inficias ire uolo, multo tamen laudatiores & magis celebres cōtenderim esse germanos, si & hos ipsos esse germanos contigisset, Adeo nemo nostrum est, quē non patriæ dignitas & amor interdū permoueat, ut longe liberalius & effusius disertiusq; in illius laude recēsenda, q̄ exterorum & præsertim inimicorū rebus gloriose gestis persistat. Ad quod credendū iustissimis rationibus inducor. Nam Flauius uopiscus historicus ait neminem non historicū, q̄tum ad historiam pertinet, aliquid esse mentitum, Addit quoq;, proderem quin etiā in quo Liuius, in quo Salustius, in quo Cornelius Tacitus, in quo denicq; Trogus manifestis testib' cōuinceretur. Præterea scribe, inquit ut libet, securus, quod uelis dices, habiturus mēdaciorum comites, quos historicæ eloquētiæ miramur auctores. Et Asinius Pollio dixit, parū diligenter, parūq; integra ueritate cōpositos cōmentarios cæsaris. Et Cicero, quæ enim cæsar nunq; neq; fecit neq; fecisset, ea nunc ex falsis eius cōmentarijs proferuntur, Et Pollio contra Liuium dicit, q̄ pleraq; per alios gesta temere crediderit. Nonne ut ad græcos ueniam, omnes inter se græcorum scriptores certant de falsitate historiarū inter se mutuo digladiātes? Testis est Iosephus Iudęus cōtra Appionē grāmaticū & Eusebius libro x. de præparatione euangelica, dicens. Pu

gnant inter se omnes, & alter alterius falsitatem redarguit, non est opus tu eos moneam, qui melius me sciunt, q̃ Hellanicus cõtra quẽ Acusilaus de genealogijs ediderit, nec ut enumerem in quot quãtisq̃ Heliodum reprehendit, nec dicam quomodo Ephorus Elanicum, Timeus Ephorũ, Timeum posteriores, Herodotũ omnes reprehẽdunt. Non est necesse de singulis atq̃ minoribus dicere, cum de persarum in græciam impetu, & de preclaris facinoribus tunc gestis inter se uehemẽter scriptores discrepẽt, cũ etiam Thucydidẽ qui accuratissime suorũ temporũ historiã cõscripsisse creditur, quasi mendacẽ nõ nulli accusent, Nonne &, Herodianus græcus dicit plerosq̃ historiographos plus ostentatione eloquentię q̃ amore ueritatis scripsisse. Alios uero (sicut & Polibius asserit) plus fauore & assentatiõe uel odio tyrãnorum uel populorum egregia eleuasse atq̃ extenuasse vel humilia supra ueri fidem dicendi artificio atq̃ elegantia celebrasse atq̃ in cœlum sustulisse. Ex quibus nemo dubitare potest, quin sueuorũ & omnũ germanorũ res & in obscuro manserint, & mendaciter sint posteris traditæ ob scriptores exteros & hostes germanorũ. ¶ Secunda causa est, cur sueui nõ sint pro rerum dignitate & meritis celebrati. Quia quicquid apd' cæteros a sueuis egregie gestum est, cõmuniter germanis ascribitur, Nec enim itali ita nouerunt differentiã inter sueuos & cæteros germanos, uti nos. Et quoniam galli illis notiores sunt, sæpe quę germani uel sine uel cum gallis fecerunt, ipsi tantum gallis ascripserũt, sicuti nos iam facimus, & presertim uulgus. Quicunq̃ enim lingua nostra loqui nescit, uocamus italum vernacule walchen. ¶ Tertia causa obscuritatis sueuorum, Quia nunc sueui, nunc Alemanni dicimur. Inde quicquid Alemanni ubiq̃ terrarum gesserunt, sueuis ascribendum est, Sed q̃ Alemanni sueui sint, testatur diuus Hieronymus in uita Hilarionis, Inter saxones (ait) quippe & Alemannos gens est Frãcorum, non tam lata q̃ ualida & cętera. Hoc item Paulus diaconus ex sueuorum dicens, Id est Alemannorum gente oriundus. Et Gualfridus abbas sancti Galli, Dũ duo sunt (inquit) uocabula sueuia atq̃ Alemannia unam gentem significantia priori nomine nos appellant circumpositæ gentes. quæ latinum habẽt sermonem, omniaq̃ priuilegia augiæ maiori a Carolo magno eiusq̃ successoribus data declarãt alemãnos uocari iuxta lacum constantiensem, monasteriumq̃ esse in alemannię partibus, ut dicit Carolus tertius. Hoc item testatur historia elegantissima cuiusdam abbatis, qui de Heinrico quinto ita dicit, Mittũtur in legatiõe Romam a Lothoringia Bruno treuirensis, a Saxonia magdeburgensis, a Frãcia Otho babenbergensis, a Baioaria Eberhardus Ehistetten. Ab Alemannia Geberhardus constantiensis, A Burgundia Curiensis. Albertus item magnus dicit sueuos Alemannos a maximo lacu Lemanno, qui ante radices alpium effunditur, per cuius medium transit Renus, qui modo constantiensis & brigantinus etiam a Solino dicitur. Laurentius Vallensis

cum Alberto sentit, Hi uidẽtur a Lemanno lacu idest constan. Alemãnos dictos. Et Goffredus Viterbiensis, Rhenus ab antiquis describitur esse Lemannus. Alij aũt ab Hercule Alemanno. quia ut dicit Berosus, Hercules Alemannus apud Tuyscones regnauit, & Annius viterbiensis ibidẽ credit, aut Manni filiũ fuisse, Vel qui Manno in regno successerit. Qui Hercules Alemannus religiose apud germanos cultus est. Nã (ut dicit Tacitus) germani apud eos Herculẽ fuisse cõmemorant, primũq; omniũ fortiũ uirorum ituri in prelia canunt. Et hodie in Augia maiori Insula rhenana uisitur idolũ Alemãni ęreum, Et in ęde sacra in rei memoriã seruat, quod & Lemanno lacui nomen dedisse uidetur. & Alemannis & monasterio Almanswiler. & uillæ Almanshoffen & alijs non nullis pagis. Abeãt hic somniatores qui uolunt alemãnos a lemanno lacu galliæ celticæ inter quos est sabellicus, nihil em̃ nec receptũ nec uerisimile dicunt ut satis supra ostendi alij multo maiori impudẽtia uolũt Alemãnos esse genus aduẽtitiũ ex uaria colluuione gentiũ, quod multo minus quadrat. & quod tanq̃ comẽtũ omnino transeo, cõtentus dixisse quę nemo sanus reꝓbet, Q; si uolueritis hinc legere quid Alemanni, Sueui gesserint per totã italiã & alias regiões, inuenietis eos celebratissimos. Nec ego heluetios & confœderatos mõdictos, sueuos esse admitto, sicuti nec ipsi uolũt, (Alemãnos m̃ non negabo qui latius extendũtur) licet nobiles se de sueuis cõfœderatis aliquãdo scripserint, Fuerũt enim ducũ sueuię & alemãnici ducatus (ut uocat Ludouicus rex francorũ, Ludouici pij cęsaris filius) clientes & sub illorũ ditione, subditi quoq; non sueui, quos gallos ante existẽtes sueui alemãni rhenum traducẽtes in seruitutẽ redegerũt & linguã mutare coegerũt, Nã tẽpore cæsaris (teste Horosio) heluecij modo suitẽses, exierũt, ꝓprias sedes, ea de causa, q̃ perpetuo pene cũ germanis bello altercabãtur, a qbus rheno tantum flumine dirimebãtur. Nobiles a principibus prę fectos oppidorũ atq; castrorũ impositos, etiã ipse sueuos ex origine existimo. Cũ igitur ist is ex causis sueuia non sit pro rerũ meritis celebrata, & maxime quia nullos nisi hostiles scriptores habuit, qui non nisi obiter suos duces extollẽdo res nostras tetigerũt, uolo tamẽ pauca quędã ex historicis colligere & scriptoribus, quibus quilibet optime cõiecturare potest, gesta nostrorũ esse amplissima, si scriptores uernaculos habuissemus, Primũ sueui singulariter præ alijs germanis nobiles dicũtur, testis Seneca hispanus in Medea.

LVCIS SVEVI NOBILES HERCYNEIS

Q; si aliq; a corpore laudãdus uenit, Sueuia est terra populosa, cui gẽs procero corpore, flauo crine & pulcherrimo, venusta facie, decora specie, robore membrorũ & lacertorũ ualidissima, in quos denicq; dij immortales tanta naturæ & corporis bona atq; ornamẽta fortunæ congesserũt, ut nullis gentibus cedere debeamus. Sed alia sunt a quibus plus cõmendamur, Cornelius tacitus a fide nos cõmendat, (quos perfidię accusare nititur sup

plementiũ) dicens, gens fidei cõmissæ patientior. Et nostri maiores semper latera imperatorũ Romanorũ stipabãt, in singularis fidei & integritatis testimoniũ. Et ut postremo integerrimã semper nobis fidem esse adhibitam noscẹ omniũ nationũ non solum germaniæ fortissimos, & fuisse apud ueteres, & recẽtiores esse ostendã, tale sit uobis argumentũ. Nam cum Vitellius (teste Cornelio tacito) a germanico exercitu (nõ germanitiano, ut Beroaldus homo alioquin doctissimus false & contra omnes historicos illius rei persuãdere uoluit) esset imperator acclamatus, solisqẹ germanis comitibus imperiũ esset adeptus, & aliorũ imperatorẽ Othonem uictis sæpe illius exercitibus, ad mortẽ uoluntariã cõpulisset, essetqẹ a Romanis electus çẹsar cõtra Vitelliũ Vespasianus in re militari exptissimus fœlicissimusqẹ imperator diu deliberauit, an imperiũ susciperet, propter germanicarum legionũ uim, famam & robur. Tandem fortissimos germanos nõ nisi germanis uincẽdos existimãs. Sidonẽ atqẹ Italicũ sueuorũ reges in auxiliũ & partes suas traxit, q cũ suis sueuis primori in acie uersati uicerũt germanos Vespasianũqẹ in imperio firmauerũt, sicuti etiã successu temporis Constãtinũ magnũ ad imperiũ auxilio suo euexerunt (teste Aurelio) Ecce summam fidei & fortitudinis opinionẽ in sueuis apd ueteres & romanos. Qui si ad recentiora tempora descẽdamus, inueniemus sueuos uniuersæ nationi germanicẹ animi magnitudine, fide & uirtute prẹpositos, Nam dũ quidam abbas herffeldensis saxo describeret & elegãter qui dẽ Henrici quarti imperatoris gesta contra saxones ita inquit. Datum est negociũ Rudolpho sueuorũ duci, ut ipse cum suis prima acie confligeret, peculiari sueuorum priuilegio, quibus ab antiquis iam diebus lege latum est, ut in omni expeditione regis teutonici ipsi exercitũ prẹcedere & primi cõmittere prelium debeãt. Hoc idẽ confirmat Gotfredus Viterbiẽsis non sueuus neqẹ germanus, sed italus his carminibus.

Iudicio cœli dominantur in orbe sueui
Nunc ubicunqẹ geri respublica prælia quærit
Ordine primus erit, gladio uult primus haberi
Moreqẹ signiferi primus in hoste ferit

Hoc etiam (ut uetera dimittamus) cõprobauit coronatio Fœderici tertij çẹsaris Augusti nuper defuncti, quẽ Romam pro augustali corona immã tem præibãt omniũ primi sueui, uexillũ sancti Georgij (quod aquilã præcesserat) gestantes. Quibus ex rebus relinquo uniuersi mundi iudicio qualis antiquitus fuerit, & nunc debeat esse sueuorũ existimatio, quæ non nisi ex rebus præclarissime gestis progressa dinoscitur, quare hanc eximiam maiorũ nostrorũ prærogatiuã, & incõparabilẽ gloriam a Carolo magno (ut dicitur) uqẹ in hunc diem summa cũ laude nostra nobis delata, Vdalrico princeps inuicte atqẹ fortissime non sinas uncẹ subtrahi aut tuo tempore aboleri, aut ab alio prẹripi. Quoniã nullũ maius uirtutis testimoniũ uncẹ

Ichwe Germany report of proceedings anno 780. ut ex Dalmanus p. 2. cap. fol. 73. annuli 782. habet Crusius qui de his disquirit. Ann. Suev. p. 11. p. 14. 15. Stumpff. Reges. Chr. L. VI. c. 19. annus Crusio haud ex vero ad nos videtur transmissus, d. Carlo tu. M. id adscribit.

123

aliqua gens preferre aut sibi arrogare mea opinione potest. Emulemur quę so te duce & principe maiores nostros, qui rebus fortiter gestis, hanc peperunt laudis & gloriæ prerogatiuā, Sumus illorū sanguis, illorū effigies expressissima. In nobis relucet mirifica illa maiorū nostrorū nobilitas & animi magnitudo. Turpissimū ducamus precor ab illis degenerare. Nec cōmittamus, ut clarissimū hoc uirtutis nomē & cādidissima fides, quā maiores & patres nostri multo sanguine & rebus fœlicissime gestis iure quodā quasi hereditario reliquerūt, nos ipsi per secordiā & negligentiā amittamus, & si te duce princeps illustrissime (dij bene faueāt) nunqꝫ formidare debeam. Et ut latius externorū testimonio cæteris germanis nos prestare probetur, dicit Iulius Cæsar li. iiij. Sueuorū est gēs lōge maxima & bellicosissima. Item Tencatheri & usipetes germani a sueuis sedibus suis pulsi, ita loquūtur apud Cæsarē, se se unis sueuis concedere, quibus nec dij quidē immortales pares esse possint, reliquū quidem in terris neminē esse, quem nō superare possint. Plutarchus dicit prestātissimos germanorū Sueuos. Paulus Horosius dicit maximā & ferocissimam esse gētem, & alibi fortissimā. Et Lucius Florus, ualidissimā. Et ut dixi Sueui tencatheros & usipetes amplissimas nationes expulerūt. Et insuper alias germaniæ nationes sub se habuerūt ut idem cæsar testatur. Publice aūt maximā putabāt laudē esse, qꝫ latissime a suis finibus uacare agros, hac re significari magnū numerū ciuitatum suam uim sustinere non posse. Itaqꝫ una ex parte tēpore cęsaris a sueuis circiter millia passuum sex centa agri uacabant. Ad alterā partem successerūt Vbij, hoc est coloniēses, quos uectigales fecerūt, & postremo trās Rhenum secedere cōpulerūt, ubi ad huc habitant. Sed quid maius aut gloriosius dicere possum de Sueuis, qꝫ qꝫ Romani gentium domini & terrarum reges, quibus maria obediuerūt, a quibus oriens & occidēs lustratus est triumphis, & quibus (ut dicit Egesippus) supra nubes uiantibus, & ultra columnas Herculis imperium propagātibus nihil inuium fuit, nos unicos sueuos nunqꝫ obedientes habuerunt, quos & timuerunt & uictores uiderunt. Et quibus Romanis non restiterunt non solum terræ ab illorū regione situarum interuallis atqꝫ uastitate, alpibus montibus, fluminibusqꝫ distinctæ, uerum etiam quas (ut gloriantur) eternis ardoribus inaccessas aut continua hieme separatas, aut interfusis ęquoribus abiūctas, ab his natura disterminat, se trementes submiserūt. Adeo, ut non indus oceano, nō frigore męotis, non arabs medio sole securus fuerit, his sueuorū sola & inuicta uirtus restitit. Et ecce Iulius cæsar, cuius fortuna humanæ fœlicitatis modum supergressa est, cuius uirtus nunqꝫ intremuerat, & incitatissimus bellorū & triumphorū successus & cursus instar amnis hybernis niuibus aucti profluens, hactenus nunqꝫ substiterat, apud solos sueuos elāguit, re-

ſedit & conſiſtere coactus eſt, Nam his traducto Rheno ulciſci ſueuos parauit ob auxilia (quæ nemini ut alius dicit contra Romanos denegabant) Treueris miſſa, & cp aſſidue Vbios qui erāt in fide Romanorū, premerēt, ſed his, poſtcq; Sueuos audiuit eſſe in armis, paucis diebus trans Rhenum moratus, pontem quem fecit reſcindens aufugit. Qs ſi æqualibus, Aſinio Pollioni & Ciceroni Tullio fuit ſuſpectus, cp in ſuis laudibus eſſet nimis & ultra ueritatem profuſus, multo celebratiores credo eſſe Sueuos. Si Sueuo hanc illius trans Rhenum & contra ſueuos expeditionē atcq; rurſus fugā ſcripſiſſent. Hoc unū dico, Iulius immodicus animi nuncq; dimiſiſſet ſueuos, ſi non eos timuiſſet. Qui quomodo precor cauſari uult uaſtitatē ſiluæ hercineę, quo minus illos ſit aggreſſus, qui britannos alterius orbis homines, & hactenus ignotos Romanis, per infeſtiſſimū mare quæſiuit, & cui ante & poſt ſueuos nulla regionum lōginquitas, nulla iniquitas locorum nec uaſtitas nec noxij ſerpentes nec feruores libyę nulliuſ tēpeſtatis aſperitas obſtitit? Quoscū nequiret uincere, tandem amicos ſibi fecit cum cęteris germanis & eorum auxilio galliam ſub egit & Pompeium cum toto oriēte atcq; innumeris regibus cruentiſſimo bello uicit, adeo, ut nihil egregiū ſine illis auxiliatoribus gereret, adeo utillis uitam & imperiū monarchiamcq; accepta referre debeat Quid dicam de Auguſto cęſare. Sub quo totus mūdus pacatus eſſe dicitur, cui ſe Perſæ ſubmiſerant, & indorum reges muneribus honorauerunt? Non ne imperatoris illius poſt natos homines fortunatiſſimi apud ſolos pene ſueuos fœlicitas claudicauit? Nā Quintiliū uarum cū tribus legionibus ab illo ad arcendas barbarorū excurſiones contra Auguſtā miſſum, ſueui adinternitionē deleuerunt, ablatis ſignis & aquilis duabus. Vnde adeo conſternatum ſcripſit Suetonius Auguſtum, ut per cōtinuos menſes barba capillocq; ſubmiſſo caput interdum foribus illideret, uociferans Quintili uare legiones redde, diemcq; cladis quot annis meſtū habuerit atcq; lugubrē. Sed non ſolum tres legiones, uerū ducem etiam legatum & auxilia omnia amiſit, ut ait Suetonius. quę miſſa ſunt ab uniuerſis ſocijs & ſubditis Romanorum, inter quæ erat Auar græcus Bogudis regis filius cum macedonico exercitu, ut hodie antiquitates Auguſtę urbis declarant. Vbi etiam hij uerſus ſunt reperti.

His nomen terris Bogudis dat regia proles
Græcus Auar pecudis de ſueuis more litatus

Fuit autem hoc grauiſſimum & atrociſſimum inter Romanos & germanos bellum & poſt africanum maximū. Vnde notari poteſt dicit Otho Friſingenſis. quanti roboris prædicta gens germanorū fuerit. quę in ſumma auctoritate Romani populi & imperij tantam ſtragem Romani militis dederit. Tradūt Auguſtēſes hāc cedē ibi factā, oſtendūtcq; in argumētum collē ex oſſib' mortuorū cōpactū quē in uulgari perleich eo cp legio

ibi perierit usq; hodie uocant uicũq; ex nomine uari appellatũ monstrant
hæc Otho. Et tamen hanc ignominiã & memorabilẽ cladem a sueuis acce
ptam Augustus nunq; uindicauit, satis expertos sueuos, Sed uersus ad de
orũ auxilia, uouit magnos ludos loui, ut rei publi. statũ reformaret atq; in
meliorẽ statũ cõuerteret. Tiberius Augusti successor timẽs (ut uidetur)
sueuos regem eorũ Marobolũ (ut testatur Eusebius & sextus Aurelius) blã
de & amice ad se uocauit, callidecq; circũuenit, nec unq; ad suos redire per
misit. Drusus aũt cęsar Tiberij frater pręclarissimas omiũ res in germania
gessisse prædicatur sub Augusto, sed multo suorũ sanguine. Claudianus
Nobilitant ueteres germanica fœdera Drusos
Marte sed ancipiti, sed multis cladibus empta
Quis meminit uictum sola formidine Rhenum?

De quo ita scribit Horosius, Postea fortissimas nationes & quibus natu
ra uires, cõsuetudo experiẽtiam uirium dabat. Cheruscos, sueuos, & sicã
bros pariter uno bello, sed etiam suis aspero superauit, quorũ ex eo cõside
rari uirtus ac feritas potest, cũ mulieres quoq; eorũ si quãdo preuentu Ro
mani per plaustra sua cõclude bãtur, deficiẽtibus telis uel qualibet re, qua uelut
telo uti furor possit, paruos filios collisos humi in hostium ora iaciebãt, in
singulis filiorũ necibus bis parricidę. Inde natum prouerbiũ, illorũ mulie
res cæterarũ gentiũ uiris fortiores & bellicosiores esse. Sed Drusus tãdem
prope Rhenũ belligerãs est a germanis occisus. Et germania (teste Floro)
magis turpiter est amissa q̃ gloriose acquisita, Sed quota pars germaniæ
parua profecto ab eo acquisita, ut ex Horosio probare possum in sexto li.
Tiberij successor Caius Caligula (teste Eutropio) bellũ contra germanos
mouit, ingressusq; sueuiã nihil strenue egit, Immo timidissime fugit & adeo
consternatus est animo, ut fugam transmarinã cogitaret & pararet. Nam
quod Suetonius de germanis refert, nõ possum ex Eutropio nisi de sueuis
intelligere. Ita aũt dicit Suetonius Aduersus barbaros quoq; minacissimus
cum trans Rhenum inter angustias depressumq; agmẽ iter essedo faceret,
dicente quodam non mediocrẽ fore cõsternationẽ sicunde hostis appare
at. equum illico conscẽdit ac propere uersus ad pontes, ut eos calonibus &
impedimẽtis stipatos ꝛperit, impatiẽs morę per manus ac super capita ho
minũ translatus est. Mox etiam audita rebellione germanię fugam & sub
sidia fugę classes apparabat, uno solatio acquiescens, trans marinas sibi su
perfuturas prouincias, si uictores alpium iuga, ut Cimbri uel etiam urbẽ
ut Senones quõdam occuparẽt. Vnde credo per cussoribus eius postea cõ
silium natũ apud tumultuãtes milites emẽtiendi ipsum sibi manus intulis
se, nuncio malę pugnæ perterritũ. Posterioribus uero tẽporibus non con
tenti sueui & alemãni in patrio solo Romanos non timere, immo uero Ro
mano imperio grauissimi & formidabiles in primis, sedibus suis relictis,
crebras excursiones in Italiam, Galliam, & Hispaniã fecerũt. Omniacq; ua

ſtantes atq; uictoriosis ſignis ſuppeditantes, contra Antoniũ uerum Maximianum Conſtantiũ, Cõſtantinũ, Aurelianũ, Julianũ & alios imperatores uaria fortuna in gallia ſæpe pugnauerũt, Tandẽ ſub Archadio & Honorio uaſtatis gallis transmiſſiſq; pyreneis mõtibus direptiſq; hiſpanijs tãdem in galetia conſederũt ſeptẽq; ibi reges per ordinẽ habuerũt. uaſtata ſępe tarraconenſi Carthaginenſiq; prouincia, ut auctores referunt. Et quorũ auxilio huni toto orbi formidabiles ſæpius ceſi ſunt. Sed quid fecerint Senones, Longobardi, angli ſcriptorum nobiliſſimorũ ſuffragio ſueui nouit Gallia, Roma, Pannonia, Illyris, Gręcia, Macedonia & Aſia teſtatur. Horę autẽ geſtorũ auctores fuiſſe Sueuos oſtendi alibi nõ obſcure, et olim multo efficacioribus perſuaſionibus probabo. Poſtremo ſi uellem pro rerũ dignitate laudare Sueuorũ duces, qui imperiũ Romanũ a Carolo magnificentiſſime & glorioſiſſime ad c. & xx. annos adminiſtrauerũt, opus eſſet, profecto integro libro. Qui oẽs aut ex vuaiblinga oppido aut caſtro Stauffa hereditaria terra principis noſtri Vdalrici originẽ ducẽtes, cunctis fere europeis gentibus iugũ ſeruitutis impoſuerunt, Et feras illas atq; indomitas turcarũ gentes ſępe uaſtatiõe, prælijs, cedibus. ferro & igni domuerũt. Prę ſertim Conradus ſecundus qui per Aſiam uictricia ſigna tulit, atq; cũ perfidis Sarracenis in terra ſancta ſtrenuiſſime decertans, illuſtriſſimis triumphis enituit. Cuius unũ ex multis facinus memorabile quidẽ, omnibuſq; chriſtianis ne dum germanis & præſertim Sueuis glorioſum nõ duxi prętereundũ. Ille em̃ dum apud Damaſcum pręclariſſimã urbem, atq; Syriæ caput, maximã Saracenorũ atq; Turcarũ multitudinẽ, atq; infeſtiſſimum exercitũ obuiã haberet, dimiſſo equo in prima chriſtianorũ acie conſiſtẽs dimicauit ſtrenuiſſime, & cum ex altera parte quidã gigas proceriſſimæ ſtaturæ ſuis ſpem maximã pręberet uiriliter pugnãdo, noſtrũq; imperatorem per collum apprehẽdiſſet, iſ educto gladio gigantẽ deſuper per medium diſſecuit, quo facto Saraceni perterriti atq; retro cedentes ſpecioſiſſimam chriſtianis uictoriã reliquerũt, Fœdericus primus Armenia & magna Aſiæ parte in ſuam ditionẽ redacta, Saladinũ uictorioſiſſimum regẽ atq; uniuerſam Mahumetis perfidiã exterminaſſet, niſi cũ ſummo reipu. chriſtianæ damno in paruo flumine eſſet ſubmerſus. Sub Heinrico quinto (penes quẽ pacis & belli gerẽdi auctoritas eſt atq; adminiſtratio) Goffredus germanꝰ, comes Bulionis & tandẽ dux Lothoringię cum germanis & alijs chriſti fidelibus ſepulchrũ chriſti ab infidelibus eripuit. Fœdericus ſecundus ſola aduentus ſui fama Sultanũ ex Iudęa fugauit. In quã cum exercitu ingrediẽs in die Palmarũ eſt Hieroſolymis rex acclamatus atq; coronatus. Q; ſi ad Europam reuertemus, inueniemus Sueuos imperatores ſæpe Boiemis rebellibus iugũ ſeruitutis impoſuiſſe. Sarmatarũ & Polonorum regnũ in ducatum redegiſſe atq; tributariũ feciſſe, regnum itẽ Burgundionũ in prouinciã imperij inſtituiſſe, Hungaros ſæpe in proprijs ſedi

bus percussisse, atq; prioribus pulsis reges imposuisse, utramq; Rheni ripã Saxoniã, Franciam orientalem atq; Bauariam, iustam interdũ seruitutẽ detrectãtes, pulsis uel exilio dãnatis eorũ ducibus, maximis sæpe calamitatibus & uictrici manu ut resipiscerẽt & ad sanitatẽ mẽtis obedientiãq; reuerterẽtur coegisse cõperiemus. Qui quãtis cladibus superbas gallias, pręsertim cis alpinã. Romã, Tuscos, atq; totã Italiã factiosam atq; rebellẽ affecerint, quãq; triũphalibus atq; fortunatissimis aquilis sub iugũ seruitutis deiecerint, nemo est qui nesciat, cui saltẽ paucæ historiæ sunt notæ. Horũ plures imperatores Ro. Reges Hierusalẽ. Siciliæ. Apuliæ. Sardiniæ & Corsycæ reges dominiq; fuerũt. Quorũ illustria atq; immortalia facta uiuẽt & in ore omniũ hominũ uersabũtur inperpetuũ, cũ aliorũ ingenijs pclarissimis, tũ etiã meo, si dij immortales mihi uitã, incolumitatẽ & scribẽdi fœlicitatẽ sunt cõcessuri. At uita comite spero me saltem alijs materiã & occasionẽ prębiturũ, ut eorũ ingenio acriori, exquisitioriq; dicendi genere immortalitati cõmendẽtur, quæ fortiter sueui gesserũt. Quod ideo dico, nã Itali, ppterea q̃ germania nullos habuit scriptores & literatores, qui eorũ mendacia cõfutassent, libere sunt in bonos imperatores germanos mẽdacijs debacchati, & præsertim in utrũq; Fœdericũ, quorũ amplitudo, magnificẽtia & maiestas cunctis natiõibus illustris, Italis uisa est exicialis atq; intolerãda. Et Blõdus siue suo ingenio siue (quod magis credo) quia ita ab alijs acceperit, qui põtificibus sunt blãditi, qbusq; germanica uirtus & rerum gestarũ gloria fuit exosa, quod cõsideraui in sueuorũ imperatoribus aliquãdo ab omni historica ueritate aberrãt, eorũ extenuãdo gloriã & acerbius accusando fortitudinẽ. Merito igitur cõquerar defuisse nobis rerum scriptores. Nam ut ad institutũ regrediar, q̃ maiorũ nostrorũ res fortiter gestæ uenerint maiori ex parte in obliuionẽ, sintq; obscuratæ per externos & hostes nostros possum lucidissime etiã ex nostris tẽporibus colligere, dum ea quæ nos aut uidimus aut ex uiuẽtibus & rerũ gestoribus audiuimus peruertũtur mirum in modũ a chronographis recẽtioribus. Sumamus exempla nostrorũ temporũ, Scripsit nuper quidã supplemẽtum supplementi chronicorũ, Qui inter cętera narrat captiuitatẽ Ludouici ducis mediolani ante sex annos factam, & inter alia refert Ludouicũ proditorie esse in manus gallorũ traditum ab angelis quibusdã (ut ipse dicit) & sueuis quod cum pellegissem, stomachabar partim hominis simplicitatẽ partim miserabar. q̃ ea quę sunt recẽtissima, cosmographię ignarus, falso narrauerit. Qui enim sint sueui, quiq; eorũ fines minus bene nouit dum alibi dicat Maximilianũ cæsarẽ bellũ habuisse eõtra sueuos. Anno M.iiij.xc.ix dũ heluetij fuerint. Quoniã Sueui colũna & fundamẽtũ imperij existẽtes officio & obsequio in regẽ nulli mortaliũ cedũt, pro cuius uitæ incolumitate, salute & imperio, ppagãdo ubiq; terrarũ militãt, corp° q̃ & sanguinẽ intrepidi exponũt. Sed qd in re manifestissima laboro, cũ ille ipse supplemẽtator sueuos excuser, nisi in nomĩe errasset? Illi em qui cõtra regẽ pug-

nauerũt nõ sueui sed heluetij dicunt, quos ipse uidetur criminari. Sed illos ego nec excuso nec accuso, laborãs ad hoc unũ, ne sueuorũ nomen in tam turpi facinore falso ad posteritatẽ trãseat, Sed cũ acres habeat aculeos cõtumelia, nõ immerito stomachabar, Quis em̃ Sueu⁹ ęquo ferat animo suos, pditiõis insimulari, a quo crimĩe nihil magis alienũ est, cũ uirt⁹ & fides sueuorũ. A quo detestãdo facinore (pter pręfati scriptoris excusationẽ) uerissimus ego assertor sueuos & omẽs (ita em̃ dicũtur nostri) lãcearios sanctissima fide immunes affirmo, obtestorq; omẽs Lõgobardos ducẽq; adhuc captũ, nec nõ Italos omẽs q ducis partes fouerũt & secuti sunt, p uerita tis testimonio ipsos denicq; diuos in testes uoco sueuos & lãcearios nihil tale cõmisisse, quin immo paratissimos fuisse experiri fortunã cũ gallis, nec certamẽ uncũ detrectasse, quippe quibus parua salus nisi in armis ppposita erat, quorũ cõsiliis dũ parere dux cõtempsit, factũ est ut captiuus gallican⁹ atq; seruitiũ regiũ habeatur. Et maximũ argumentũ nostros nõ cõsensisse in illã pditionẽ est, q nostri primores qui plurimum in exercitu apud ducem poterãt, sunt maiori ex parte a gallis gallicanoq; exercitu rebus omnibus exuti. Summus em̃ pręfectus nostratiũ copiarũ, a gallis captus, uitã & salutẽ ultra fortunas suas redemit, Item nobilis uir Marcus de Emps captus & precio redẽptus, Ita multis aliis cõtigit cẽturionibus, signiferis, & illis, qui acierũ instruendarũ curã gerebãt. Taceo de illis, quibus ea deditio mortẽ intulit. Hoc nostri ex singulari heluetiorũ qui paulo ante hostes nostri erãt in se odio, qui utrãq; partẽ fouebãt militibus, ãte formidãtes sueq; uirtuti inuictæq; animi magnitudini cõfidẽtes nõ dubitassent, cõtra uniuersam galliã eo die fortunã tentare, memores pristinarũ uictoriarũ. quibus sępe gallos parua manu lõgeq; inferioribus uiribus fugarũt, sed dux quos fideles habuerit uel non, captiuus cogitur aliquando meminisse,

Ego autem uerissime dico

At nec germanus natura prodere nouit
Hinc spurius soleat prodere si quis erit

Ita em̃ nri a patribus maiorib⁹q; suis didicerũt, ut uirtute spectataq; fide atq; integritate nõ dolo aut insidiis nedũ pditiõe cõtendãt atq; belligerẽt Sueui aut & lãcearij illi sunt, q̃rum auxilio & uirtute inuictoq; anio reges gallorũ atq; gallicanus heluetiorũq; copiosissimus exercit⁹ iã toties nris tẽporib⁹ Apulia sunt deturbati, fugati & pstrati, Errat & auctor ille supplemẽti, ut alibi dixi, dũ bellũ Sigismũdi ducis Austrię aduers⁹ Venetos narrat. Errãt & alij, siue de industria & adulatiõe ueritatẽ supprimũt, Nam et Petrus Marcellus de venetorũ ducib⁹ scribẽs, ita ait, Cõspirauerunt nãq; oẽs fere germanię principes aduers⁹ venetos, q ingẽti barbarorũ exercitu cõparato, nullo pri⁹ indicto bello, Athesi apd tridẽtũ supato, subito incursu ad Rouerense oppidũ castra posuerũt. O quãta iniuria ueritati & rebus gestis facta est, dum nemo non sciat bellum fuisse solius ducis Sigismundi

(ne cũq; quencũq; alterum principem interfuisse,

aut aliquo fœdere suũ duxisse bellum. Sed cũ ipse prior, nullo prius indicto bello lacessiuerit uenetos, scit totus mundus esse aliter factum. Nam preter hoc cũ princeps fuit iustissimus, & integerrimus, & nihil iniquũ tale uncũ cogitauerit, ne mo etiã nõ nouit adeo fuisse pacis amatorẽ, ut nisi coactus illatũ propulsare, nũcũ Venetis uel cuicũ mortaliũ bellũ intulisset Ecõtrario uero Venetos agi præcipites dominãdi libidine, pro qua nec fidem nec diuina humanaq; iura pensi habere prædicatur uel maxime ab ipsis Italis. Addo autẽ alia inter se discrepantia, quæ scribunt ueneti de hoc bello, Subiungit idem Marcellus, ad famam aduentus germanorũ tanto fuisse terrore perculsos uenetos, ut momento temporis sine ullo maiori certamine in fugam uerterentur, confractoq; ponte Athesis plurimi armati in aquas præcipitari cum equis ui fluminis absorberẽtur, & Robertũ Seuerinatem cum suis fere omnibus eodem furore perculsis, in aquis demersum concidisse. Bergomẽsis scribit ingentẽ fuisse germanorũ cedem, cui & uerba Marcelli refragãtur & ipsa ueritas, nullũ em̃ detrimentũ intulerunt ueneti. Qui em̃ fieri potest, ut ij qui ne uultũ quidem germanorũ atq; aciem fulgorẽq; oculorũ ferre potuerũt, fugientes non dum bene uisos, stragem ullam edidisse credãtur? Vbi ullis annalibus hoc lectũ est? At nostri fugiẽtes & attonitos & ad potandũ Athesim festinãtes venetos consecuti memorabili illos clade affecerũt. Dicitur & Antonius Sabellicus pariter cum superioribus cõsensisse, & uarijs prelijs uaria esse fortuna decertatũ. Sed dicant quicquid uelint omnes, Veneti dẽfucare studeant quibuscũq; possint coloribus rem gestã, nemo non nouit etiã in Italia cunctis prelijs, siue leuibus siue iustis nũcũ Venetos superiores, semper uictos, captos, trucidatos Vel aquis submersos esse, Verissimũq; est Epitaphiũ in sepulchro Roberti Seuerinatis tridenti.

Italiæ uictor seuerina stirpe Robertus
Sigmundum Australem sensit in arma ducem
Ter proceres veneti bello petiere tridentum
Ter uicti, & uictus ecce Robertus adest

Baptista autẽ Mantuanus laudãs uere laudãdum & prestãtissimũ rei militaris ducem Robertũ eius in hoc bello fortiter res gestas plus poetice cũ historice scripsisse existimatur. Et ut pateat cũ parum probe sint instructi de rei gestæ ueritate notũ est Antoniũ Mariã Roberti filiũ, hominẽ proceritate & præstãtia corporis atq; animi magnitudine inter suos illustrẽ prouocasse ad monomachiã singulareq; certamẽ, quemcũq; germani uellent natalibus tamẽ & nobilitate egregiũ, ex germanis uero Ioannẽ comitẽ de Sonnenberg, hoc est de monte solis. conditionem accepisse atq; pro laude sueuorũ & totius germaniæ fortiter pugnantẽ superiorẽ uictoremq; extitisse. Quod certamẽ Sabellicus enarrans dicit ex germanis fuisse Georgium Gombergiũ. Qui quis sit, ego nescio. Sed ut concludã aliquãdo, quid

ſplendidius? quid magnificentius aut maius ad gloriam germanorũ ad-
di poteſt? cũq; paucis noſtrorũ copijs & nudis lãceaq; tantũ inſtructis militi
bus robuſtis tamẽ uiriũq; & animi pleniſſimis pullos eſſe, pſtratos & cęſos
copioſiſſimos venetorũ exercitus, ingentiſſimãq; eorũ cataphractorũ ma
num, quorũ equi operimento ferri munitiores noſtrorũ corporibus erãt
nudorũ lanceariorũ aſpectũ expauiſſe ac ne primũ quidem impetũ aut cõ
greſſum ſuſtinere potuiſſe? Et profecto poſt deguſtatas iam frameas no-
ſtras poſtq; ſe ex fuga in tuta recepiſſent, ita trepidatũ eſt totis caſtris, ita cõ
ſternatus fuit maximus exercitus, ut optimũ ducẽ Robertũ, atq; de repu.
veneta meritiſſimũ poſt abſceſſum germanorũ, in undis ſub:merſum que
rere non auderẽt. Quẽ tandẽ noſtri pietate moti inuentũ retulerũt Tridẽ
tum ibiq; honorifice ſepelierũt, ſubuerſis tamẽ & fractis venetorũ ſignis,
Poſtremo ſupplementũ iam ſæpius nominatũ falſiſſime narrat Maximili
anum noſtrum Cæſarem Auguſtiſſimum ingreſſum ante aliquot annos
Hungariam profligatum eſſe a rege Vladiſlao. Nouit enim Hungaria &
germania uel uniuerſus potius orbis præter hunc unũ Maximilianũ prin
cipem inuictiſſimũ atq; chriſtianiſſimũ poſtq; intrauerit Hungariã obuia
quæq; ſtrauiſſe munitiſſimãq; totius regionis urbẽ Albã regalem maxi-
mis copijs inſtructam, eo quo aduenerat die uel potius hora, ſine omi ma-
china atq; tormẽtis admotis, ſed milite foſſas profundas tranante atq; mu
ros integros, ppugnaculaq; ſcalis aſcendere fortiter oppugnaſſe atq; cepiſ
ſe, neq; poſtea uidiſſe hoſtem ullum, quippe noſtrorũ uirtute cõterriti uni-
uerſi regnicolę ſe ſponte regi noſtro ſummiſiſſent, niſi ille militari tumultu
ſuorũq; ſeditione (dum inter ſe pedites & equites parum liberaliter æqua
libuſue portionibus parta ſpolia optimaſq; prædas diuiſiſſent) domuitio
nem (ut uerbo utar Apuleiano) capere fuiſſet coactus, Et cum poſt abſceſ
ſum regis ſequẽti ęſtate Hungari coadunatis uiribus Albam regalem &
alia oppida oppugnata & capta repeterẽt, noſtri qui hinc inde in ſubſidijs
oppidorũ erãt collocati, dum regis alijs impliciti negotijs auxiliũ deſpera-
ſent, nec diutius tantę multitudini reſiſtere poſſent, ꝓpterea q; infida erant
omnia circũquaq;, nec cõmeatus ulterius ſuppeditaret, cõuenientes, & col
lecti, tam & ſi pauciſſimi, germanica tamen & innata uirtute tantam hoſti
um multitudinem adorti, prælium commiſerunt, uictoreſq; erectis ſignis
manuq; potenti regnum exeuntes Hungaricũ, in tuta ſeſe receperunt. Ha
bes igitur Conrade magnanime luculẽtiſſimũ argumentũ ex paruo hoc
laudum noſtrarum epitomate glorioſiſſimas fuiſſe res ſueuas atq; germa
nas, ſi ſcriptores habuiſſent, & ecõtrario maximã ſuſpitionẽ magnam re-
bus noſtris geſtis antiquit? fuiſſe illatam iniuriam, dum parum integra ue
ritate Itali, genus in ſuam laudem effuſiſſimum deſcribant, quæ ipſi uidi-
mus & ſcimus. In culpa harum rerum ſunt principes germanię, qui ſi colu
iſſent ſcriptores, neq; eos eſurire paſſi eſſent, reperiſſent plurimos (uti non

127

dubito) qui prō uindicāda germania ab omni obliuione atq; defraudatæ laudis falsęq; insimulatiōis iniuria omnē suā industriā atq; ingeniū intēdissent. Sed dum illos principes neglexerūt, neq; iustis præmijs dignati sunt, factum est, ut memoria eorum una cum exitu uitæ extingueretur Et si quid egregium gesserunt, uenerit in obliuionem, aut per externos sit omnino obfuscatum. Vale & me commendatum habe.

Oratio ad regem Maximilianum de laudibus atq; amplitudine Germaniæ.

¶ Contra quendam pseudo propheten. Carmen

Carmen contra detractorem regiæ maiestatis.

Germani sunt indigenæ.

AD MATTHAEVM LANGVIRVM CELEBERRIMUM & Mecœnatem poetarum.

Pellege Cæsareas laudes & Teutonicorum
Langi mecœnas, præsidiumq; meum
Non uulgata quidem nec conculcata uidebis
In triuijs passim sub rudibusq; scholis.
Talia, quæ possunt remorari Cæsaris aures
In primisq; tibi quæ placitura scio.
Omnia iam dudum (fateor) cui debeo iure
Pro tantis meritis, officioq; tuo.
Munera non habeo, cum sim pauperrimus ipse
Cum nequeat nummos, carmina mittit inops.
Q; si me uersus possunt ostendere gratum,
Cantabo laudes (dum mihi uita) tuas.
Atq; tuum nomen nunq; uentura silebit
Posteritas, famam si mihi fata dabunt.

Ex Inspruck in uigilia Pentecostes. M.D.I.

GERMANIAE

ORATIO HENRICI BEBELII IVSTINGENSIS SVEVI AD Augustissimũ atq; sacratiss. Ro. regẽ. Maximilianũ, de eiꝰ atq; Ger. laudibꝰ

IPompeiũ magnũ Cæsar illustrissime ob hoc laudauit antiquitas, ꝙ ad eum faciles aditus essent etiã priuatorũ, quãtis tu mitissime Imperator præconijs laudari mereris, qui omnibus etiã humilimis facilimum das accessum, ut neq; te Moses apud Hebræos, neq; Titus Vespasianꝰ apud Romanos uel facilitate uel mansuetudine uincat. Qui ut cũctos mũdi principes dignitate exupas, ita nulli etiã ex infimis comitate debes existimari inferior. Mihi igit̃ te adeunti sacratiss. rex incessit & letitia & timor, Lętitia quidẽ uel incredibilis. ꝙ ego adolescẽs infimę cõditiõis humilimoq; loco natꝰ, tãti uiri affandi copiã sim nactꝰ, regis scilicet terreniq; dei, quiq; talis & tãtus sis, ut omniũ iudicio nõ solũ præsentes orbis terrę reges, & in hũc usq; diẽ uiuẽtes animi magnitudine, disciplina militari, singulariq; prudẽtia lõge excellas. Verũ etiã in omni genere laudis & glorię, oẽs supiores reges quacũq; tandẽ hij ętate floruerint, si non exupaueris, ęquasti tamẽ omino, adeo ut clemẽtia Cęsari, iusticia Traiano, pietate Antonino, grauitate Alexãdro Seuero nunq̃ cedas. Neq; inter reges tãtũ, uerũ etiã inter illustres uiros (ut de Pyrrho tradit Iustinus) nec quẽq̃ tuno, aut uitę sanctioris, aut iusticię, pbatioris inuẽtũ iri posse cõtẽderim. Cuius itẽ domi militięq;, tãta tamq; p̃clara sunt facinora, ut ne inimici qdẽ queri, nisi de magnitudine & prudẽtia tua audeãt, has ego tuas uirtutes animo complectẽs diuinãq; maiestatẽ tuã corã aspiciẽs, totus cõtremisco, titubat lingua, tremũt labia totũq; corpus in cõposito quodã modo uacillat. Nec id quidẽ immerito, nouisse em̃ debebã corã florẽtissima maiestate tua, hoc eminẽtissimũ dicẽdi genus cõsequi posse neminẽ, nisi q sit summis eloquẽtiæ uiribus, tullianoq; flumine instructus, quiq; memoria prope diuina p̃ditus, inprimisq; eruditiõe singulari atq; doctrina insignis atq; exercitatꝰ. Quod in me nemo desiderare debet, qui in ociosis tantũ philosophorum rhetorũq; scholis uersatus, nũq̃ in publicũ pgressus sum, nedũ orauí in corona principũ. Sed recreat me ac æquiori animo esse iubet Cæsar quidam dulcissimus afflatus, de tuo illo benignissimo procedens uultu, sinitq; me paulo erectius loq, in mediũq; quod institui effundere. Scio itaq; impator sacratissime moris esse eorũ, q apud te oratorio mũere fungũt, ut lõga serie maxio uerborũ ãbitu, grauissimisq; & ãpullosis sentẽtijs te cohortẽtur ad pacẽ Germanię uniuersalisq; ecclię Romanę cõponẽdã. Quiq; psuadeant expeditiões in Turcas ferocissimã getẽ, q̃q; oportunitate. & qbꝰ adminiculis id fieri possit, tua mãsuetudine euecti, lõgius ęquo effusiusq; oratione euagãtur, a quibus in præsentia lõge est mihi aliena mens, ne ego (ut est in puerbio) Mineruã docere uelle uidear, neue mihi adolescẽti accidat quod euenit Phormioni iam grandis ætatis phõ. Nã (ut scribit nobis Cicero) cum Annibal Carthagine expulsus Ephesum ad Antiochũ uenisset

exul, proq; eo, q; eius nomē erat magna apud omēs gloria inuitatus esset ab hospitibus suis, ut Phormionē eum quē dixi si uellet audiret, cunq; se nō nolle dixisset, locutus esse dicitur homo copiosus aliquot horas, de impatoris officio, & de omni re militari. Tum cū cęteri qui illū audierāt, uehemēter essent delectati, quærebāt ab Annibale quid nā ille ipse de illo philosopho iudicaret? Hic pœnus non optime græce, tamē libere respondisse ferē, multos se deliros senes sæpe uidisse, sed qui magis q; Phormio deliraret uidisse neminē, neq; me hercle iniuria, quid em̄ aut arrogātius, aut loquacius fieri potuit, q; Annibali qui tot annos de impio cum populo Romano omniū gentiū uictore certasset, græcū hominē, qui nunq; hostē, nunq; castra uidisset, nunq; deniq; minimā partē ullius publici muneris attigisset, præcepta dare de re militari, hoc mihi omnes isti facere uidētur rex Maximiliane, qui tibi præcepta militaris disciplinæ dare cupiūt, in quibus a puero usq; in hunc diē cū summa laude tua uersatus es, tantaq; & tam eminētissima de te strategemata impatoria priuatiq; militis animosa opa prestitisti ut non solū cum Annibale aut Alexādro magno, sed cū omni antiquitate in omniū bellicarū rerū, & peritia & uirtute possis certare q; gloriosissime, Hoc idem mihi facere omēs isti uidētur, qui te longa oratiōe cohortari instituūt ad pacem Christianā, aut armare in funestissimā Turcarū gentē cū tu cunctis principibus Germanis dormitātibus solus & idē diu noctuq; uigilātissimus, ea quæ ad statū publicū pertinēt optime, p uideas, & solertissime pensites. qui nihil antiquius ducis, q; cōsulere cōmuni omnium bono, q; pspicere publice Christianorū omniū utilitati & gloriæ eaq; sequi atq; amplecti, quæ Romano imperio & ornamēto & splendori futura credas. Nec quicq; credo tam in abdito esse eorū omniū quæ uel p futura sunt imperio uel obfutura, quod tibi cogitāti nō sit in promptu, quod est rex Maximiliane nobis Germanis necessariū in primis, nam dū singuli principes post habitis rebus publicis uel cōmodo priuato student, uel dum eorū quidam simultatibus, & intestinis seditionibus solūmodo sunt intenti, reliqui uoluptatibus tantū indulgent, quæ sunt uel prima instrumēta, p quę multa oppida, nationes ualidissimę, amplissima regna atq; imperia corruerūt, breui futurū timeo, nisi tu Cæsar qui labentē iam pridē rempu, Germanā ab occasu restituisti, auspicatissima tua solertia & prudentia adsis. ut totū hoc florētissimū imperiū quod maiores nostri uirtute, multo sanguine & rebus gloriosissime gestis nobis pepererūt, per secordiā & negligētiā amittamus, inq; turpissimā seruiturē redigamur, quod tamē te sospite nunquā p timescemus, dum hoc unū non neglexeris quod Virgilius monuit. Parcere subiectis & debellare superbos. Exacta em̄ nocte uidere uidebar in somnijs, uetulæ mulieris imaginē humana grandiorē & augustiorē laceris tunicis & habitu omnino deformi, adeoq; macie & squallore confectā, ut nemini nō horrorē cū miseratiōe moueret, cæterū ita conspicuo capite, ut

tanto ex fulgore uisus hebetaretur, & quātū uidere potui serto laureo cinctum erat. Ego itaq; tanto ex capitis fulgore, cæterorū aūt membrorū putredine & horrore exanimis ceciderā, namq; calor ossa reliqt (ut cum Virgilio loquar) & uox faucibus hesit. nisi illa me apprehēdisset, filiūq; inclamans consolata esset. Ego ex his uerbis paulatim resumēs animū agnoui matrē esse Germaniā, qua salutata & tam uaria mēbrorū ualetudine atq; conditiōe quæsita, illa singultu diu uerba impediēte, tandem hæc fatur lachrymans. I celer Bebeli ad regē meū & filiū charissimū Maximilianū, nō em priuatorū dedignatur accessum. narra cōditionē meā, narra deformitatē narra lachrymas & assiduū luctum in quo tabesco penitus, dic ipsum unicum esse matris refugiū & solamē, in quo omnē spem, ab eo tempore quo ex utero materno produxi reposuerim, ipsum item omniū filiorū esse caput florētissimū, cętera mēbra oīa marcescētia, dic bono animo sit, nec desperet meliora lapsis, ut qui sua uiriditate & uigore plura adhuc mēbra reficere ac recreare possit. Ea uero quæ nimiū putrēt omnino rescindēda curet, nec aliā salutis spem restare, nisi medicina medullitus adhibeat, dic displicere mihi in primis cōuenticula nobiliū & procerū, qua se subtrahant a sancta obediētia. Dic secū reputet, quæ causa Persas. Macedonas. Græcos pariter & Romanos subuerterit, inueniet, pfecto propriū cuiusq; studium cōmodū priuatū & intestinas seditiones (quibus omibus maxime nostri laborant) omniū regnorū fuisse destructionē, in summa dic regem meum esse eum, qui confesso omniū sit fortissimus, iustissimus, Christianissimus, nemo illū uoluptati didi tū, nemo libidini, nemo ocio accusat, nemo a recto iustoq; deuiantē, Sola clemētia eius tanta est quę ad cōmodū & gloriā Germaniæ damnari debeat, nam adeo obstinatę sunt omniū aures, ut nō clemētia sed tyrānide opus sit. Hęc locuta protinus euanuit. Ego aūt ne (ut pręfatus sum) sus mineruā docere uidear, paucis dixisse contētus sum, cū mihi de his rebus nō sit instituta oratio, sed lōge alia, psequar, cunq; obiter quędā & eadē pauca sim dicturus sacratiss. rex de incredibilib⁹ ijsdēq; immortalibus tuis uirtutibus, lōge etiā mihi aliena mēs est, ac cęteris. Plęriq; em omes in principū laudibus recēsendis, ad longū hærēt in enarrādis maiorū suorū nobilitate, rebus gestis, diuitijs, honoribus, cæterisq; id genus, quæ ego & si unus omniū maxime de te possem prædicare qui es ex ea familia Austriæ scilicet natus inclyta & florētissima, quæ tot regū atq; imperatorū mater, sæpe etiā Pānoniæ, sæpe Boemię, quādoq; Polonię reges dedit, omia tamē missa facio, ne aliena iactare in te uidear, neue aliorū laudes tibi usurpare iudicer, quē omniū laudū & amplissimarū quarūq; uirtutū, ueluti exemplar intuemur. nec itē de rebus tuis gloriosissime gestis in præsentia nobis sermo futurus est, Si enim fœlicissimos tuos triūphos, fauustissimaq; trophea, quæ summo cū honore tuo de Frācis, Fburōibus, Sycābris, Batauis, Morinis, Frisijs, Hungaris reportasti, & si libere per globū

ceterarũ rerũ fortiter a te gestarũ pagrare uellẽ, nõ essẽ parua orõne cõtẽtus sed ppetuo quodã historiarũ cõtextu, tua excellẽtissima pconia posteris de mandarẽ. At si me audire uis rex Maximiliane, multi inueniunt, qui ignẽ inferãt urbibus, qui inexpugnabilia seculis & per aliquot ætates tuta prosternãt, qui æquũ arcibus aggerẽ attollãt, & muros in mirã altitudinẽ adductos arietibus ac machinis quassent, multi sunt q ante se agãt agmina, et tergis hostiũ graues instẽt, & ad mare magnũ pertusi cæde gentiũ ueniãt. Sed hij quoq; ut uincerẽt hostẽ cupiditate uisti sunt. nemo illis ueniẽtibus resistit, sed nec ipsi ambitiõi crudelitatiq; restiterãt, tũc cũ agere uisi sunt alios, agebant, agebat in fœlicẽ Alexãdrũ furor aliena deuastãdi, & ad ignota mittebat, nõ ergo te maxime rex laudo quia magnos duxeris exercit⁹ hos em & Cãbyses (scribit Seneca) furiosus ac furore fœliciter usus habuit sed ob egregiã animi moderationẽ, cõtinentiã, tẽperantiã, munificentiam mãsuetudinẽ, comitatẽ, religionẽ ceterasq; uirtutes, ppe infinitas, & ut cũ psalmographo loquar dilexisti iusticiã & odisti iniquitatẽ, ppterea unxit te deus deus tuus oleo leticiæ prę cõsortibus tuis, atq; ut animi mei sensũ omino aperiã, idẽ mihi de te optimo iure prędicare cõcessum est, quod Plinio de Traiano impatore. Enituit aliqs in bello, sed obsoleuit in pace, aliũ toga sed nõ & arma honestarũt, reuerentiã ille terrore, alius amorẽ humanitate captauit, ille quæsitã domi gloriã in publico, hic in publico partã domi perdidit, postremo ad huc nemo extitit cuius uirtutes nullo uitiorũ cõfinio lederẽtur. Tu aũt hęc omia cõiunxisti omniũ iudicio, ut inter se de excellẽtia certare uideãtur, & quod cui pręferat sit iudicatu difficilimũ. Sed quid ego adolescẽs omniũ rerũ imperit⁹, tuas explicare laudes conor? de quibus honestius est tacere, q̃ pauca dicere, quas & de te prædicari sola cõscientia cõtentus minime exigas, & mihi de hijs nõ sit instituta oratio, utpũta minime idoneo. At gloriosissime rex, ut tandẽ flectatur oratio ad institutũ nostrũ, omis nobis sermo apud sacratissimã maiestatẽ tuã habendus est, de laudibus Germaniæ, deq; inopia scriptorũ apud eosdẽ. Libet itaq; lamẽtari et deflere, iniquã maiorũ nostrorũ cõditionẽ, q̃ apud Germanos reperti sint qui egregia facerẽt plurimi, qui scriberet nullus. Hoc cõqueror apud te Imperator, hoc me in lachrymas prorũpere cogit. Si em scriptorũ beneficio illustria foris domiq; gesta Germanorũ, ad posteros transmissa essent, esseq; in recẽti memoria ea fortitudo animi, ea strenuitas, ea in rebus gerẽdis peritia, quas de se pręstiterũt Caroli, Ludouici, Lotharij, Fœderici, Othones, Henrici, Cõradi, Rodolphi, Alberti cæteriq; Germaniæ Impatores, Nõ semper grecia mẽdax suos, Thesea, Themistoclem, Periclem, Milciaden, Cononẽ, Epaminundã, Codrũ, Pausaniã, Alcibiadẽ ceterosq;. Roma uero suos Curios, Fabios, Cæsares, Flauios, Scipiões. Oratios, Regulos & alios, ad omẽ uirtutis exẽplar opponerẽt, quos nostri nõ solum ęquarũt rerũ magnitudine, uerũ etiã lõge supauerũt, ex hoc uel maxime, q̃ hijs nõ æquitas aut ulla uirtutis ratio quærebat, sed sola regnãdi li-

bido. Nostrorũ aũt omẽs labores, omnia pericula, omnis denicq; militia susceptа est, pro deo, pro fide, procq; augẽda Christiana religiõe, Q. si ullus est defunctis (uti nõ dubitamus) sensus, pfecto horũ manes ingemiscere credendũ est, cũ tot labores incassum sibi fuisse susceptos intelligãt, & tot nequicq; egregia opera nõ solũ pro nostra patria, sed etiã pro totius Christianæ religiõis cõseruatiõe & defensiõe, sint non solũ aggressi, uerũ etiã summa cũ laude cõfecerint, ut cũ suis ipsi sudoribus & auspicijs Romanę ecclesiæ peperint tale incrementũ, quale nõ Macedo Alexãder suis, uel Cęsares Põpei, Scipiões & cęteri ambitioso Ro. impio, Attamẽ omẽs oratorũ poetarũ historicorũ & philosophorũ denicq; libri referti sunt, Romanis & græcis ad omnẽ posteritatis emulationẽ, Nemo mẽtionẽ faciat Fœdericorũ, Carolorũ & Othonũ cęterorũq;, qbus ad omẽ nepotũ exẽplar nihil repiẽ omino expressius, Nõ est alia causa q̃ q̃ res eorũ gestæ scriptorũ penuria uenerũt in oblitionẽ, At si pro rerũ dignitate laudari debet germania, inuenies eã esse regionẽ, quæ de omi genere laudis ac uirtutis, cũ quauis non modo earũ, quę hac tẽpestate pręclarę habẽtur atcq; celebres, uerũ cũ omni antiquitatis memoria cõtendere possit. Quicquid em̃ uirtutis peculiare est cuiuscq; regiõis, hoc totũ nostri sibi uendicãt, ut non immerito dicere possimus. Sola Germania habet laudũ quicquid omnes possedimus. germani igitur quales sint, ipsum nomẽ liquido ostendit, quoniã nulla est gens ex omnibus terrarũ regionibus, quarũ habitatores historia cognoscũtur, uel quorũ memoria ad nostra uscq; tẽpora scriptorũ beneficio puenerit, quæ tale nomen etiã cum rerũ põdere sortita sit, q̃d (nec ab re) non solũ corporis, sed etiã animi bonitatẽ cõplectitur. Dicimur em̃ Germani uel a germinando, Germania em̃ teste Solino diues uirorũ, terra frequens populis numerosis & immanibus, quorũ corpora & procera sunt & candida & pulchra, sumuscq; bellicosi a natura. Et q̃ sine nostrorũ laude nuncq; meminisse possum. Germani dicimur quasi fratres, nuncq; em̃ tanta laborarunt maiores nostri intestina seditiõe, quin nõ aduentãtibus externis hostibus, summa cõcordia & fraternitate ut ita loquar coadunati, fortiter & unanimes hostibus cõgrederẽtur, & manũ cõsererent, Nec Stranonẽ (parcat mihi hõ græcus & qui non uidit) in hoc loco admittã, qui uoluit nos dictos quasi fratres gallorum, q̃ proceritate corporũ, forma & moribus & uiuẽdi ritibus, illis essem⁹ similes, quos semper pceritate & pulchritudine corporũ, in oicq; uirtute atcq; pręstãtia militari lõge supauim⁹, Id q̃d exteri exhibẽt Agrippa em̃ rex Iudęorũ laudãs Germãos a fortitudine. Gallos nõ a fortitudine sed a diuitijs cõmendat. Cæsar aũt dicit Germanos multũ a consuetudine Gallorũ differre, cum eorũ uita omis in uenationib⁹ atcq; in studijs rei militaris cõsistat, a paruulis, duriciei ac labori studẽtiũ, Gallos aũt molles esse dicit. Nã ut (inqens) ad bella suscipienda gallorũ alacer ac pmptus est animus, sic mollis ac mime rsistẽs, ad calamitates pferẽdas mens eorũ

130

est, quos alibi infirmitatis idē accusat. Et alio loco. Galli paulatim assuefacti superati, multisq; uicti prelijs, ne se quidē ipsi cū Germanis uirtute cōparāt. Cōfirmat & Cornelius Tacitus. Treuiri & Neruij circa affectationē Germanę originis ultro ambitiosi sunt, tanq; per hāc gloriā a similitudine & inertia Gallorū separētur, qui Galli, & si hodierno die sint nostrū genus & a Germanis maiori ex parte descēderint, adeo tamē degenerauerūt a nobis, forsan ex mitiori cœlo, ut fratres nobis nec a bonis corporis nec animi possint iure cēseri. Præter plęrosq; Belgas, qui in nostrū nomen & iuris ditionē penitus transierūt. Belgarū em̄ clarissimi Treuiri itē Heluetij Rauraces, Tribotes, Nemetes & Vangiones & plęriq; Belgæ ignominiæ loco acciperēt se Gallos uocari, nec Cornelio Tacito assentior qui Germaniæ uocabulū recens esse dicit, tantūq; eos dici Germanos qui trans Rhenum pulsis Gallis cōsederint, ita em̄ inquit. Cæterū Germaniæ uocabulū recēs & nuper auditū, quoniā qui primi Rhenū transgressi Gallos expulerint, ac tunc Tungri nūc Germani uocati sunt, ita natiōis nomen eualuisse paulatim, ut omēs primū a victore ob metū, mox a se ipsis inuēto nomine Germani uocarent. Primū q; antiquitus Germania uocitata est, quæ nunc Frācia dicitur. Ita refert diuus Hieronymus. Inter Saxones quippe & Alemānos gens non tam lata q̄ ualida, apud historicos Germania, nunc uero Francia uocatur. Et Iulius cæsar. ueros Teutones qui duce Ario iusto Rhenum transgressi sunt nominitauit Germanos. Recēs etiā nomē nego, q̄ tū em̄ historiæ uel antiquissimæ tradūt, & ab eo tēpore quo lingua latina in exteras natiōes uagari cœpit. dicta est hæc regio Germania. Antiquitusq; Germanos Rhenū traductos Belgarū in finibus consedisse cōperimus. Et Titus Liuius Germanorū meminit tēpore Brēni & Senonū in Italia, unde & eius deriuatio explodi potest, nos uerū dedimus Germaniæ interpretamentū. Et ut dicā quod sentio Cæsar augustissime. Quæ est natio alia sub cœlo, ubi tāta tāq; syncera nobilitas principū sit, uti apud Germanos? ubi tot generosi, pceres? ubi tot fortissimi eqtes? totq; animosi milites? nec est ītē ex uniuerso terrarū orbe alia natio, ubi sit tāta populi multitudo, ubi sit tantū roboris atq; animi, id q̄d etiā remotissimis a nobis gētibus est in apto. Silēribus em̄ nobis cōfirmat (teste Iosepho) Agrippa rex Iudęorū in cōtione. Quis uestrū (inquit) nō audiuit multitudinē Germanorū? uirtutem quoq; & magnitudines corporū, ut arbitror sępe uidistis. Sed illi quidē ita ingentē spacijs regionē incolētes, spiritus aūt maiores corporibus gerētes & animā q̄dē contēptricē mortis, indignatiōes aūt uehemētiores feris &c. Ecce quāta laus ab externis. At quid plurib⁹ moror in re apta, cū lōge maiora restēt, quæ est demū gens alia, quę suos fines adeo lōge lateq; in omēs mūdi angulos protulerit, ut nostra. Germanię em̄ fines, uti ueteres rerū scriptores pdiderūt, ab oriēte Histula fluui⁹ & Hūgarię limes fuerūt. Ab occidēte Rhenus. A meridie Danubi⁹. A Septētriōe Oceanus & mare Balthe

tim quod & Sueuicũ appellãt. Nũc quantũ extra hos terminos, nõ solũ ui ctrici manu uagati sumus, q̃d cũ pluribus populis & regibus potest nobis esse cõmune, uerũ etiã adhuc possideamꝰ, & ea cõditiõe, ut se aliud esse genus a nobis penitus ignorẽt, nõ obscure dat intelligi. Ab oriẽte sępe cruento marte Hũgaros pcussimus, nostra est ultra Hũgariã regio septẽ castrorum ut uulgo dicit, cuius gẽtes Iazigas Methanastas. uel cõmuniori uocabulo Dacos appellitau it antiqtas. Quod si meridiẽ uersus pcedas. Rhœtos. Vindelicos. Noricos hoc est Boioarios atq; Alpestres circum iacẽtes. Austriã, Stiriã quondã Alpesq; possidemus usq; in gremiũ Italiæ pgressi, magnaq; ex parte Histros & Liburnos, quorũ regionẽ ut multi existimãt hodie Carni Croatini & Carinthiani obtinẽt, in ditionẽ nostrã redegimꝰ. Sæpe itẽ Ligures & Insubres, nũc Lõgobardos. Deniq; quæ est & gens a nobis Sueuis originẽ ducẽs iuxta Corneliũ Tacitũ qui Lõgobardos inter Sueuos annumerat. Sępe Thuscos, Siciliã. Græcos, totãq; Italiã cruẽta manu cõtudimus. Nõne maiori ex parte Germani fuerũt de quibus scribit diuus Hieronymꝰ ad Heliodorũ. Horret animus tẽporum nostrorũ ruinas psequi. Viginti & eo amplius sunt anni, q̃ inter Constãtinopolim & Alpes Iulias quotidie Romanus sanguis effunditur. Scythiã. Thraciã. Macedoniã. Thessaliã. Dardaniã, Achaiã. Epiros. Dalmatiã cũctasq; Pãnonias. Gotthus. Sarmata, Quadus. Alanus, Vãdali, Marcomãni uastant, trahũt rapiũt. Lõgobardi itẽ de qbus supra diximꝰ. Germani quid egerint in Italia & Gallia (cuius ad huc partẽ possidẽt) neminẽ latet, qui & ipsi Pannoniam olim occupasse prędicãtur, expulsis prius Hunorũ populis fortissimis Ab occidẽte nemo est qui nesciat q̃ late nostrũ nomẽ ptulimus, nostri sũt eiectis Gallis quondã Heluetij, nostri Rauraces, nostri Tribotes, Nemetes Vangiões. Treuiri, Neruij, Cõdrusi, Menapij, Mediomatrices, Vbij, Eburones. Batauí. Morini, Leopõtij, Aduatici, Frisij, Ambiuariti. Magũtiaci, Allobroges, Bethasij, Leuci, Sedusij, Segni, Suesij, Nantuãtes, Tulligni, nostra est Britãnia quã Sueui Angli quorũ meminit Cornelius Tacitꝰ possidentes, Angliã nominitauerũt. Et Ptolomeus inter Sueuos Anglos ponit, dicũt alij esse Saxones, uti maior pars recentiorũ, sed quibus refragatur uenerabilis presbyter Beda & ipse Anglicus in historia anglorũ, referẽs Anglos habitasse inter prouincias uitarũ & Saxonũ, quorũ ager in eorũ egressu diu desertus manserit, hanc historiã si legeris inuenies luculenter aliud genus esse Anglos a Saxonibus, aliquotq; genera Anglorũ. Picti item & Scoti Germani sunt populi, q̃ si dẽpseris Francos & Burgũdiões qui fuerũt Germani, & germanis oriũdi nomẽq; terræ dederũt, totã pene Galliã sustulisti. De cuius calamitatibus ita loquit noster Hieronymus. Gẽs Thethonum ex ultimis Oceani atq; Germanię profecta litoribus omẽs Gallias inundauit, sæpiusq; cæsis Romanis exercitibus apud aquas Sextias Mario pugnãte supata est. Idẽ innumerabiles & ferocissimę natiões uniuersas

Gallias occuparũt,quicqd inter Alpes & Pyreneũ est quod Rheno Oceanoq; includit,Quadus,Vãdalus,Sarmata,Halani,Gipedes,Heruli.Saxones,Burgũdiões.Alemãni & olugẽda resp.hostes Pãnonij uastarũt. Magontia cũ nobilis quondã ciuitas capta atq; subuersa est.Vãgiones multa obsidiõe deleti.Remorũ urbs ppotẽs,Ambiani,Attrebatę, extremiq; hominũ Morini.Tornacũ.Nemetę.Argẽtoracũ trãslatę in Germaniã.Aquitaniæ nouẽq; populorũ Lugdunẽsis & Narbonẽsis ,puincię pter paucas urbes populata sunt cũcta.Quid dicã de Hispania?quę Germanorũ fortitudinẽ mltis cladibus sensit.nõne & Sueui nostri sub Archadio & Honorio uastatis Gallijs Pyreneoq; supato Hispanias ingrediunt,omia uastantes ac dilaniãtes,tandẽ in Galecia cõsederũt,ibiq; septẽ p ordinẽ rges habuerũt.Si aũt pgas ad septẽtrionẽ nra est Prussia,cui habitatores ãtea Hulmerigros uel Bructeros dictos ex manib infideliũ detrahẽtes nobis & Christianę reip.ciues fecimus.Sũt pręterea Cimbri ds nũc Daunos uel Dacos uocam.Sueti.Noruegij & Gotthi in ultimis orbis regiõibus siti.per bellicosã Germaniã Christianitati donati,ds tamẽ omes Germanię finib cõtineri cõsultissimis cosmographis psuasum est:In Balteo enim mari (ꝗd melius Sueuicũ a Sueuis & Sueuo monte ut post dicã diceret) Insulæ sunt multę,ipsi Germãię & psertim Stãdinauia oim clarissima,unde Gotthos exisse omes eruditi inter recẽtiores scriptores affirmãt,& Gotthia ipsa uel hodie dicit,uel qd magis credibile est,cũ incõpertæ sit magnitudinis pars Stãdinauię esse põt.De insulis igit Sueuici maris,uerba Plinij adducem li.iiij.na.histo.dicẽtis.Incipit inde clarior apiri fama ab gẽte Ingeuonũ,quę est prima.inde Germãię Sueuus mõs ibi immẽs,nec riphęis iugis minor, immanẽ ad Cimbrorũ usq; promõtoriũ efficit sinũ.q Codanus uocat, refertus insulis,q rũ clarissima,Stãdinauia est incõpertę magnitudinis,portiõe tantũ ei ꝗd sit notũ Hilleuionũ gente,quingẽtis incolẽte pagis.quę alterũ orbem terrarũ eam appellat,nec minor est opiniõe Eningia quidãhęc habitari Vistulã usq; fluuiũ a Sarmatis Benedis.Scyris.Hyrris tradũt.Sinũ Clylipenũ uocari,& in ostio eius insulã Latrin.Mox alterũ sinũ Lagnum cõterminũ Cimbris,promontoriũ Cimbrorũ excurrẽs in maria lõge, peninsulã efficit,quę Haustisus appellat,xxiii.mille passuum.Inde insulę Romanis armis cognitę.Earũ nobilissima Burcana,Fabaria a nostris dicta,a frugis similitudine spõte,pueniẽtis.Itẽ Glessaria a sucino militię appellata a barbaris Austerania.præterq; Actania.Tota aũt hoc mari ad Scaldin usq; fluuiũ Germãię incolũt gẽtes.haud explicabili mẽsura.Hęc Plini.Ego ut ad institutũ redeã.Liuonii maioribus etiã incogniti. in fidẽ Christi & Teutonũ dominiũ cõcesserũt.Q si in uniuersum nostrorũ illustria facta recẽsere libet.paucę sunt gẽtes in uasto terrarũ orbe.quę nõ aliqua ex parte Germanicũ martẽ sunt expertę.uel saltẽ nostrũ nomẽ nõ formidauerit aliqñ.Romani uero terrarũ domitores.& si nobis sæpe fuerint supiores.

nũq; tamẽ hos sine cruẽta & luctuosa uictoria domũ remisim⁹. quos & sę pe uicimus.& memorabile cladi affecimus. Testis est nobis Corneli⁹ Tacitus nõ Germãus sed Roman⁹ scriptor.Sexcẽtesimũ & xl.annũ (inquit) urbs nr̃a agebat.cũ primũ Cimbrorꝫ audita sunt arma Cecilio.Metello. ac Papirio Carbõe cos.exquo si ad alterũ impatoris Traiani cõsulatũ cõputem⁹.cc.ferme & xx.anni colligunt.tamdiu germania uincit.medio tãlõgi ęui spacio multa inuicẽ dãna.nõ Samnis.nõ Pœni.nõ Hispanię.Gallię ue.ne Parthi quidem sępius admonuere Quippe regno Arsacis acrior est Germanorꝫ libertas.quid em̃ aliud nobis q̃q; cedẽ crassi amisso & ipso Pacoro infra Vẽtidiũ deiect⁹ oriẽs obiecerit. At Germani Carbõe & Cassio & Scauro Aurelio.& Seruilio cepiõe M. q̃q; Mãlio fusis uel captis quinq; cõsularibus exercitibus.Po.ro. Varum tresq; cũ eo legiões etiã Cęsari abstulerũt.nec impune C.Marius in Italia.Diuus Iulius in Gallia. Drusus ac Nero & Germanicus in suis eos sedibus perculerunt..inde ocium donec occasione discordiæ nostræ & ciuilium armorum expugnatis legionum hybernis.etiã Gallias affectauere.ac rursus pulsi, in de proximis temporibus triumphati magis q̃q; uicti sunt.Quare Flor⁹ bene dixit Germaniam quoq; utinam uincere tantum non putassent Romani.magis turpiter amissa est q̃q; gloriose acquisita.Nonne & Lollius ab Augusto in Germaniam missus,maxima cum infamia bello uictus est.Et Vãnius a Druso Cæsare Sueuis impositus turpiter trucidatus.Quid sub Galeno & Valeriano impatoribus factũ est.Germani in omes Romãorꝫ fines inuehũt.Alpibus Rhetia.totaq; Italia penetratis.Raucinã usq; pueniũt.Alemãni Gallias pauagãtes etiã in Italiã trãseũt.Quadi & Sarmatę Pãnonias deppłant.Germani ulteriores abrasa potiunt Hispania.Hęc Paulus Orosi⁹ ad Augustinũ Sed qd de Vãdalis & Gotthis.quę ambę gẽtes fuerũt Germanię.haburerũtq; uerã originẽ a Germania.qui qd in Gallia.Hispania.Sicilia.Illyride & in Pãnonia egerint bellicosa manu,nemo est q̃ nesciat.Hi toti Italię.Romãęq; urbi(quã sępius captã spoliauerũt diripuerũtq;)iugũ imposuerũt quin poti⁹ lacerarũt miserrime.Grecia Macedonia.Põtus & Asia.Gotthorũ inũdatiõe delet.Pãnonia itẽ & Mœsia.& oĩs Illyris occupat.Huniq; ab his uicti Vãdali aũt oĩa per utrasq; Mauritanias Numidiãq; populati sũt Carthago ab his capta.Immo & tota Africa Egiptũ usq; & Aethiopiã ab iisdẽ late dominãtib⁹ occupata.Hunisiue mauis Hũgari postremũ lõge latęq; p̃dicant̃ nec immerito.quorũ nomen barbarusq; exercitus,toto terrarũ orbe formidabilissim⁹ fuit. Tedet dicere quas clades. quęq; detrimẽta Illyrijs.Thracib⁹,Italię.Gallię.Hispanię.etiã Germãis,cęterisq; natiõib⁹ intulerint.sed a qbus queso? nõ semel et iterꝫ,uerũ sępi⁹ uicti sunt q̃q; a Germanis Carol⁹ Magnus suis eos in sedib⁹,hoc est in Hũgaria (sunt em̃ ab origine Scythę) ut uolũt pcussit atq; supauit,Pipinus eius fili⁹ iterũ rebellãtes in deditionẽ recepit.Ottho prim⁹ iuxta Augustã uindelicorũ ad internitionẽ pene deleuit.Cõradus prim⁹ dux Sueuorũ Sclauos q̃s dicũt et ipos Hu

nos cõpescuit cuius anno primo Huni a Sueuis & Boioariis iuxta Rhenũ uincũtur Henricus rex Alemãnorũ eosdem apud Merspurgũ, memorabili strage affecit. Henricus dux Boioariorũ capta aquilegia, Hunos Italiã ꝓuadere conatos, ꝓpe Iustinopolim ꝑlio bis cõmisso, ꝑfligauit, atq; in Hũgariã redire cõpulit. Henricus secũdus Sueuus in, ꝓpriis sedibus uicit atq; hiis regẽ dedit, nec te lateat, apud me eosdẽ esse Hunos & Hũgaros, uti etiam Blõdo uisum est, dũ inqt, In hoc uero fœliciores Huni, q; soli ex omib⁹ scilicet populis ꝑ terras hinc armata manu uagãtibus, ꝓuincię cẽtꝫ obtinuerũt suũ dedere nomẽ, pro Pãnonia em uidemus semper postea Hungariã esse dictã, nec hoc incõgruũ, nam cũ dicãtur Huni, facile eorũ regio in Hũgarię nomẽ cõcessit, quod nisi ita esset, hęc tantũ de Hungaris dixisse uoluerunt, quos cõstat ferocia animi, scythicaq; crudelitate atq; successu rerũ Hunis nunq; fuisse inferiores, qui & ipsi Scythę sunt, Et Huni siue posteriori & altero exercitu Scythia ꝓfecti, siue paulatim (ut fit sæpe) mutato paulum ut dixi uocabulo sic dicti, priores aũt Huni una cũ Gepidis suis a Lõgobardis Germãis uicti. Pãnonia extermiati sunt, quã illis ꝑcario postea Longobardi inhabitãdã cõcesserũt, Quadi et Turingi primos Hũos suasu ostrogothorũ suparunt filios atilę duos fratres, qui terrore cõcussi in Scythiã refugerũt, & patriã suã At lõgũ esset rferre omino, ut redeã unde digressus, quas intulerint Romãę reip. molestias atq; clades Germãi, q & si Romãorũ fortunæ & fœlicitati aliqũ cesserũt, postea tamẽ & ipsi de Romanis, de Gallis, de Hispanis, de Hũgaris atq; aliis diuersis gentib⁹ sępenũero triumpharũt, nec Romãi cũ rerũ potirent res magnas sine Germãis auxiliãtib⁹ pegerũt, qui em aliq; cẽtꝫ Germãi uicerũt Põpeiũ illũ magnũ: qui Alexandri Macedõis, Herculis, Liberi Patris acta supasse ꝑdicat, Citet Lucius florus q de bello philippico ait. Nã cũ diu ęquo marte cõtenderẽt Põpeius & Cęsar, iussuq; Põpei fusus a cornu erupisset eqtatus, repẽte Cęsar signo dato, Germãorũ cohortes tantũ in effusos eqtes fecere impetũ, ut illi esse pedites, hij uenire in equis uiderẽtur, hãc stragẽ fugiẽtis equitat⁹ leuis armaturę ruina comitata est. Et si liceat ueritatẽ dicere Impatores Romãi, cãdidissimi triũphi loco duxerũt Germãos Rheno tenus ꝓhibere potuisse, ne ut ępissime factũ est Germãi in fines Gallorũ Hispaniarũq; & ipsius Italię, prũperẽt. Nã trãs Rhenũ nemo eos impune lacessiuit, nec quisq; externus fœliciter diu apud eos, quãtacũq; potẽtia & multitudine stipat⁹ fuerit, regnauit. Obiciet scio statim mihi Cęsar qui res magnas in Germãia gessisse ꝑdicatur, At uideamus quid gesserit, inueniem⁹ se ipso referẽte & solos Sycãbros adortũ fuisse, q cũ fugissent Cęsarẽ paucos dies in eorũ finib⁹ moratũ omibus uicis ędificiisq; incẽsis, frumẽtis succẽsis se in fines Vbiorũ recepisse. At quid contra Sueuos gesserit referet ipse idem Cæsar, Vbiis auxiliũ suum pollicit⁹, si ab Sueuis premerẽtur, hęc ab his cognouit Sueuos post (quam per exploratores pontem fieri comperissent,

more suo consilio habito, nuncios in omnes partes dimisisse, uti de oppidis demigrarent, liberos, uxores suaq; omnia in siluas deponerent, atq; omnes q arma ferre possent, unum in locum conuenirent, hunc esse delectum medium fere regionum earum quas Sueui obtinerent. Hic Romanorum aduentum expectare, atq; ibi decertare constituisse, quod ubi Cæsar comperit, omnibus his rebus confectis, quarum rerum causa traducere exercitum constituerat, ut Germanis metum iniceret, ut Sycambros ulciscereturur, ut Vbios obsidione liberaret, diebus omnino, xviij. trans Rhenum consumptis satis, & ad laudem & ad utilitatem profectum arbitratus se in Galliam recepit, pontemq; rescidit. Accipio igitur Cæsarem testem & requiro eius scripta quid fecit in Germania laude dignum? fecit pontem per Rhenum multis diebus, summa difficultate & maximis impensis, ut afflictis Vbijs auxilium ferret contra Sueuos. At bone Cesar ubi audiuisti Sueuos esse congregatos. Romanorum aduentum expectare, atq; cum his decertare constituisse, fugis in Galliam celeriter pontem rescindes, ne te insequi possent. O miserum auxilium quod fers Vbijs, quos in summa omnium rerum difficultate atq; anxietate reliquisti, nunc uerum esse experiris quod prius dixisti, Sueuorum esse gentem longe maximam & bellicosissimam omnium Germanorum, nunc crediturus es Tencatheris qui apud te dixerunt, se se uinis Sueuis concedere, quibus ne dij quidem immortales pares esse possint, Reliquum quidem in terris esse neminem, quem non superare possint. O qualem metum, q; parum iniecisti Germanis cum ista tua exercitus traductione, q; si cæsar de se ipso hec fatetur, quid si quispiam ex Sueuis interfuisset, remq; ad posteros transmisisset? O q; in multis dissentiret a Julio, nemo enim est qui non magnifice de suis rebus loquatur, multo magis scribat, Et aduersariorum q uantum possit extenuet. Quare Augustissime rex iustissime, conqueror Germanis nunq; animos sed scriptores defuisse. At cæsar conscientia forsan rerum antea trans Rhenum parum magnifice gestarum, iterum pontem fabricat atq; exercitum traducit. ipse huius reddit causam esse, q; Germani auxilia contra se Treuiris miserant, tandem reperit a Sueuis auxilia missa esse. Postq; Sueuos audit esse in armis, atq; aduentum Romanorum expectare, rem frumentariam prouidet castris, Idoneum locum deligit. Vbijs imperat pecora deducant, sua omnia ex agris in oppida conferant, sperans barbaros atq; imperitos homines inopia cibariorum adductos, ad iniquam pugnandi conditionem posse conduci. At ubi desperauit eos insidijs circumueniri posse, reducto exercitu (ut ipse inquit) partem ultimam pontis, quæ ripas Vbiorum contingebat in longitudinem pedum ducentorum rescidit, atq; in extremo ponte turrim tabulatorum quatuor constituit, præsidiumq; cohortium duodecim pontis tuendi ponit, magnisq; eum locum munitionibus firmat. Ecce Vbijs in summo discrimine positis, ipse rescindit pontem ex una parte, & ex alia ne Sueui subsequi possint præsidium locat, unde factum reor ut successu temporis Vbij a Sueuis oppressi & detriti, in ulteriorem Rheni partem concesserint uti nemo dubitat. Quare

uerissime dicit Eneas Siluius, Terrarũ ille calcator omniũ, & orbis domitor Iulius Cæsar q̃uis subactis Gallis sæpe Rhenũ trãsiuerit, bellicosam tamen & asperã Sueuorũ gentẽ dimisit indomitã, Augustus Octauian⁹ cui & Parthorũ & Indorũ reges munera miserũt, qui unus omniũ Romanorum fortunatissimus est creditus, ille incq̃ fœlicissimus impator, nec alibi teste Suetonio nisi apud Germanos succubuit, nq̃ Lollianã & Varianã cladem in Germania perpessus est. Lollianã maioris infamiæ q̃ detrimẽti. Varianã pene exitialẽ tribus legionibus cũ duce, legatisq; & auxiliis omibus cæsis, unde adeo consternatũ ferũt fuisse augustum ut per continuos menses barba capilloq; summisso caput interdũ foribus illideret, uociferans. Quintili Vare legiones redde, diemq; cladis quotãnis mœstũ habuerit ac lugubrem, q̃ si uiginti bellorũ libri extarẽt Plinij secũdi, quæ gesserunt cum Romanis Germani, pro cõfesso habeo multa & innumerabilia posse reperiri, quę ad nostrũ decus & ornamentũ non mediocriter facerẽt, quæ omia intercepit temporũ iniuria. Postremo si fidẽ uolumus adhibere licuti non immerito possumus Goffredo Viterbiẽsi in suis chronicis, & q̃ busdam alijs fide dignis scriptoribus, Sueui Senones quorũ meminit Ptolomeus, Strabo. Cornelius Tacitus, & alij cum trãsrhenanis Germanis in Belgarũ finibus habitãtibus, anno ab urbe cõdita septuagesimo quarto supra tricẽtesimũ duce Brenno, qui & idẽ Sueuus erat Italiã ingressi sunt. Romam uastauerũt. Subiugatis tamẽ ante Gallis & cõditis a suo nomĩe Gallis Senonibus (Scim⁹ em̃ plęroq; Gallos esse ortos a Germanis, Rhenũq; traductos antiqtus, & ꝓpter loci fertilitatẽ ibi cõsedisse) in partẽ etiã militiæ receptis. Romã incẽdit pars atq; in Italia cõsedit, pars eorũ Illyricos sinus ꝑ strages Barbarorũ penetrauit & in Pannonia cõsedit, alij Græciam alij Macedoniã omia ferro, ꝑsternẽtes petiuere, Hij sunt Senones q̃ postea Gallo græci, postremo Gallatę dicti sunt, eos aũt fuisse Germanos luculentum dat argumentũ diuus Hieronymus li. ij. in epist. ad Galatas, qui dicit Galatas excepto Græco sermone quo omis oriens loqtur propriã linguã eandẽ pene habere q̃ Treuiros, Cõstat aũt & haud obscurũ uideri debet. Treuiros lõgo tẽpore ante diui Hieronymi natiuitatẽ transisse in nomen nationẽq; Germanicã, hoc primũ uidetur probare Iulius Cęsar qui scribit plęroq; Belgas ortos esse a Germanis. Rhenũ antiquitus traductos ꝓpter loci fertilitatẽ ibi cõsedisse. Galloq; qui ea loca incolerent expulisse. Astipulatur & Suetonius qui dicit Augustum Sueuos & Sycambros sese dedẽtes traduxisse in Galliam atq; in proximis Rheni agris collocasse. Cornelius item Tacitus. Treuiri & Neruij (inquit) circa affectationẽ Germanicę originis ultro ambitiosi sunt. Et idem ipsam Rheni ripam haud dubie Germanorũ populi incolũt Vangiones, Triboci. Nemetes & Vbij, quib⁹ omnibus proximi sunt Treuiri, Et Ammianus Marcellinus qui ante Hieronymũ sub Iuliano floruit. Coloniã Agrippinã, & Treuerim urbes esse

Germaniæ ꝓdidit, Et Cornelius alibi libro xix. tēpore Vitellij Treuiros fuisse Germanos luculētissime ostēdit, his uerbis. Et uictę legiōes ne manēte adhuc ciuili bello ambigue agerēt per Illyricū disperſę, in Britāniā inde & Hispanos, nūcios famāq; in Galliā, Iulium Calenū tribunū in Germaniam Alpinū montanū prefectum cohortis q; hic Treuir. Calenus heduus, uterq; Vitelliani fuerāt ostentui misere. Nec ego accedo hijs qui scribunt Sueuos Seninones. Senones em̄ in uetustissimis libris atq; etiā in noua impressura reperio, quod aūt Liuius & eius sequaces tantū meminerūt Gallorum, mirū nemini uideri debet, quoniā & eo tēpore notiores & ꝓximiores erant Romanis Galli, & Sueui Senones iampridē ingressi Galliam ibi sedem locauere. At ego adolescēs ne contraire temere Liuio latinorū historiographorū facile principi uidear, referam ad scholam eruditorū, contentus ea dixisse, quæ non aliena uidētur a ueritate, ueluti & plęrisq; historicis non ita recētibus uisum fuisse scio. Sed ne historiā facere uelle uidear, neue tuas aures longis ambagibus detineam Cæsar sacratissime, de bellis Germanorū plura dicere supersedeo, quæ non unam & eandem paruam orationē sed grandia uolumina expeterēt. Et ne quid nobis deesse uideat uideo plęrasq; urbes & populos origine & uetustate gloriari, in quo genere laudis nostros in primis excellere liquet, nos em̄ (ut quidā de Atheniēsibus dixit) ꝑter incrementū, etiā origine gloriamur, & honestissimis initijs Quippe nō aduenę, neq; passim collecta populi colluuies originē Germanis dedit, sed in eodē nati solo quod incolimus, & quæ nobis sedes, eadē origo est, hoc Cornelius Tacitus cōfirmat, ipse eorū (inquiens) opinionib⁹ accedo, qui Germaniæ populos, nullis alijs aliarū nationū cōnubijs infectos ꝓpriā & syncerā, & tantū similē sui gentē extitisse arbitrātur. Q; si de uetustate quæris inuenies Germanos a Tuyscone filio Noe quē alienigenæ Ianū uocitāt ortos & plantatos. Inde Teutones dicti uulgo tuytscha Tuyscone, testis est antiquissimus scriptor Berosus sacerdos Babilonicus, qu refert Noe Ianū dictum ab exordio regni Babilonici q̄d cœperat anno a diluuio, cxxxi. misisse Tuysconē in Europā ibiq; regē fecisse, addit etiam primū Babilonici regni Saturnū dictum Nymbrotum quem nos Nemrad uocam⁹ regnare cœp sse anno a diluuio, cxxxi. & regnasse annis. lvi. cui⁹ impij anno, xxv. Tuyscon gygas Sarmatas maximos populos fundauit, legib⁹q; formauit apud Rhenū āno quarto Nini q nepos fuit Nymbroti. Regnauit aūt Tuyscō annis, clxiij, ad cuius temporis medietatē nō pueneruūt Babilonici reges, qa uiri sanguinū & dolosi nō dimidiabūt dies suos, ut testāt sacrę lrę. Ex eiusdē igit ꝟbis nō obscure intelligem⁹ Alemānos ab Hercule alemāno ul'a Māno filio Tuyscōis dici, q̄si ab alueo hoc est fluuio Māni. Ale em̄ Scythice & alue interp̄tant alueū docti Talmude sęq, ut dicit Io. Anni⁹. Alemāni igit nūcupamur, tanq; habitātes cis alueū et fluuiū Māni, et hic ē fluui⁹ rhen⁹, Id q̄d idē testat Berosus apd Rheni Sarmatas (inquit) rgnauit fili⁹ Tuyscōis Mān⁹, Sarmatiam autem Germania in se

cōprehendit,eodē dicente. In Europa regē Sarmatię fecit Ianus: Tuyſconē a Tanai ad Rhenū,nec his accedo qui uolunt nos dictos Alemānos a Lemanno fluuio,quoniā hic non in Germania ſed in Gallia Celtica fluit nō lōge a Rhodano,de quo nihil ad Germanos,Cæteri Alemannos ex alia magna,nonnulli ex uulgari Alman deriuātes temere hallucinati ſunt,nec minus illi qui a Limago Heluetiorū(qui ſunt Galli flumine Alemānos deriuant,aut quæ cōuenientia Alemānorū cum Limago? ſomniare profecto uidētur,qui tam imprudēter hæc cōfingere audēt,niſi Limagū prius Lemannū dictū uelint,nulla tamē ueterū auctoritate freti. At ſunt cæſar et debent merito parua exiſtimari quæ diximus omnia,quoniā peſſimis quibuſq; hæc cōtingere poſſunt. Sed laus optima dicēda eſt quę a uirtute proficiſcitur,in qua nos cunctis gentibus præſtare palam eſt, quæ eſt em̄ gens alia ſeruātior æqui omniſq; iuſtitiæ? quæ conſtātior,quæ tantę tamq; ſynceræ fidei? quo autem noſtri amore & ueneratione diuinū cultū Chriſtianamq; religionē proſecuti ſint teſtātur non ſolum tēpla Chriſti ſumptuoſiſſima,Cœnobia utriuſq; ſexus caſtiſſima,arę innumerabiles, uerumetiā illuſtria facta maiorū noſtrorū & bella domi foriſq; pro Chriſtiani nominis cōſeruatione & incremēto ſuſcepta. Quod ſi quis æquus rerum exiſtimator ſecum r̄putet,quoties pro Romana eccleſia,pro fide catholica, pro cōmuni denique omniū Chriſtianorū ſalute noſtri imperatores per totā Europam uagati fuerint,quoties Aſiam ingreſſi eam celebribus iſdēq; crebris uictoriis amplecti fidem coegerint,gentilitatēq; & infideles conculcauerint & depreſſerint? quæ oppida nationes,regna & imperia Chriſtianitati donauerint? quoties Hieroſolymas & terrā ſanctā ex hoſtiū fauce uindicauerint? quoties ſchiſma de medio eccleſiæ ſuſtulerint? quoties Tyrannos & ſummis pontificibus rebelles domuerint,& iugū ſeruitutis impoſuerint? iudicabit profecto nullā eſſe ex omibus terrarū regionibus gentem quæ cum noſtra de omni laude & meritis in rempu. Chriſtianā ulla ex parte cōtendere poſſit. Ne aūt uerbis tantūmodo contēdere uideamur,pauca noſtrorū merita libet in mediū afferre,ſi prius excuſauerim quoſdā imperatores, pontificū fulminātī cēſura notatos,quod factum eſſe tradūt homines non minus fide quā grauitate ſpectati,non tam imperatorū culpa quā pontificū auaritia atq; ambitiōe, Nam ſi his imperatores,quos ſuo impio deturbare ſtuduiſſe exiſtimātur,imperiū totius Italiæ pmiſiſſent,nunquā eſſent ſentētia excōmunicatiōis fulminati,quod Blondus alioquin multa pontificibus blāditus,in ſecūdo Fœderico oſtēdit. cuius coronationē(ut inquit)Innocētius tertius ea ratiōe renuit facere,q; is magno uir animo ſicut Othonē prius,hunc quoq; pariter quæreret Italia deturbare, Carolus igitur qui a rerum a ſe geſtarū magnitudine nomē accepit(teſte Vrbano ſecūdo,rerū experiētia omibuſq; fide dignis ſcriptoribus)natiōe & imperio Germanus ſimul & rex Francorū,Saxoniā magnā germanię partē &

latam atq; Phrysiam prius gentilitatis ritu uiuentes ad fidem cōpulit. Idem multos Pannoniæ populos sponte ad se ueniētes baptisari fecit, idē Hispaniā quę per id tēporis perditis scelerati Mahumeti sectatoribus seruiebat occisis & deletis Aphris infidelibus christianitati donauit, Et Carol⁹ Marcellus illius auus Saracenos ad trecēta millia & amplius interemit, Conradus.ij. Fœdericus primus. Henricus quintus Sueuorū duces & impatores copiosissimos exercitus pro terra sancta recuperāda, ex Alemania conflauerūt. quibus gentilium terras sæpe ferro ignicq; uastauerūt, ac in deditionē cōpulerūt. Præ omibus aūt impatoribus formidabilissimus fuit hostibus christianorū Fœdericus primus, eiusq; interitus toti Christianæ ecclesiæ fuit luctuosissimus, cuius ductu fœlicissimo (nisi mors immatura interuenisset) impia Turcarū & Saracenorū perfidia, toto orbe ut sperabatur cōstantissime fuisset uicatim ne dum regionatim eliminata. Secūdi autē Fœderici imparoris, animi magnitudine præstātissimi conatus, ideo fuerūt irriti, quoniā (ut spectatis scriptoribus & qui istiusmodi ętate uixerūt uisum est) Asianā expeditionē maximo apparatu exercitucq; instructissimo meditātem, factiosa illa Italia, modo hunc modo illū fouere, subitoq; destituere assueta, uel potius ipse pōtifex impium Italicū agitās, rebusq; imparoris & iuribus ut dicitur insidiatus, coegerit non solū a pñssimo ꝓposito absistere, uerum etiā saluti rebusq; proprijs summis uiribus consulere. Sicut alijs non nullis cōtigisse scribitur, quorū uires & conatus ad maiora amplioraq; aspirātes, Italia rebellās detinuit, uariaq; hincinde factionum studia eneruarūt. Nam ut tantū dicam de Fœderico illo de quo mihi iam sermo est, Huius nomē adeo celebre fuit terribileq; omibus gētibus, ut Sultanus ipse Aegiptiorū imperator, dum ille instructo exercitu terrā sanctā a manu infideliū asserturus mare trajiceret, nōdum uiso tota Iudęa excederet, illāq; sola formidine ductus Fœderico libere & sine sanguine traderet, eo tamē fœdere apposito, ne Aegiptiorū fines ulterius progrediēdo inuaderet. Quare accepto fœdere Fœdericus Hierosolymis totius Iudęæ rex est declaratus & coronatus, adeo gloriose, ut cū Cæsare non incōgrue dicere potuisset, ueni, uidi, uici. At dum (proh dolor) hæc Hierosolymis agerent pontifex imperatorē absentē contēnens. Siciliā & Apuliam eius imperio subditas subiugare, inq; suā ditionē redigere annixus est, & ut iure aliquo & iusticia facere uideretur, illius cum Sultano fœdus (quod tamē saluberrimū Christianæ reip. fuit) turpe inq; suū caput machinatū (cū u ere de⁹ nouit) criminatus est. Ea de re Fœdericus cum maxima sua & totius populi Christiani iactura & ludibrio, Iudęa hostibus relicta coactus est redire domum, ꝓpriaq; tutari. Nec me quisq; hæc cōmentum esse existimet, sed coętaneos Cæsaris uiros grauissimos, hæc & maiora scripsisse nō dubitet, de quibus rebus & nos aliquādo plura ædemus, nunc ad reliquos pergemus Quid præterea prædicem de Ludouico Caroli filio, qui præter alia Chri

135

ſtianiſſimi impatoris opera regē Danorū una cum ſuis ad fidem induxit
Idem regē Bulgarorū una cum ſua gēte ad fidē capeſſendā induxit, nōne
& Henricus primus de Saxonū genere pro fidei Chriſtianę incremēto plu
rimas gentes cōculcauit, pcipue Normānos & Danos. Et ut in ſumma di
cam quod Liburni Illyrij Dalmatæ Moraui Poloni Hulmerigri Chriſti
anum cultum ſuſceperūt, & omnē idolorū cultū abiecerūt, nōniſi ſtrenua
imperatorū Germanorū uigilia & opera effectū eſt, nec (ſi omia proſequi
uellem) oratiōe parua ſed denſiſſimis codicibus opus eſſet, quod nō obſcu
re intelliges, ſi cogitabis imperiū Ro. ob ſola in eccleſiā Chriſtianā merita,
ad Germanos eſſe tranſlatū, quod ad ſingulare noſtrorū decus & ornamē
tū accedit. Nā & ſi Aſſyrios. Mędos. Perſas. Græcos & Romanos aliquan
do ſibi uſurpaſſe cōſtet imperiū, ſola tamē libidine regnādi & uiolētia ſūt
adepti, & ut turpiter acquiſierūt, ita turpiter amiſere, incę uiliſſimā ſeruitu
tē ſunt poſtea redacti. Noſtri uero uirtute ac laboribus pro deo ſuſceptis,
digni uiſi ſunt uel uniuerſo eccleſię Ro. ſenatui, qui imperiū orbis agerent,
quicę quod uirtute acquiſierunt te rege, te auſpice inæternū ſeruabūt. Tā
to igitur ſupioribus natiōibus ſupiores exiſtimandi ſumus & digniores,
quanto præſtat uirtus & religio uitijs & iniquitati. At illorū gloria referti
ſunt omes libri, noſtros aūt omes pene & eorū geſta tenebrę occupauerūt
ſituſcę obduxit, quod ſi quædā ab externis & alienigenis obiter ſunt pſtri
cta, ſcriptorū tamen affectus, amor, odiū, metus, adulatio & id genus alia,
quin multa addiderint, multa ſubtraxerint, nemo aſſerere dubitauit, nec lō
ge repetamus exēpla, libet referre quod tempora noſtra uiderūt. Scripſit
ante paucos dies quidā hiſtorias regū Franciæ, nec quicę in mediū protu
lit, niſi quod ornaret illos, nec ullā eorū mentionē fecit, quę tu rex auguſtiſ
ſime uel in tenera ætate cōtra eoſdē fœliciſſime cōfeciſti. Cur item nō reple
at omes ānales hoc glorioſiſſimū facin°, omibuſcę ſeculis memorabile, dū
tuo ductu & auſpicio ſubcę tuis ſignis uix quingēti milites & hij quidē nu
di hoc eſt leuis armaturę, quos nūc Haſtarios uocitāt iuxta Salinas Sequa
norū tuę ditiōis urbē impetū nō ſolū tulerint quattuor, uel ut alij uolūt ſex
milliū loricatorū regis Frāciæ, quos Cataphractos nūcupamus, uerū etiā
in turpiſſimā fugā cōuerterint, multis eorū occiſis, ptim uulneratis. At nos
quaſi de induſtria nris rebus inuidētes, omia ſilētio trāſimus, qd ęq ali° no
mine Iacobus Bergomēſis monach°, parū pbe deſcripſit bellū inter ducē
auſtriū Sigiſmūdū patruelē tuū & inter Venetos, qs dū plus ęquo laudare
ſtudet, leſit omino ueritatē & ſupplātauit. Eſt em adhuc recēti in memoria
cętum glorię, cętūue ſplēdoris ampliſſimo nomini ſuo peperit Sigiſmūd°
ille dux inclytus eo bello, dū parua manu paucicę leuis armaturę militi
bus memorabili ſtrage affecerit Venetos, ingētiſſimas eorę copias partim
ferro delēs, partim in turpiſſimā fugā cōuertēs, adeo ut dū quidā fuga ſa
lutē quærūt, inter quos fuit & dux militiæ quē capitaneū uideo a noſtris

uulgo dici, in flumē Athesim irruētes perierūt. Fuit aūt dux Robertus Seuerinas, uirtute ut dicit & rei militaris disciplina inter suos spectatissimus In cuius marmoreo sepulchro Tridēti (ubi corpus fuit cōditū) legit. Ter proceres Veneti bello petiere Tridentū. Ter uicti & uictus ecce Robert⁹ adest. Taceo quę igne uastauerit dux clarissim⁹, haud inferior illo Machabeorū Iuda fortissimo, qui parua manu & inferioribus lōge uiribus innumerabiles illius Antiochi exercitus toties cōculcauit & deleuit. Et Blond⁹ Flauius, adulāter ne dicā mēdaciter Fœdericorū gesta, cæterorūq; imperatorū qui res magnas in Italia egerūt, uel extenuauit uel trāscūter effudit, taceo de alijs multis. Deus igit tandē gloriæ & rebus nostris singulari quodam beneficio cōsulēs, dedit te nobis in lucē Maximiliane rex augustiss. cui⁹ ductu & auspicio nostrę res speciosissimę post longā rubiginē & squalorē tādē claritudine & splēdore decorabūtur. Nā & uigēt studia, pferūt se ingenia & ostentāt, magnūq; prouentū poetarū tua munificētia exuscitat. quia literatos amas, qa eruditis suffragaris. Nec immerito, hij em tibi cumulatissimā gratiā referre queunt de te scribētes, & tua pclara facinora celebrātes. Quod si beatos existimauit antiqtas quibus deorū munere datū est, aut facere scribēda, aut scribere legēda, Beatissimos ꝓ o qb⁹ utrūq;, iure te beatissimū simul & laudabilissimū pdico, qui prēter tot res fortiter gestas, inter tot curas, negocia, tot domesticas & externas rerū maximarū occupatiōes audire uis qtidie, qppiā historicō ac memorabile immo uero tuipse diceris cōscribere historias, & illustrationē Germāię summo studio meditaris nō inferior Iulio illo Cęsare, quē uel ideo summis laudib⁹ effert antiqtas, pluriscq; ęq; alios imperatores ac principes fecit, qp pter publica imperatoriaq; negocia animū etiā sciētiarū studijs adhibuerit, qd & tu egregie de te pstitisti. At ut aliqn finē orādi faciā, ne nimiū tuas piētissimas aures ledā, rex sacratiss. tua cātata lōge latecq; hūanitas atq; beniuolētia, in omnes studiosos me inuitauit, ut nō nihil a tua maiestate ueniā petiturus hoc unū scilicet, ut sim maiestati tuę cōmēdatus, qd si cōsecut⁹ fuero, me Crœsi diuitias habere existimabo, Et tibi (tā & si nullā aliā rmuneratiōis uicē exigas) hoc de me polliceri poteris rex optime, ut si qd mea carmīa uncq; possunt, semp nomē tuū laus & gloria maneāt nūcq; intermoritura. Dixi.

Ex Inspruck. M. D. I.

AD SACRATISS. ROMANO. REGEM DIVVM MAXIMIlianū εὐχαριστικον hoc est gratiarū actio. H. Be. Iustingēsis poetę laureati.

Donasti lauro rex augustissime uatem
Hinc tibi deuinctum mecq; perenne facis.
Vnde tuam laudem si me dignabitur ullo
Nomine posteritas, secula nulla silent
At quoniā tenui nequeunt tua facta referri
Carmine, quæ poscunt ex Helicone deas,

Et uix Meonides possit describere cunctas
Virtutesq; tuas martigenamq; manum
Sufficit in præsens meritas tibi dicere grates
Versibus incultis, imparibusq; modis.
Attamen hæc merito tibi nos debere fatemur,
Vt tibi sit compar nullus in orbe ducum
Iustus Aristidem, superas bonitate Metellum
Pace Numa, in bello Iulius alter ades
De cunctis certare libet uirtutibus uni,
Romulei cedant Argoliciq; duces
Viue uale gaude βασιλευς fortissime regum
Et tibi cuncti potens uota secundet, Amen.

IN ASOPHVM PSEVDO PROPHETEN H.B. CARMEN

Desine falsidica uulgum seducere lingua
O asophe, occultum non tibi dij referant.
Allatras populum gaudens miranda profari
Vt sis conspicuus famigerumq; decus.
Et nisi mentita est scriptura theologa cuncta
Iudicium extremum dicis adesse breui
Declamas publice mendax & pseudo prophetes.
Vt sis de cœlo præcipitatus heri
Imperium senas intra Germania fortis
Perdet olympiadas, fronte seuerus ais.
Q; si non intra hoc tempus deperdet, habebit
Mille annos ultra uel ruere ipse nego
Vnde superstitio hæc, aut spiritus iste profanus
O Asophe inflatur, demonicusq; furor?
Namq; suis Christus momenta & tempora scire
Non ait est uestrum, scire nec ullus habet,
Consiliumq; dei nec perscrutabile cuiq; est
Vt bene scripturæ te docuisse solent.
Iamq; diu sancti mundo cessere prophetæ
Quis cum dij soleant mystica uerba loqui.
Nunc nisi merdosi nascuntur in orbe prophetæ
His Pluto inspirat, præstigiosa στροφας
De imperio dicam, meritis uirtuteq; partum est
Consensuq; pari catholiciq; gregis
Et quod relligio peperit, quod deniq; uirtus
Hoc durare quidem posse perenne reor.
Assyrios, Medos, Persas, uel regna Philippi

Allegas frustra, cum Cecrope Aeneadas
Quos non relligio traxit, sed uana libido
Regnandi & sortis luxuriantis opes.
Interitum q̃ si nobis fortuna minari
Possit, & ignaui seditione duces.
Hoc tamen incertum est cunctis mortalibus, unq̃
Immineat, uel quo possit adesse die
Vade cacatum igitur falle & merdose propheta
Elleboro & merdis ablue sæpe caput.
Insuper immemorem non esse decere memento
Mendacem, uerbis uerba quadrare decet.
Stare diu imperium iam narras posse apud ipsos
Teutonicosq̃ uiros teutonicamq̃ domum
Affore qui pridem supremi iudicis horam
Dixti, dic possunt quæ ædificare fidem.

IN DETRACTOREM REGIAE MAIESTATIS. H. B.

Desine mordaci regem taxare camœna
Detraxisse caue stulte poeta precor.
Rex meus est fortis, est seruantissimus æqui
Virtutum splendor imperijq̃ decus.
Quid memoras consulta patrum, quid uerba senatus
Qui proprijs semper consuluere bonis.
Qui si respicerent regis quoq̃ commoda regni
Et si quod debet cæsar habere, datur
Tunc aquila inuicta ad Seres penetrabit & Indos
Sic consulta patrum rite iuuare queunt.
At sua dum cuncti procurant commoda, cuncti &
Velle suum soleant legis habere loco
Inq̃ sinu foueant prædones atq̃ latrones
Legibus excussis Cæsaris atq̃ iugo
Dumq̃ aquilam implumem temnunt, dum quisq̃ laborat
Extrahere huic pennas, & spoliare macram
Non tibi sit mirum (namq̃ efficit omnia non rex
Solus) si totum concidat imperium.
Vis priscum reuocare decus si sancte senatus
Pellere uis hostem finibus ipse tuis
Redde prius pennas, sed quas Iouis ales habebat
Dum stetit imperium, consulere inde potes.

137

AD DOCTISSIMVM SIMVL ET DISERTISSIMVM VIrum Petrum Iacobi Arlunensem, ecclesiæ collegiatæ Backnaugen. præpositū Canonicūq; Stutgardianū Henrici Bebelij. Epistola.

Vm nuper ad nostrā orationē regiā plurima addidissem Petre ut te parcissime laudē Germanorū omniū disertissime, inter cætera adieci & Germanos esse indigenas, q̃ cū pellegisse Aeneam Siluiū in sua Europa, & quasdā alias triuiales & plebeias historiolas Inueni in illis Frācos esse gentē aduentitiā & Saxones. q̃ nostrę omino nō quadrat historiæ. Quare cōgruū putaui nō nihil ad defensionē meā super hoc cōmētari, ne a q̃quā mēdacij & historiarū ignar⁹ incusari possim. Nō licebat aūt oratiōi adiūgere, crescere em tandē in magnū uolumē, nec coherēt adeo q̃ addim⁹ uel etiā ante addidim⁹, usq; adeo nihil est q̃ nō aduētitia mixtiōe nō corrūpi soleat. Tibi aūt pręcipue dedicauim⁹, eo animo, ut examines & iudices, recte nec ne sentiā de istis. quos dicā populis, cū sis multi iugis studiorū exercitamētis eruditissimus, & q̃ iam diu primas omniū suffragio partes in eloquētia, historijs cęterisq; humanis & tersioribus literis uēdicasti, pspicuū hinc argumentū q̃d ad Hispanias, Britānias, cęterosq; reges clarissimos a Cęsare nostro Maximiliano summa cū laude tua orator mitti soles. Oro igit atq; obsecro, pro tua insita in studiosos humanitate, tuo corrigas iudicio quę minus bene & pperā nobis obrepere potuerūt, nescio em quo modo, ut Ambrosius scribit, ppter imprudētię caligine, quę nos circūfundit, unū quēq; fallūt sua scripta, & aurē prętereūt atq; ut filij etiā deformes (quis em filij⁹ nō formosus matri? iuxta Quintilianū) delectāt sic scriptorē indecores sermones sui palpāt. Quare tu iusto libramento trutinabis has nostras lucubratiunculas, & errores cultissima tua eruditione exterminato. Vale.

AD EVNDEM. EIVSDEM ELEGIDIVM

Iuris & æquarum uir consultissime legum
Petre inter raros connumerande uiros
Eloquij princeps, & quem facundia grandis
Conciliat ducibus Cæsarioq; uiro
Quod si nil nisi limatum uel Apolline multo
Excultum, & si sit posteritatis opus
Iure tuas possit doctas accedere ad aures
Cui nisi doctorum scripta probata placent
Attamen ad sacras nunc affero Apollinis ædes
Primitias tenuis quas mihi musa dedit.
Quas Helicon si non ex omni parte poliuit
Et desit scriptis lima seuera meis.
Assistens rogo, si fas est maledicta tueri
Te gere Aristarchum, pessima quæq; secans.

Dicito (nam nosti) critico incursante seueris
Morsibus, o caueas oro quietus abi
Flaccus nonne refert Venusini gloria ruris
Vndicq; perfectum uidimus esse nihil
Dormitare bonus quandoq; uidetur Homerus
Marco Arpinati. Zoile sæpe tibi.
Semper & haud uigilem scripsisse Platona magistrum
Sentit Aristoteles, philosophoscq; senes.
Sic ego uel merear non omni ex parte repulsus
Teutonica saltem a posteritate legi.
At nostras aliquid nugas si tu esse putabis
Iudice te uel non barbarus auctor ego.
O mihi quam multum tribuam, quam pectore læto
Efferar, & coccyx laudis amore canit.
Namq; probari dulce mihi est, sed decq; probato
Si mea iudicio musa probata tua est.

g Ermanos esse autochtones, hoc est indigenas, præter cæteros affirmat. Cor. Tacitus. qui dicit ipsos Germanos indigenas credidérim, minimeq; aliarũ gentiũ aduẽtibus & hospiciis mixtos, quia nec terra olim sed classibus aduehebãtur qui mutare se desquærebant, & immẽsus ultra (utq; sic dixerim) aduersus Oceanus raris ab orbe nostro nauibus aditur, quis porro præter periculũ horridi & ignoti maris Asia, aut Aphrica, aut Italia relicta Germaniã peteret, informẽ terris, asperam cœlo, tristẽ cultu, aspectuq; nisi si patria sit (hodie tamẽ o Corneli Germania est nõ solũ nõ informis terris, & tristis aspectu, uerũ etiã cultissima, uinetisq; & omi fructuũ segetũq; genere & cõspicua & fœcũda) unde habitus quoq; corporũ quanq; in tanto hominũ numero idẽ, omibus truces & cerulei oculi, rutilę comę, magna corpora, &c. hæc ille. Soli igit pene sumus ex omibus terrarũ nationib⁹, qui sine aduenarũ mixtura regnauim⁹. & a cõditis monumẽtis sine iugo seruitutis externorũ late rgnauim⁹, atq; uicinis circumquaq; imperitauimus, quod uix ullis populis a cõdito æuo per totum terrarũ orbem cõtigit, nam ut paucos annumerẽ. Vmbri olim a Tyrrhenis eiecti, tyrrheni a gallis, Galli a Romanis. Romani a Lõgobardis, & ut Seneca dicit ad Albinam de consolatione. Totum Italiæ latus q̃d inferiori mari alluitur maior græcia fuit. Tuscos asia sibi uendicat, Tirij africam incolunt, in Hispania pœni, Græci se in Galliam inmiserunt, in se græciam galli, pyreneas germanorum transitus omnino inhibuit, uix denicq; inuenies ullam terrã quam etiã nunc indigenę colant, hæc ille. Assyrij insuper ut ostendam omnium gentium præter germanorum imperia corruisse, licet olim imperium habuerint. Mœdi item Persæ, Macedones

& Græci, resq; magnas & egregias gesserint, paulo post tamẽ in seruitutẽ sunt redacti. Immo & hodie immanissimæ Turcarũ libidini & dominationi sunt expositi Romani quondã domini dominorũ, hodie serui & seruo seruorũ sunt subiecti. Totaq; cum illis Italia. Vandalorũ, Gotthorum Lõgobardorũ & cæterorũ qui Italiã ingressi sunt quasi posteritas. Gallorum non imperium & potẽtia modo uerumetiã nomẽ deletũ est, atq; in Francos Germanos translatũ. Soli Germani (in quo singulariter gloriari possumus) a nullis natiõibus pulsi patria, nullis cedẽtes, nullius exteri dominiũ passi, nullum occupatorẽ sustinẽtes semper regnauimus, quod si aliquãdo fortunæ cesserimus, nemo tamẽ apud nos diu fœliciter regnauit, & nostrę inuicem simul fœlicitati & uirtuti cesserunt omnes aliæ gẽtes, hoc Romãi pręsertim Iulius & Augustus gentiũ domitores, terrarũq; domini cũ sua iactura didicerũt, hoc Drusus Germanicus, qui a Germania ut ipsi dicunt deuicta nomẽ accepit, resq; omniũ præclarissimas atq; fœlicissimas apud Germanos confecisse famigeratur, morte expertus est. Quare elegantissime simul & uerissime cecinit Claudianus poeta.

Nobilitant ueteres Germanica fœdera Drusos.
Marte sed ancipiti, sed multis cladibus empta
Quis meminit uictum sola formidine Rhenum

Hoc item Huni seu Hungari potius immanissima toto terrarũ orbe gens ad internitionẽ in Germania deleta cognouit, hoc omẽs experti sunt quicunq; Germanis bella inferre attentarũt, quæ cum ita sint, nemo persuadebit mihi a tẽpore Cornelij Taciti aliquã exterã gentẽ, prioribus incolis deturbatis Germaniæ incubuisse. Nunc mihi certamẽ est cum quibusdã plebeis Francigenarũ historijs, & quibusdã alijs assentatoribus ut uidet qui uel Germanorũ laudi inuidẽtes, uel uetustæ originis cupidi ut fert mortalium ambitio. Francorũ ortũ a Troianis auspicãtur, qbus nulla fides, nulla recepta historia suffragatur, quoniã Francorũ nulla omniũ historicorum mentio fit nisi in finibus Germanorũ, nullo igitur modo pbatur mihi Aeneas Siluius in sua Europa. Primũ q; nullã de Sueuis uel paucissimam facit mentionẽ, quos Orosius maximã & ferocissimã dicit esse gentẽ. Cornelius Tacitus maiorẽ Germaniæ partẽ obtinere, pprijs ad huc natiõibus nominibusq; discretos. Iulius aũt Cæsar gentẽ esse longe maximã & bellicosissimam Germanorũ omniũ, & quorundã itẽ aliorũ Germaniæ populorum & quidem præstantiũ non meminit. Secũdo refragor omnino eius opinioni. dum longã cõnectit fabulã de Francis, dicẽs esse Troianos ab origine, qui deleto Ilio duce Priamo Priami ex sorore nepote, per pontũ Euxinũ ad Męotidos paludes in Scythiã puenerint ibiq; ciuitatẽ ædificauerint. Sycambriam uocitãtes, exqua dicti Sycãbri fuerint, demũ tẽpore Valẽtiniani Cæsaris Germaniã intrasse, & Francos appellatos, quod attica lingua siue feroces siue nobiles sonat. Et alibi. Saxones Græcã sobolẽ esse affirmãt

ex Macedonia classibus aduectā. quę Turingos multis bellis defatigatos paternis agris eiecerit, quod mihi (inquit) nō fit uerisimile. Est em uetustissimū in germanica terra Saxonū nomē, cui omnes ueteres meminere. Turingos nemo antiquorū nominat. qui Germanicas gentes enumerāt, in aduentu primo Francorū, qui tēpore Valētiniani Cæsaris Germaniā intrauere. Turingos nominari reperio, hæc Siluius. Cui ego nō detractiōis aut gloriæ cupiditate, sed amore cui nihil non debeo patriæ ductus, cōtradicam, & a quo patria me Germania iure meritissimo pro sua defensiōe dissentire postulabit, cui non nihil laudis detraheret, si hæc quæ relata sunt uera essent. Primū nemo scriptorū quod ego sciā, ullā facit mentionē Sycambrorū apud Mæotidos paludes in Scythia, nec itē Francorū, nec Francus esse existimo atticā dictionē, quoniā præter cætera attici nō habēt f literā. At ne Eoles quidē illius literæ inuētores utūtur, Vnde Græcū esse uocabulum non facile inducar. Alij Francos dicūt quasi feroces integre loquendo quod paulo tolerātius esset. Francia etiā nostra oriētalis dicitur, hij autem qui in Gallia cōsederūt, non Frāci sed Francigenæ potius essent nūcupādi, uti eos appellat Rosuita monialis Saxonica, uel Franci occidentales, quod autē genus Troianorū sint Franci, ex Scythiaq; progressi, cōmentū anile, sordidāq; fabellā existimo, & excogitatū ab hijs, qui de magnis maxima loquūtur, & in fauorē illorū qui suā originē uetustissimā atq; etiā quondā nobilissimā uoiūt prædicari. quod & si quidē Manethon Aegiptius antiquissimus dicat, uel ut alij existimant a quibusdā in errorē suū deprauatus fingatur dixisse, Francū Celtis imperasse ex Hectoris filijs, attamen nihil mihi obesse debebit, præter em hoc quod nec Vincētius Gallus parū disertus historicus cōcordat Eneæ Siluio nec hic cæteris, nec cęteri inter se, Illud est nemini obscurū, Francū & si ignauerit apud Celtas aliquādo, nūquā tamē in gentem Celtarū nomē suū trāsfudisse, posteritatiq; indidisse, quoniam nullus nec græcus nec latinus, aut cosmographus aut historicus quantū ego legisse potui Francorū meminit in Gallia, nisi tū demū illorū qui germania, pfecti totā Galliā inundarūt circa Valētiniani tēpora, adeo ut inter Francū illum qui Celtis imperasse dicitur, & Francorū in Galliam transitū, anni plus q̄ mille & quadringēti sunt exacti. Dimissis igitur fabulis Blondo Flauio assentior homini non Germano sed Italo, qui dicit (sicut & plæriq; alij) Francos, Vandalos, Burgūdiones omnes uetustam originem habere ex Germania, deq; quibusdā Pliniū citat in quarto naturalis historiæ, ex traditiōe Agrippę dicētis, Germanorū genera esse quinq;. Vādalos quorū pars Burgundiōes, ubi nūc perperā Vindelici legitur, & male meo iudicio, quoniā paulo ante idem Plinius uindelicos alpium accolas extra Germaniam collocat, hijsq; cōterminos Rhœtos non meminit inter Germanos sed Alpestres, Germania em omis teste Cornelio Tacito a Gallis Rhœtijsq; & Pānonijs Rheno & Danubio fluminibus separatur, unde

extra Germaniã Vindelicos habitasse perspicuũ est, tametsi iã diu & multis ante seculis in nomẽ nationemq; trãsiuerint Germanicã, sicut & Rheti. Sunt aũt Vindelici (quos hodie Algoios uulgo nominamus uel potius algeos ut alibi dixi) ad quos ut Strabo dicit Brigãtij pertinẽt, quod aũt dicit Siluius esse uetustissimũ in Germania Saxonũ nomẽ, cuius omes ueteres meminerint. Turingos aũt tẽpore Valẽtiniani primũ nomiãtos. nõ me riualẽ & coassertorẽ habebit, quoniã Saxões nõ legi nisi tũ demũ tẽpore Diocletiani uel sub Vespatião ut meminit Egesippus Turingi aũt teste Cornelio Tacito in exercitu fuerũt Vitellij Ro. impatoris, qui germanicas legiones habebat in Gallia, a quibus & impator salutatus est, ante Saxones nominati. Cũ igitur nec adnẽtus ullus Francorũ sciat, quippe quos cõstat eruditorũ iudicio esse indigenas Germaniæ, nec de Sycãbris historia Aeneæ quadret, quoniãquidẽ nullos uncq; legamus fuisse in Scythia, & item illud nomẽ sicut omniũ ferme Germanorũ recẽs sit, nemo mihi pfuadebit gentẽ esse aduentitiã, sicut nec alios Germanię populos, quorũ pariter nomen recẽs est. At quod plus de Frãcis quã alijs fabulat, fecerunt bella eorũ plurima, quæ gentẽ maxime recẽtis famę extollere & nobilitare in primis solẽt, quoniã prius ignota & humilis in magnã homines admirationẽ adducit. Merũ igitur cõmentũ existimo, & eo libẽtius etiã, quoniã nullus est fere populus, excutiẽdo etiã ueteres historias, qui nõ uetustã uel a longinqua aliqua regione (& in primis Frãcigenę qui uel supbissimi existimant) originẽ prętẽdere gaudeat, pręsentia etenim sordẽt usq; adeo, ut nulla fere sit nobilitas apud Italos hodie, quæ nõ suos maiores Germania oriundos prædicet, ecõtrario nobilissima quæq; familia Germanorũ suũ ortũ a Romanis auspicatur, Sed quod Germania quondã, nũc ut existimat Hieronymus Frãcia uocitetur mirandũ nõ est, cũ nulla natio ex tota Germania (q̃uis plurimas enumeret Plinius, Strabo, Ptolomeus, Cornelius Tacitus & alij) suũ nomẽ antiquũ retineat, pręter unos Sueuos, & Frisios quos posteriores Plinius & Tacitus celebrarunt, & nemo q̃d ego sciã uetustior, unde uenerũt quęso? quos hodie uulgo Hegoios Algoios uel algeos, Vuirtẽbergẽses, Badẽses dicimus? unde Brisgaudij Brisacogeani meli?, Sungaudij? unde Misnẽses, Slesitę. Hessi. uel Hassones ut nunc dicim?, unde Vuedressi. Vuestuali, Pomeriani, Lusatij, & alij nõ pauci? quorũ nemo ex scriptoribus meminit, unde pspicis maximã esse in Germania nominũ mutationẽ, quod fere solet fieri, dũ gẽs aliqua, & si primo tenuissima & humilima, postea tamẽ rapinis prædatiõibus, uel iustis etiã bellis cantata accipit uel a castro, oppidoue aliq; humili ubi primũ se cõtinuit, uel a duce eius nomẽ, sicut Vuirtẽbergẽsis hodie florẽtissimus apud Sueuos ducatus, a montana & unica arce nomẽ accepit, uel poti? arx & tandẽ regio ipa, a regulis nobilissimis tamẽ cognominata est. Sicut Marchionatus Badẽsis ab oppido Baden. & Misnensis a Misna, apud maiores non adeo uetustos in nullo

nec̃ nomine nec̃ memoria, Sicut etiam Alpestres illi quos uulgo suiceros uocamus, sedes ut uolũt Heluetiorũ habitãtes a Suitz agresti uiculo uidentur non obscure appellati, nã quod ad Suedos populos suã originẽ referũt nihil mihi fabulosius existimatur. Ante ducẽtos etenim annos in nulla existimatiõe habiti sunt, uerũ paucos ante annos a cede suorũ dominorũ famam uel potius infamiã auspicati, in magnã gentẽ & potentiã coaluerunt, post hoc alijs lacessiti bellis egregie restiterũt. Nec mirũ uideri debet, maximis em̃ fluminibus altissimisq; & natura munitissimis montibus septi, expugnari difficilime possunt & sicut asperã, inclemẽtem, & tristissimã maiori ex parte habẽt regionẽ, ita gẽs est effera, agrestis, ꝓtinax, Saxones aũt fuisse Macedonas quis credat? quis em̃ Græcia relicta Germaniã peteret? at nõ ꝓsisto ulterius in multa refutatiõe, quoniã & ipse Eneas cõtra dixisse uidetur, & credibile nõ est tantã tãq; amplissimã Saxonũ nationẽ. & tam multa ditiõe prędita linguã tam cito moresq; Germãos induisse. Hinc etiã quod Franci, Turingi, Saxones & postremũ Boioarij quos nũc Bauaros uocamus, & alij sint indigenæ, illud est non omino leue argumẽtum, quod nullũ penitus monumentũ, nulli annales, nec ullius alterius linguæ q̃ Germanicę signũ uel uestigiũ appareat ꝑ Germaniã, nec Bauari mihi ab Auaribus descẽdisse uidẽtur, sed potius a Bois nomine. unde & Boiemi quamuis mutatis cultoribus ut Tacitus dicit, Boij em̃ in deserta Noricorũ cõcessisse prędicatur. Et Rosuita moniālis quæ tẽpore Ottho nis secundi claruit. Bauaros appellitauit Baioarios, & Hũgaros hodie Auares, sicut & Otho Sueuus historicus clarissimus, nec hoc absonũ. facilime em̃ baioariorũ in bauarorũ nomẽ causa breuitatis uel corruptiõe potius est mutatum, Sunt igitur Saxões ut a diuerticulis redeã origine Sueui (quos cõstat citra & ultra Albim fluuiũ sedes habuisse) qui & ipsi Saxones paulatim ut fit in propriũ nomẽ & potentiã coaluerũt, sicut & nũc Vuirtẽbergẽses, nec hoc incongruũ aut a ueritate alienũ uideri debet, quoniã credibile nõ est tãtam innumerosissimãq; Sueuorũ nationẽ, uno aliquo nomine fuisse cotentam, quæ hodie multo arctioribus clausa limitib?, multa priuata habeat nomina apud priscos ignota, id quod obscurũ est nemini, Volo aũt esse Sueuos ex hoc maxime fundamẽto cũ Saxões sint indigenę habitatores antiquorum Sueuorũ, quis dubitat sicut ex Germanis teste Hieronymo Frãci cognominati sunt, ita ex Sueuis Saxones factos a duce uel familia præsertim propter differẽtiã hodiernæ Sueuiæ, unde ego plura dicere supsedeo, contentus uera & uerisimilia non figmenta dixisse, vale candide lector,

Ex Tubinga.

140

APOLOGIA HENRICI BEBELII CONtra Leonhartum Iustinianum Venetũ imperatoris nomen extenuãtem, coronationẽ regum nostrorũ incessentem, atq; Germanos barbariẽ ob id insimulantem.

CLARISSIMO VIRO ET IVRISCONSVLTO PRVDENTISsimo Gregorio Lamparter Cancellario illustrissimi principis nostri, Henricus Bebelius Salutem Dicit

Iomniũ uel gentilium suffragio, eos summis celebrat laudibus antiquitas, certissimũq; illis in cœlo locũ definitũ uult, qui pij in patriam cõsilio uel armis remp. sunt tutati, si item non tã testimonio scriptorũ q̃ ratiõe fortiter pugnãdũ pro patria uideat? si postremo mors omniũ speciosissima prædicat? immo gloriosa & beata ut Cicero dicit eorũ qui pro patria mortẽ obierũt, & Codrus rex athenienſiũ duoq; Deciũ innumerabilesq; alij maximis ideo efferũtur laudib⁹, q̃ se patriæ saluti deuouerint, Si contrario hi qui in patriã deliquerint, atq; cõspirauerint, impij parricidæq; summa cũ ignominia appellitãtur, ineosq; durissimis legũ cẽsuris. fœdissimoq; cruciatus genere est animaduersum, quis iure hoc meũ factum improbare potest? q̃ patriã meam Germaniã iniurijs prouocatã defensare conabor. Cum igitur Leõhartus Iustinianus venetus (cuius nec mores nec uitã nec eruditionẽ carpere mens est) in germaniã, imperatorũq; germanorũ amplitudinẽ & coronationẽ intemperãter inuehatur, quis nobis germano cõcesserit? quis cõuenire non uiderit? quis postremo hoc a me patriã meam iure repetere posse neget? ut ego pro uirili portione eius honorẽ atq; maiestatẽ tuear, nemo ita desipit, ut non credat, quare cũ sim in eam uocatus conditionẽ, ut dij immortales potius occasionẽ q̃ mentem armis defendendi patriã negauerint, ut pius, ut gratus in illã nõ obscure iu

dicer, quicquid & q̃tulũcunq̃ est in me ingenij & eruditiõis (quod sentio perq̃ exiguum esse) ad eam nõ ab iniuria modo uindicandam, sed ornandam etiã si possum cunctis uiribus conabor. q̃ si hic uel alibi contra Venetos uel Francigenas germaniã incessentes paulo cõmotius scripsero, Deo immortalis sit mihi testis, me id nõ studio mordacitatis aut ꝓpriæ laudis, Verum solius patriẹ amore (cui me omnia debere superius declaraui) fecisse, & esse aggressum, hoc em̃ possunt cõsiderare omnes hi qui nouerint me scripsisse contra Venetos, & parrisianos quibus me in omni liberali disciplina, omniq̃ genere eruditiõis, non solũ nõ æquandũ existimo, sed etiã non nisi lõgissimo interuallo eorũ uestigia cõsecuturũ spero, nõ em̃ tantũ mihi arrogo ut in classes illorũ uiroꝝ referre cupiã. Vnde stultissime facerem, si me laudis & gloriæ, aut mordacitatis etiã libidine illis opponerem, quib⁹ me in prædam mala fretus, causa obijcerẽ, nam dum ad gloriã niterer omnibus essem futurus ludibrio, sed iustissimæ causæ meritis & ueritate innixus & fretus, nullã inuidiã nõ subeundã, nullas inimicitias declinandas dũ patriæ cõsuluero existimo, nec sine exẽplo, nam ut Cicero elegãter dicit, quis est tam tenui cogitatiõe prẹditus, cuius animus tantis inuidiæ angustijs cõtinetur, qui nõ hunc hominẽ studiosissime laudet & sapiẽtissimũ iudicet, q̃ pro salute patriẹ, pro incolumitate ciuitatis pro reip. fortunis q̃uis magnũ atq̃ atrox periculũ studiosissime suscipiat & libẽter subeat. Vtinã si quis rescribere uelit, me uiuo faciat, ubi defendẽdi tam mei, q̃ causæ facultas tribueretur. Sed spero constãter hoc meo exemplo plures in Germania ẹmulationis studio iri excitatũ, qui hoc meũ honestissimũ propositũ & germaniæ defensionẽ & patrocinijũ sint suscepturi, ut non tam facile passim quilibet absq̃ reꝝ meritis in nos germanos illotis buccis debacchetur. Tibi aũt cãcellarie nõ tam iuris utriusq̃ q̃ omnis eruditiõis cõsultissime hãc nostrã apologiã singulariter cõsecrandã putaui atq̃ dedicaui, ut non solũ eruditione tua incredibili quaq̃ præ cæteris es famigeratus hoc pijssimũ ꝓpositũ defendẽdi patriæ honoris adiuuares, Verũ etiã cũ pro tuis in me meritis amplissimis, humanitateq̃ singulari, omnia me tibi debere intelligã, uolui te his meis chartaceis muneribus honorare, ut intelligas me pro uirili mea paratum tibi gratificari, inquibuscũq̃ rebus mihi possibilibus te delectari existimem, cũq̃ non mediocriter ames humaniores istas literas nec sis alienus a gratijs atq̃ a musis ut est in ꝓuerbio ueterũ, tibi dedicaui hanc apologiam, quã (dũ nihil agere & feriari uolueris a maximis & ducalib⁹ negocijs quibus dij boni summa cum integritate ingenij acrimonia. singulari memoria atq̃ prudentia præes) legito & me commendatum habe Vale. Tubingæ Kalendis Iulijs. M. D. VIII.

141

APOLOGIA HENRICI BEBELII PRO DEFENSIONE IMPERATORVM CONTRA LEONHARDVM IVSTINIANVM

I Mperator nūc est qui summā habet & absolutā potestatem & cui monarchia ascribitur, nec sum nescius imperatorē appellari solitū a senatu olim romano ut Cicero in philippicis testatur, qui mille aut duo millia externorū hostium occidisset, scio præterea ductores exercituū & prefectos copiarū militariū impatores fuisse ab historicis appellatos, Ita tamē ut semper imperator inter suos maximus esset, sed nūc sicut regna & imperia sicut omnia in mūdo patiuntur uicissitudinē, Ita nomina etiā magistratuū mutātur. Et imperatorē uocamus cui summa rerū cōmissa est. At Leonhardus Iustinianus Venetus hanc imperatoris summā potestatis appellationē improbans excandescēter & acerbissime inuehitur in germanos imperatores in epistola ad Cyriacū suum dicēs, admiratū te dicis in hoc nouo Sigismundi principis aduentu, q̄ qui ante coronationē se regem scriberet romanorum post coronationē uero quasi maius quiddam & dignius exprimere uolēs imperatorē se nūcupabat, non regē quod tu perperā factum arbitraris. Itaq̄ te id reprehēdisse ais, & quæris a me num idem sentiam quod tu, an cōtra putē. Ego uero & in his & in alijs permultis plurima quotidie mihi uideor errata cognoscere, sed utor Democriti regula, rideo em̄ illa nō fleo, quid em̄ mea refert quēadmodū barbari loquant, quos neq̄ corrigere possum si uelim, neq̄ magnopere uelim si possim, de rege tamē & imperatore idem sentio quod tu, & iam pridem ridens barbariē istam hoc ipsum notaui atq̄ redargui. Tres em̄ gradus maiorū dignitatū apud Romāos de quorū principe loquimur fuere, Rex Dictator, Imperator. Ex his suprema omniū potestas rex est, Post regē uero secundū tenuit dignitatis locū dictatura, post dictaturā imperiū. Imperium tertio gradu cōsequitur post multas rationes quas adducit, tandē cōcludit. quare hāc barbariē quęso cum sua ignorātia ualere sinamus, & nos antiquis doctissimorū uirorū scriptis quod unicū est refugiū oblectemur, non curiosi quid agant isti aut quemadmodū loquātur. hæc ille. Eodem in errore uersat Robertus Valturius de re militari, & Antoninus florentinus historicus parum disertus: Vitæ tamen probatioris, cuius uicem ego non parum doleo, q̄ non tantū cū superioribus erret, Verum etiā (nescio incuria ne an odio) stomachosus egreferat, Italos esse tam ignauos, ut suū sibi imperium non uindicent quasi in libertatem deturbatis germanis, dū scire debebat optimus pater germanos non esse inuasores imperij tyrannice sed legitime, maturaq̄ deliberatiōe atq̄ sano consilio Romanæ ecclesiæ electos esse, Romanūq̄ imperium obtinuisse, sed ut huic solum acerbissimę inuectiuę paucis respondeam, si omnia ad antiquitatē uis redigere Leonharde, immerito ut alia præterea, uocas reges modernos aut serenissimos, quoniam nec septem reges nec apud Iulium aut Ciceronem inuenisti, aut

modernus aut serenissimus rex, sed mitto ista. ¶ Secundo si error est dicendus imperatorē esse summæ & regalis potestatis non incusabis germanos sed Romanos & Græcos, post Iuliū etenim non inuenies quēq; Romanorum principē se regem aut dictatorē nūcupasse, sed cæsarem, Augustum & imperatorē, cur Caligula & Nero intolerāda superbia atq; luxuria notati si tā humile nomē est non se reges potius? aut quod optime fuisset cōcessum dictatores nominauere? qui sibi diuinitatē arrogare non erubuerunt, nam cū Caligula diadema regium teste Suetonio sumere, secq; regē esse proposuisset, nonne admonitus se regium fastigium excessisse, diuinam maiestatem ex eo asserere sibi cæpit. Sed tu omnia ad priscam denominationē reuocare uis, nec cęsares dici admittis Romanorū imperatores, quod ante Iulium nemo pro summa potestate posuit, Sed ab ipso Iulio omēs Romani principes sic se appellari uoluerūt, cum nihil faciat ad regiam potestatē cęsar, Et ab uno Augusto omēs Augusti cum pariter augustū idest consecratum non multū cōueniat cum regno. Quare si admiseris sicut cogeris scriptorū fere omniū suffragio cæsarem & augustū appellari eum cui summa & absoluta sit potestas, cur non imperatorem? qui elegantissime, significanter & merito iure ab imperio romano, uti a doctissimis dicitur imperator nominari debet, præsertim cum huius significatio conformis sit, & illorum uiolēter per solū populi cōsensum ad hoc trahatur, si dixeris quia Romulus & alij successores sex nunq; reperiunt ita nominati, cur ergo uocas Neronē Domitianū Vespasianum, & alios uel cæsarem uel augustū. At si Cicero eloquentiæ fons, si alii eloquētissimi historici atq; iurisconsulti dicunt romanū imperium, non uel raro regnum romanum quasi excellentius sit imperium, cur non imperator ab imperio descēdens supremus in imperio sit, Sed q̄ imperator suprema sit potestas testis est Plini⁹ in liminari epistola naturalis historiæ ubi Titum Vespasianū alloquens suauissime imperator dicit, & ne offenderet patrem Vespasianū excusat se, q̄ nominauerit imperatorē, quoniam ita salutatus sit in castris a militibus, nam dum Titus dux & ut ita dicam capitaneus fuerit in exercitu Syriæ frustra fuit salutandus Imperator, si non maius nomen & supremam potestatem designare uoluisset. Idem li. secundo inquit, nam ut in duodecim diebus utrunq; sidus quereretur, & nostro æuo accidit imperatoribus Vespasianis patre tertio filio iter consulibus. Plinius iunior ad Traianū. Imperator in titulis & imaginibus & signis, cæterū modestia labore uigilantia dux & legatus & miles: Idem ut reuersus imperator qui priuatus exierat, & sępe ad eundem Frontinus libro primo strategematon, Imperator cęsar Domitian⁹ augustus germanic⁹ eo bello quo uictis hostib⁹ cognomē Germanici meruit. Cornelius ta. in xii. lras mittit in hūc modū po. romani imperatoribus magnarūq; nationū

regibus & sæpe alias, sicuti & Suetonius qui omes suos cæsares eo nomine
honorat, quicq; cæsarē scribit ex decreto p̄nomine impatoris uocitatū esse
dicēs ppetuā dictaturā pręfecturāq; morū. Insuper prænomē impatoris,
cognomē patris patrię statuā inter reges suggestū in orchestra sed & am-
pliora etiā humano fastigio decerni sibi passus est. Ita etiā græci Plutarch⁹
Herodianus Iosephus græce loquēs, Iulius Firmicus solus impator stella
rum nō subiacet cursibus, & solus est in cuius fato stellę decernēdi non ha
bent potestatē, cū ēm fuerit totius orbis impator & dominus fatū eius dei
summo iudicio gubernat. Et Lactantius in ꝓlogo institutionū quod opus
nūc nomis tui auspicio inchoam⁹ cōstantine imperator maxime Et Iusti-
nus in prologo epitomatis sui, quod ad te Antonine imperator nō tam co
gnoscendi cā emendandi causa transmisi, nonne & Firmus imperator te-
ste Vopisco in edictis suis mandauit se uocari αυτοκρατορα, idest impe-
ratorem, & eum qui per se ipsum potest. Ita Ciprianus, ita Ambrosius
Tertulianus, Orosius, Augustinus, eloquentissimus Hierony mus Ruffi-
nus, Eusebius græcus & alii ecclesiastici scriptores nominitant romanum
principem, habētem & exercentē summā potestatē, non regē non dictato
rem aut cōsulem. Ita etiā Iustinianus ubicq;, Itēq; iuriscōsulti multo elegan
tiores Iustiniano. Aurelius iuriscōsultus ff. de offi. pre. prę. le. prima Ad ui-
tem magistri equitū p̄fectos prętorio antiquitus institutos esse a quibusdā
scriptoribus traditū est, nam cū apud ueteres dictatoribus ad tēpus sum-
ma potestas crederetur & magistros equitū sibi eligerēt, qui associati prin
cipali curę militię gratia secūdā post eos potestatē gererēt, regimē tis reip.
ad impatores ppetuo translatis ad similitudinē magistrorū equitū p̄fecti
prętorio a principib⁹ electi sunt, data est eis plenior licētia ad disciplinę pu
blicę emēdationē, hic aptissime discis summā esse potestatē deuolutam ad
impatores, extinctis dictatura & aliis magistratibus. Ita accipiūt Domiti⁹
Vlpianus, Sceuola, Florētinus, Caius, Pōponius, Modestinus, Paul⁹ & alii
impatorē, qui legibus moderādis & omibus rebus præsit, sicq; dominus
mūdi. Ita etiā accipit Victruuius erudit⁹ & eloquēs scriptor ad Augustū
Cęsarē scribēs. Cū diuina mēs tua & numē impator cæsar impio potiret
orbis terraꝝ inuictaq; uirtute cūctis hostib⁹ stratis triūpho uictoriaq; tua
ciues gloriarētur &c. Ita Ruff⁹ Festus, ita Vegeti⁹ de re militari, ita Plini⁹ ad
Traianū, ita Nazarius, Mamertin⁹, Latinus pacatus, ita Ammianus Mar
cellinus, Ita Helius spartianus, Iulius Capitolinus, Lāpridius, Vulcatius
Gallican⁹, Trebellius Pollio, Flauius uopiscus, Eutropius, Paulus diacon⁹
Aurelius uictor qui omes ad unū ad impatores & impatoribus rerū poti-
toribus scribētes impatores scribūt cęsares atq; augustos nunq; reges con
sules uel dictatores. Et ut paucis dicā, nonne ex ui nominis multo plus est
lautius, atq; magnificētius impare, unde Impator cā dictare, unde Dictator
quā regere (ūde rex est teste Augustino li. v. de ciuitate) cā cōsulere, vnde

cõsul,& Consul olim suprema fuit apud Ro.potestas,hi tamẽ consules eo
etiã tẽpore rebus scilicet florẽtibus & consulatu,Impatores dicti sunt,nisi
Salustius egregius auctor historiarũq; pater mentiatur qui dicit, post ubi
regium imperiũ quod initio cõseruãdę libertatis atq; causa augẽde reipu.
fuerat,in superbiã dominationẽq; se cõuertit mutato more,ãnua imperia
binosq; impatores sibi fecere,nisi Augustinus etiã christianorũ doctissimꝰ
mẽtiatur,qui hoc idem Salustii repetẽdo cõfirmat,Consulatus igit qui tẽ
pore regum nullius erat nominis & precij si tẽpore creuit in summũ,& po
stea sub impatoribus solũ inane nomẽ remansit,quoniã impatores & da
bant & adimebãt illum,quis non latine fieri credat? ut impator ex ui pro
pria summus dicatur,prẽsertim cum cõsul captiuo quodã sensu pro eo di
catur qui principẽ se gerit,nõne dictator (cuius nomẽ sub regibus nũq; au
ditum erat atq; post cæsarẽ omino obsoleuit) olim magister populi dice
batur,ut dicit Pomponiꝰ ff.de origine iuris.Bene igitur dicit Liuius,Con
sules nũq; fuerãt,regibus exactis creati sunt,Dictatoris nec impiũ nec no
men fuerat,apud patres esse cepit. Tribuni plębis Ediles Quæstores nulli
erãt,institutũ est ut fierẽt,decẽuiros legibus scribẽdis intra decẽ hos annos
& creauimus & e rep.sustulimus.hæc ille.nonne etiã qui olim sub regibus
tribuni celerũ sub dictatoribus magistri equitũ,tandẽ sub cæsaribus præ
fecti prętorio dicti sunt ut dicit Fenestella,& Aurelius iuriscõsultus ut su
pra dixi,auctoritas quoq; præfecti p̃torio maxime creuit,nam de illo Fe
nestella ita loquitur.Post adeo paruis orta principiis creuit auctoritas,ut
cũ aliquo tẽpore a prẽfectis p̃torio,puocare liceret.Extãt quoq; exempla
maiorũ quo pacto ab his prouocassent lecta postmodũ a principiis sentẽ
tia a prẽfecto p̃torio,puocatio sublata est,creuit & nũc sub christianis sum
mi põtificis auctoritas,creuit & episcopi auctoritas & significatio q. quid
significet & q̃tum sit infra sacerdotis dignitatẽ ex impositiõe nominis no
uimus,cur igitur nõ latinis (nõ nobis Germanis quibꝰ ego quoq; nullam
aut cõcedo aut cõcedendã esse puto latinitatis locupletãdę uel mutãdę au
ctoritatẽ) liceret uel mutare uel augere impatoris maiestatẽ? cui prẽter po
puli cõsensum etiã significatio ad hoc quadret,cũ non in nominibus solũ
magistratuũ,uerũ etiã in aliis fere omnibus multas passa sit a primordio
lingua latina mutatiões,hoc Polibius græcus nõ obscure,pbat in secundo
historiarũ dicẽs primũ fœdus inter utrũq; populũ initũ est,statim post eie
ctum urbe regiũ nomẽ.quod fœdus q̃to diligẽtius fieri potuit interp̃tari
sumus. Tanta em̃ facta est mutatio romanæ linguę ab ea tẽpestate in hodi
ernum diẽ,ut etiã qui antiquitatis peritissimi sunt,plæraq; non nisi difficul
ter intelligãt,& scilicet Cicero testatur hãc inde locutionẽ sua ætate maxi
ma ex parte euersam fuisse,nõne & idem Cicero Catonis uerba nõ aliter
excusat,nisi q̃ tũc ita loquerẽtur.Nã & M.Varro undecũq; doctissimus
ut ait Terẽtianus dicit,cõsuetudo loquẽdi est in motu,& postremo addit

f

Verba perperā dicta apud antiquos aliquos propter poetas sita ætate di
ci recte, & quę prius ratione dicta erant postea perperam dici. Et idem quo
cusquisq; iam seruus habetur priscis nominibus quę mulier suū instrumē
tum uestis atq; auri ueteribus uocabulis appellat. Et Plautus in epidico, qd
istæ scilicet mulieres quæ uesti quotannis nomina inueniunt noua. Et sex
tus Cecilius teste Gellio dicit nam longa ætas uerba atq; mores oblitte ra
uit. Et Seneca epistola cxiiij. adijce nunc quod omnino certam regulā nō
habet consuetudo illam ciuitatis quę nunq; diu in eodem sterituersat, Idē
pr ęterea notat eum quem nos dictatorem dicimus. & in historijs ita nomi
nari legimus apud antiquos magistrum populi uocatum, deinde transit
ad ea quæ consuetudo seculi mutauit &c. Et Scęuola iurisconsultus ff. de
sup. le. l. labeo nec mirum est moribus ciuitatis & usu rerum appellationē
eius mutatam esse &c. Diomedes postremo grāmaticus ita ait, præclare
dixit Terentius nihil dictum q; non sit dictum prius, sed iniecit postera
ætas manum & ueluti disciplinam pristini seculi, ita & sermonem fastidi
re cepit & noua uelut parturire uerba quæ iuuenū ritu ipsa modo florent
& uigent, nonne ut istam mutationē uarijs modis probem, appellatio do
mini atq; dominationis apud ueteres tyrannum atq; tyrannidē designa
bat, quare Augustus dominū dici se uetuit, nō ob eā causam q; Tertulianus
assignauit in apologetico, & posteriores acceperūt, nam Domitianus urdi
cit Eusebius, Suetonius, Orosius, Aurelius uictor se deum & dominū edi
cto appellari iussit, ad exemplū etiam Caligulę unde Martialis assentatur
Edictū domini deiq; nostri, & idem in octauo ad Domitianū omnes qui
dem libelli mei domine, quibus tu famam idest uitam dedisti tibi suppli
cant &c. nonne & Labeo iurisconsultus ff. ad l. rho. de iactu l. deprecatio
dicit domine imperator Antonine naufragiū facientes in Italia deiecti su
mus a publicanis Cyclades insulas inhabitantibus, Antoninus dixit Ende
moni, Ego quidem dominus mundi. Itē Caligula & Domitianus se deos
appellari iusserunt, & Diocletianus se ut deum adorari iussit, ut scribit Eu
sebius, præter aliorū morem si illi regem magnificentius q; imperatorem
existimassent, etiam se reges appellari mandassent, Imperatorisq; nomen
spreuissent nec populum timuerunt, quoniā domini nomen Romanis suis
inuisum præ cæteris. Postremo si nolueris admittere noua magistratuum
uocacula etiam latina & græca, non dices papa, at ita locutus est Hierony
mus & alij ecclesiastici, non dices episcopus, non cardinalis, nō patriarcha,
non acolytus, non subdiaconus, diaconus & cętera, ppe infinita, tolles ita q;
omnino fidei christianę magistratus & dignitates atq; omnino ad gentili
tatem nos reuocabis. Christianus em populus sicuti quælibet alia gens su
os proprios habet ritus solēnitates cerimonias propria magistratuū nom
na & officia noua. Vnde si Germanos uocaueris barbaros, p eo q; impera
tor apud eos non sit supremę potestatis in temporalibus, ut dicitur, facies

totam Italiam barbaram, & ipsam denique fidem christianã, aut cur nõ Ve-
netos tuos rides? & barbarie incusabis? qui suum magistratũ supremum
& principem uocant (sicuti & tu ipse) ducem, cuius quæ fuerit apud maio
res nec ita uetustos dignitas tu mihi referas, ego em nondum legi. At im
perator a Romanis & satis uetustis latine & uere dicitur qui imperat &
summam potestatem tenet. Vnde parum probe niteris redarguere nisi ue
terum more quorũ ad consuetudinem si omnia confirmare uolueris tolle
christianitatis nomina. Debebas igitur Liuium legisse qui dicit libro quar
to primę decadis. Quis em dubitat, quin in eternum urbe condita & in im
mensum crescente noua imperia, sacerdotia, iura gentiũ hominũque institu
antur. Si em hæc uera ut sunt esse debent, quis dubitat etiã nouis imperijs
& magistratibus etiam noua nomina imponi, Sed procedẽdo ad alias ra
tiones quibus regem imperatori pręferre conaris, respõdebo cum dicis re
gem omnes sic accipiunt quasi suprema quędã & absoluta sit potestas su
pra quem in regno suo nemo sit, sed ipse præsit omnibus. Ex quo fit ut rex
nisi unus dumtaxat esse non possit, plures em reges simul eidẽ regno præ
sidentes sese mutuo impedirẽt, naturãque perimerent regis, quę nõ omnibus
pręesset, sed haberet paritatẽ. Patet hoc in antiquis modernisque regibus,
neque em Numa neque Hostilius neque alij deinceps Romani reges cõsortem
aut sociũ regni habuere, de Romulo & Tatio ferunt sed alter Sabinorũ, al
ter Romanorũ rex erat, In modernisque regibus hoc idẽ apparet, neque em
Francorum neque Anglorũ plures simul reges regnum gubernant, sed un
& solus, cui fratres, cui patrui cui propinqui omnes genua summittũt. Ce
sit iam quoque apud hos filio pater, ac regiã potestatem se viuo transferres
in filium uoluit, ipse dimisit, quoniã duos simul regiam potestatẽ habere
contra naturã est huius dignitatis. At imperatores simul plures sæpissime
fuerunt, non em suprema potestas imperium, sed salua rep. salua auctori-
tate senatus & populi, salua libertate impator creabatur. Itaque imperatore
existente nihilominus cõsules pretoresque ac cæteri magistratus in republi.
manebãt, rege aũt existente manere non poterant, quod patet ex dictatu
ra. Illa em quum quandam regiæ potestatis habere uidebatur, simul atque
inducta fuerat in remp. cæteri magistratus omnes interibant, & abrogati
per creationẽ dictatoris censebãtur, præter tribunos plębis At em cũ im-
peratore cuncti simul magistratus in rep. præstabãt, & auctoritas uigebat
senatus. & populi libertas seruabatur, ex quo apparet imperatorẽ nõ esse
dominũ sed legitimã potestatẽ, hæc Iustinianus. Cui responsurus dicam
Imperatores semper singulos Ro. imperiũ gubernasse usque ad Aurelium
Antonium, uerum de quo scribit Eusebius & alij propinquum suum Lu-
ciũ Anniũ Seuerũ q erat gener Antonini pij noua bñuolẽtia cõsortẽ impij
fecisse, tũque primũ Ro. rẽp. duobus ęq iure imptũ administrãtib paruisse,

cum uſq; ad illos ſemper ſingulos habuiſſet auguſtos. Ac q̃ impatores ac
ceperũt cõſortes impij factũ eſſe, ppter multa negocia ro. imperii cui nec
regna Francorũ, nec Anglorũ ulla ex parte cõparari poſſunt. Fuit tamen
adhuc noua differẽtia & ſuprior poteſtas, aliqui em cæſares ſed nõ auguſti
erãt, quod maius erat, hoc em in codice Iuſtiniani apud panegyriſtas & re
centiores hiſtoricos uidere licet, Conſtãtius em imperator teſte Euſebio cę
ſarẽ apud Gallias cõſtituit. Ex Spartião itẽ uidere licet qui ad Diocletianũ
dicit in uita Aelii ueri, qui uel cæſarũ nomine appellati ſunt nec principes
aut auguſti fuerũt, & poſt, quorũ pręcipue de Aelio uero dicendũ eſt qui
primus tantũ cęſaris nomẽ accepit. Sed quid nobis obiicis ſeptem regulos
romãos quorũ imperiũ nõ erat adeo ppagatũ ut multis adiutoribus op
eſſet. tametſi Romul⁹ cõſortẽ Tatiũ habuerit in eodẽ regno & territorio,
ſed nõ nouũ eſt plures eſſe in uno regno reges, duo ſimul fuerũt reges Sue
uorũ qui Veſpaſianũ cõtra Vitellii partes adiuuabãt, ut teſtis eſt Tacitus.
Nouimus itẽ plures ſimul fuiſſe reges Francorũ, Gotthorũ &c. & Hiſpa-
nia hodie regna habet quattuor uel quinq;, & patrũ noſtrorũ memoria in
Gallia quattuor regna fuerũt Francorũ, Burgũdionũ, Longobardorũ &
Belgicę, quorũ poſtremos rexit imperator Roman⁹ & Germãus, ſicut ho
die ad illũ ſpectãt, & maiores Caroli magni nõ fuerũt Francorũ reges, atta
men maiores domus dicebãtur, apud quos ſumma rerũ uerſabatur, adeo
ut regib⁹ nomẽ inane & ſol⁹ titulus relinquere apud illos adminiſtratio
eſſet. Sed dicat inſuper Iuſtinianus quicquid uelit, libertatẽ ſcilicet fuiſſe &
auctoritatẽ. S.P.Q.R. ſub imperatoribus nõ habebit ſuffragatorẽ me, ſcio
em ecõtrario multo maiorẽ libertatẽ ſenatus & populi ro. fuiſſe ſub regib⁹
q̃ impatoribus, niſi forſan quibuſdã, nã cuncta impatores ex libito admi-
niſtrabãt, tollẽtes nõ ſolũ libertatẽ ſenatus & populi, uerũ etiã e uita ſuſtu
lerũt aut in exiliũ dãnauerũt, quos placuit uſq; adeo ut nihil magis contra
riũ fuerit tunc ſenatui q̃ libertas, qui omnes magiſtratus, cõtulerũt & ade-
merũt, adeo ut libertos eorũ ſæpe potẽtiores fecerint patriciis & ſenatori-
bus, & omnes magiſtratus ſi qui erãt auctoritate principis creabãtur, qui
plus nomẽ & titulũ oſtentabãt q̃ aliquod imperiũ, ſcio em fuiſſe conſules,
ſed nullã illis poteſtatẽ fuiſſe, niſi cõſentiente imperatore cõpertum habeo
adeo ut Roma nunq̃ minus libera fuerit q̃ ſub romãis impatoribus. Ad-
do etiã multos non a ſenatu ſed a militibus cõtra ſenatus decretũ atq; po-
puli cõſenſum impatores acclamatos, atq; manſiſſe in impio multoſq; om
ne crudelitatis in patres atq; plębem genus exercuiſſe, ut oſtẽdit Iuuenalis
in quarta ſatyra, dicens. Sed olim, pdigio par eſt in nobilitate ſenectus, lo-
quens de crudelitate Domitiani impatoris, Sed nõ laboro in re manifeſta
cum tyrãnidem pluſq; im periũ imperatorũ dominationẽ maiori ex par
te dicere & oſtẽdere poſſem luculẽtiſſime. Reddit inſuper Iuſtinianus alia
rationẽ ſuæ opinionis dicẽs. Volo inſuper unam uel alterã rationẽ induce

re quo maioris dignitatis regiū nomē ostendā, imperiū em̄ quibusdā ma-
gistratibus recte tribuimus, nam omnes qui iurisdictionē exercent ac pu
nire & coercere possunt imperiū habere dicimus, at regnū habere illos nū
quā diceremus, quoniā imperii legitimā potestatē significat, regnū autem
habere supra leges esset. Ego aūt ecōtrario dicam imperiū ro. summā pote
statē, & si aliquādo minorē, reges aūt dici aliquando diuites tantū & regu
los qui paruā & minimā habeāt potestatē, & rex scachorū ut ita dicā etiam
dicitur rex ut habet in ca. uenerabilē extra de electione in glossa. At utrūq;
ut regnū sine ratiōe placuit antiquis esse supra leges, ita nūc imperiū roma.
& nobis pariter sine ratiōe, nam esse imperatorē est esse supra leges & esse
legem animatā in terris ut dicitur In Autē. de cōsul. in prin. colla. iiij. quod
idem cōfirmat Vlpianus iuriscōsultus ff. de cōstitu. prin. dicēs quodcūq;
igitur imperator per epistolā & subscriptionē statuit uel cognoscēs decre
uit, uel de plano inter locutus est uel edicto pręcepit, legē esse cōstat, hoc ali
bi sæpe ostēditur. Ille affert aliā rationē dicēs, p̄terea qui deo tribuimus uo
cabula ea pręstātissima sunt existimāda, cum em̄ deus ineffabiliter excellat
nec ulla humana reperiri digna possint eius maiestate, illa deo tribuimus
quæ apud nos sunt maxima, quoniā maiora tribuere nō habemus, deum
aūt regem nūcupamus ac regnū celorū dicimus ut sacrę literæ poetæq; te
stantur. Imperatorē uero qui deum uocaret uix quisq; reperitur. hæc ille.
Ego aūt facile inuenire possum deum etiā imperatorē dictū apud illustres
scriptores Cicero loquē di r̄gula de senectute, uetatq; Pythagoras iniussu
imperatoris. i. dei de præsidio & statiōe uitæ decedere Plautus in Amphi
trione ubi Brontia ancilla loquitur, Summus impator diuū atq; hominū
Iupiter is se dixit cum Alcumena clam cōsuetum cubilibus, eūq; filiū suū
esse qui illos angues uicerit, alterū esse tuū dixit puerū. Lactātius christia-
nus Cicero libro quinto ca. xx. Nam si is q in hac terrestri militia regi suo
fidē seruat in aliquo egregio facinore si postea uixerit acceptior sit & chari
or, si perierit summā cōsequitur gloriā, quod pro duce suo mortē occubue
rit, quāto magis imperatori deo fides seruāda est, quinon tantū uiuētibus
sed & mortuis premiū potest uirtutis exoluere, Eusebius, Iosephus, Ruffi-
nus de Herode, dicebāt ergo hi quibus diuinandi peritia est diuinitus has
pœnas ab impatore deo ob multa eius impie & crudeliter gesta deposci.
Dicimꝰ insuper in sacris literis de beata uirgine Imperatrix cœlorū Hiero
nymus super Matthęū Iesus rex iudęorū hoc est impator credētiū & con
fitentiū. Idem in Biblijs transtulit sępe imperiū domini dei nostri. Itē q̄d de
us imperauit Augustinꝰ li. iij. de trinitate ca. iiij. nihil em̄ fit uisibiliter & sen
sibiliter q̄d non de interiore inuisibili atq; in intelligibili aula summi impe
ratoris, aut iubeatur, aut permittatur secundū ineffabilē iusticiā pręmioꝝ
atq; pœnarū, gratiarū atq; retributionū in ista totius creaturæ amplissima
quadā immēsaq; republica. Idē sępe dicit deū imperare, ergo est impator.

145

Et Ambrosius de eo quòd scriptũ est quis maior est in regno, nõ em̃ ad im
perium cœlorũ peruenitur superbia, diuicijs, præfectura, sed humilitate
pauperie lenitate &c. Non insuper sequitur deum nũcupamus regẽ, ergo
rex summam potestatẽ propterea significat, nam & patrem uocamus nõ
tamẽ iccirco pater summa potestas est, uocamus & agnum, uocam⁹ & pa
storem, non tamen illa supremã potestatem designant, uocamus & domi
num quod uocabulũ ut superius dixi tyrannidẽ significabat antiquitus,
Atq; inter reges olim & tyrãnos nulla erat differẽtia, ut multi auctores p-
diderunt. Virgilius in septimo æneidos Pars mihi pacis erat dextram te-
tigisse tyranni. Vbi Seruius ait græce dixit regis, nam apud illos regis &
tyrãni nulla discretio est. sic Herodotus Crœsum tyrannũ dixit, & Aristo
phanes in lemniadibus Thoãtem Hypsiphyles patrem. Et apud ecclesia-
sticos scriptores sancti uiri uocantur reges ut dicit Gregorius libro xxvi.
moralium super illud Iob. Reges in solio collocat in perpetuũ, Sed apud
ueteres latinos pro diuite tantum ponebatur rex. Ita apud Horatiũ, Iuue-
nalem, Columellam & Martialẽ inuenies. Vnde & Plautinus Menęchm⁹
de se contra seruum suum loquens ait meus Vlisses suo qui regi tantum cõ
cinit mali Lycus leno apud eundem in penulo. Rex sum si ego illũ hodie
ad me hominem allexero. Rex item sacrorũ qui & Sacrificulus dicebatur
Romæ erat, & pontifici maximo subijciebatur. Et Augustinus libro deci
uitate quarto, quia latrocinia quid sunt nisi parua regna, Vides hic regis &
regni etiam olim paruam fuisse existimationẽ, & cuiuslibet fere pagi do-
minum regem appellatum, nõne & in canonicis decretis vij. q. i. in apib⁹ di
citur imperatorem esse super omnes reges, quæ latinos non nos habẽt au
ctores. Vnde illam rationem bene omisisset Leonhardus Iustinianus. Im-
peratorẽ igitur summã cõplecti potestatẽ iam liquido ostẽdimus, atq; su-
pra reges esse declarauimus, non tam ex significatione q̃ ex opiniõe publi
coq; omnium mortalium consensu, adeo ut rex multis non adeo potẽtib⁹
attribuatur, subq; imperatorib⁹ romanis multi olim reges fuerint, atq; ab
illis sint coronati, ut Tigranes a Tiberio, Herodes ab Augusto, & alij ab
alijs. Imperator uero quandã supremã in terris ac maximã ostendat, a deo
ut cum Turcæ suos fines mirum in modũ propagauerint, princeps eorum
propter magnam potentiã dicatur non nisi imperator, etiã a christianis.
Videris tamen maxime improbare, q̃ primo nostri scribãt se Romanorũ
reges, atq; postea imperatores, q̃ nulla unq̃ gens fecerit, nosq; in hoc bar-
barie non parum incusas. ad quod ego tibi respondeo, omium nostrorum
consensu imperatorẽ maius nobis uideri & esse (uti probaui) q̃ regem, nõ
tamẽ regem romanorũ alium existimamus, quo ad potestatis exercitium
q̃ imperatorẽ romanũ. nam postquã aliquis ex nostris in regem romanũ
est electus. mox omia imperatoris officia exercet, & ut loquar more legu-
leiorum recentiũ, de facto habet plenariã omniũ rerum administrationẽ

supremāq; potestatem, nec aliquid addit creatio in imperatorem, nisi quā
dam solennitatem & quædam ornamenta quæ romanus pontifex nō nos
excogitauim⁹, ut igitur rex aliquis romanorū primum dicatur, & postea
imperator coronatione pontificis solum est sedis apostolicæ non Germa-
norum institutū, ut leges in capite uenerabilem extra de electione, nos ue-
ro Germani dum elegerimus aliquem in regem romanorum, mox etiam
habetur nobis imperator, sed illę tres coronationes non sunt a nobis intro-
ductę, propter maius imperiū, sed propter consuetudines locorū, primū
enim Aquisgrani pro regno Teutonicorū & Gallię Belgicæ coronat Me-
diolani pro consuetudine Longobardorū qui spectant ad ditionē Roma.
imperatoris. Postremo Romæ, pro romano imperio. Maiores em nostri
(post Carolum nostratem & eius stirpem qui nō nisi post Roma. corona-
tionē tandem se ro. imperatores scribebant) uti Henricus secundus, Otho-
nes ante romanā coronationē scribebant se reges tantū Galliæ Belgicę, &
Longobardorū, tandē post pontificis coronationes scribebant se impera
tores iuxta morē maiorum. Sed postq; Othone tertio sine liberis decessu-
ro, & una cum Gregorio quinto ordinante electio ro. principis translata es
set ad septem electores, papa romanū principem iussit primum regem co
ronari tanq; minus esset & multis cōmune quod sine ei⁹ auctoritate fieret,
ut ipse tandem supremā potestatē & imperatoriam conferret, nos uero in
rege imperatorē & omnem eius potestatem eligimus, atq; tanq; impera-
tori obedientiam & fidem iuramus, papa tantum quædam ornamēta ad
dit nihil cōferentia uel addentia imparatorię maiestati, ut etiā Hostiensis
confirmat in ca. super quibusdam de uer. sig. ubi dicit principes Germanię
pronunciasse q; promotio imperialis non det nisi nomen imperatoris.

Postremo tanquam nefas quoddam & piaculum obijcit nobis cum co-
ronemus nostros reges & imperatores dicens enimuero non ut imperato-
res sed ut reges romani coronantur, cur ergo se post coronationem impe-
ratores scribunt non reges, deinde hoc totum ignorātiæ est cū ne reges qui
dem romani unquam coronari mos fuit, Romul⁹ em & hi qui post Romu
lum fuerunt reges nunq; coronam receperūt aut gestarūt aut usi sunt, idē
quoq; obseruatum est a Tuscorum regibus. ut nunq; coronarentur, sed tra
bea dumtaxat & palmata tunica, & idem coronari ubi nam gentiū mos
fuit, quis imperatorē ro. antiquis illis temporibus coronatum fuisse unq;
audiuit, aut legit. non Augustū, non Tiberiū nō Caligulam, non Neronē
cum præsertim hi duo extremi intolerandæ superbię ac luxuriæ forent,
nemo inq; coronā imperij unq; suscepit aut habuit aut ausus est nisi forte
lauream cum triumphasset aut rostratam quod classem hostium cepisset
quæ duæ coronæ non imperatorum erant magis q; quorumcunq; trium
phantium aut uincentium. primum Iustiniane Coronarum usus antiquis-
simus est non solum sub Romulo, sed Libero patre hunc fuisse testis est

Plinius in septimo naturalis historię. Et romani imperatores olim etiã non lauro tantũ sed & auro etiã coronabãtur. Nam ut Aulus Gelius in quinto docet triũphales coronę sunt aureę quæ imperatoribus ob honorẽ mittũtur sed illæ aureę coronę non fuerũt in tanto precio, ut rex uel imperator peculiariter coronaretur. Cũ & ciuica p̃ciosior esset & priuati etiã ciues illa coronarẽtur. Dicit em̃ Plinius li. xvi. cũ de ciuica corõa diceret addit, Cedũt his murales uallaresq; & aureę quãq; precio antecedẽtes. Et idem li. xxxiij. loquens de Romanis, ij dẽ quod magis miremur coronas ex auro dedere ciuibus, quis primus donatus sit ea nõ inueni. Sed quis primus donauerit a L. Pisone tradit, A. posthumius dictator apud lacum regillũ castris latinorũ expugnatis ei cuius maxime opera capta esset hanc coronã ex pręda dedit. Item Lucius lẽtulus Seruilio cornelio merẽdę, samnitũ oppido capto, sed quinq; librarũ corona Piso frugi filiũ ex priuata pecunia donauit eamq; coronã testamẽto reipu. legauit. Et Titus Liuius libro tertio, exercitus liberatus & eius consul coronã aureã Cincinato dictatori dedit. Et septimo, Idem, samnitibus superatis consul Aulus Corneliꝰ cossus aduocata cõtione Publij Decij tribuni militaris laudes peragit, præter militaria dona aurea corona eum donat. Et li. x. Papirius cursor consul Papiriũ filiũ quattuor centuriones, manipulũq; hastatorũ armillis aureisq; coronis donauit. Et li. xxx. Scipio cõtionẽ aduocari iussit, ubi Masinissam regem primũ appellatũ eximijsq; ornatum laudibus, aurea corona donat, & Sicinius dẽtatus aureis donatus est coronis ut dicit Gelius li. ij. ca. xi. & Iosephus in septimo de Tito Vespasiano, Confestim ergo eos quorũ partes sunt iudicare quos nam scirent, fortiter aliquid in bello fecisse & nominatim singulos appellatos collaudat, quasi qui domesticis recte gestis nimiũ lętaretur & coronas eis aureas ĩponebat, & sicut apud alias natiões r̃ges suis insignibus decorati sunt, ita apud Romanos, nã sicut apud Macedones reges diademate cingi morẽ esse scribit Herodianus, & reges Persarũ tiarã gestare consueuerũt, in cuius sumitate gemma erat permagna & lucẽs in auro illigata Egypti regibꝰ mos fuit aut leonis aut thauri aut draconis priorẽ partem in capite ferre insignia principatus, Ethiopũ uero reges sceptrũ in aratri formã gerũt. Ita Romanis indumentũ purpurę signũ erat regię potestatis ut dicit Lactãtius li. iij. ca. vij. Itemq; ut tu dicis trabea & palmata unica Virgilius, Et sellam regni trabeãq; insignia nostri & Cicero, p Scauro quẽ purpura regalis nõ cõmouit eũ sardoꝝ mastruga mutauit, nonne & p̃tori ut dicit Fenestella regia insignia cõsularesq; ferme apparatꝰ fuerũt, q; si propter coronationẽ imperatorũ nostrorũ uis nos esse barbaros, & cuncta emẽdare uel potius ridere & ridegere ad antiquitatẽ, facies Romã (quæ est domiciliũ & plãtatrix linguæ latinæ) & Romanos ipsos barbaros, nonne põtifex maximus triplici corona instar turritę cybeles insignit, quod omibus tẽporibus antiquis atq; cunctis nationibus & gẽtibus est in

auditum, sed bone Iustiniane falso germanos impatores accusas q̃ ipsi primũ se coronauerint cũ hoc fecerint ante ro. & græci impatores, nã ut dicit Paulus diaconus de Tiberio Constãtino, Hic cum augustalẽ coronã acceptur esset eamq̃ secundũ consuetudinẽ ad spectaculũ cum populis expectaret, fuit ante illius tempus iam consuetudo coronãdi imperatores, nonne Iustinianus coronatũ se dicit (de qua driennij præscrip. l. bene a Zenone. quę ergo (inquit) pro Augusto honore & cautela, res accipientium nostra statuit æternitas, hęc tam nostra sublimitas q̃ cæteri omnes iudices nostri obseruare festinẽt, ex eo tẽpore ualitura q̃ nutu diuino impiales suscepimus insulas ubi Accursius dicit nota impatores esse coronandos, nõne, ut dicit Aurelius uictor Eusebius & alij Aurelianus imperator primus apud ro. diadema capiti innexuit gẽmisq̃ & aurata omni ueste q̃d adhuc fere incognitũ romanis moribus uisebatur usus est, nonne & Constãtinus magnus coronatus est, nam ut dicit Panegyricus eius, merito igit tibi Cõstantine & imperator senatus signũ dei, & paulo ante Italia scutum & coronam cuncta aurea dedicarũt. & Aurelius uictor Constantinus pontem in Danubio construxit habitũ regiũ gemmis & caput exornans ppetuo diademate, ut latius postea dicam, Et Mauricius imperator coronatus est, vt dicit Paulus diaconus. Nam ut scribũt Otho frisingẽsis & alij illorũ tẽporum scriptores Heraclitus coronatus est occiso Phoca a Sergio patriarcha in oratorio sancti Stephani in palatio suo coronata est, eadẽ die sponsa q̃q̃ ipsius Eudocia in augustam. Et Phocas coronatus est, & Constantius filius Constãtis regnauit cum fratribus suis Heraclio & Tiberio, sed cũ uenirẽt aliqui orientaliũ partiũ, & dicerent si in trinitatẽ credimus tres coronem^ turbatus est Constãtius qui solus erat coronatus, Tiberius Cõstantinus coronatus est ab Euticio patriarcha, qui mittens adduxit uxorẽ suam Anastasiam & coronauit eam. Pulcheria Theodosij filia senis Martiani imperatoris capiti diadema imposuit ut scribit Pomponius, Iustinus minor Iustiniani nepos Sophiã uxorem coronauit augustã, coronat^ & ipse ab Euticio Leobessica ortus, pgenie ab Anatholio est coronatus. Leo iunior cũ paucis mensibus rexisset imperiũ propria manu ut dicit Põponius lęt^ in suis imperatoribus coronãs genitorẽ suũ Zenonẽ, cõstituensq̃ imperatorem rebus excessit humanis. Ita & de alijs scribunt omẽs fere illorũ temporum scriptores. Itẽq̃ Iulianus apostata ut scribũt Ammianus Marcellinus & alij a militibus Augustus appellatus est, cũq̃ corona deesset impialis torquẽ unus militũ sup caput imposuit, & ista coronatio etiã uetustior est apud Romanos, nam Claudius Drusus statua sibi cũ diademate adappiforũ posita Italiã per clientelas occupare tentauit, ut Suetonius auctor est. Et Titus Vespasianus Alexandriã petẽs in cõsecrando apud Mẽphim apiboui diadema gestauit. Et idem ut scribit Iosephus in septimo belli Iudaici, cum ad zeuma Euphratem uersus iter cõtẽderet, huc missi etiã ab rege

g

147

parchorũ legati aureã eĩ coronã ferentes q̃ Iudęos uicisset, eacq̃ suscepta etiã conuiuiũ exhibuit regiis. Et Antonius Heliogabalus ut scribit Herodian⁹ gręcus, uestitũ usurpauit luxuriosũ purpura intextũ atq̃ auro monilibusq̃ & armis redimitus coronas etiã substinẽs ad Tiarę modũ auro lapillisq̃ preciosis insignitas. Vides igitur Iustiniane quã perperã ægeris dum Germanos imperatores falso accusaueris ignorãtiæ & barbariæ in hoc quod iam diximus. Sed q̃ addis nec Tyberiũ nec Neronem nec Caligulam unquã coronatos, cur non addis? nec unctos, uti nostri modo unguntur, bone Iustiniane, nos Germani malumus similes esse christianorũ & Hebręorũ regum q̃q̃ gentilium & sceleratorũ Neronis Tiberii, & Caligulæ, probes tu factum illorũ, nos christorũ, nos em̃ gaudemus ad imitationem christi (qui pro redemptione nostra spineã coronam portare nõ est dedignatus) & sanctorũ regum Dauid & aliorũ & Constãtini magni imperatoris christiani) coronare nostros reges & ungere. Nam & si Eusebi⁹ Beda & alii dicant Aristobulũ qui Hircano successit primũ apud Iudęos diadematis sumpsisse insigne, Inuenio tũ capite primo libro regum secũdo. Saul regem diadema in capite tulisse, & ca. xij. Dauid profectũ est aduersum rabba, cunq̃ dimicasset. cepisse eã & tulisse diadema regis eorum de capite eius pondo auri talentũ habẽs gemmas preciosissimas & impositum esse super caput Dauid. & Paralippo. i. ca. xx. Tulit autẽ Dauid coronam Melchon de capite eius, & inuenit in ea auri pondo talentũ & preciosissimas gemmas fecitq̃ inde sibi diadema, coronamus igitur & ungim⁹ reges nostros ad exemplũ sanctorũ non malorũ, non ad superbiã, ut tu existimas. & tyranidẽ, sed ad humilitatẽ & pietatẽ, hoc non ego & Germani sed sanctus Ambrosius dicit, noscq̃ hunc morẽ accepisse a Constãtino atq̃ accipere debere docet de obitu Theodosij ita loquens de Helena Cõstantini matre, quęsiuit Helena clauos quibus crucifixus est dominus, & inuenit de uno clauo frenos fieri præcepit, de altero diadema intexuit. Vnum ad decorẽ, alterũ ad deuotionẽ uertit, uisitata est Maria ut Euam liberaret uisitata est Helena, ut imperatores redimerẽtur, misit itaq̃ filio suo Constantino diadema gemmis insignitum, quas preciosior ferro innexos crucis redemptionis diuinę gemma cõnecteret, Misit & frenũ, utroq̃ usus est Constantinus, & fidem transmisit ad posteros reges, principiũ itaq̃ credentiũ imperatoris sanctũ est quod super frenũ, ex illo fides ut p̃secutio cessaret, deuotio succederet, sapiẽter Helena ęgit, quę crucẽ in capite regũ leuauit & locauit, ut crux Christi de regibus adoretur, nõ insolẽtia ista sed pietas est, cum defertur sacræ redemptioni. Bonus itaq̃ clauus romani imperatoris qui totum regit orbem ac uestit principũ fronte, ut sint prædicatores qui p̃secutores esse consueuerũt Recte in capite clauus, ut ubi sensus est ibi præsidiũ, in uertice corona in manibus habena Corona de cruce ut fides luceat, habena quoq̃ de cruce, ut potestas regat, sitq̃ iusta moderatio

non iniusta præceptio, habeāt hoc etiā principes christi sibi liberalitate cō cessum ut ad imitationē domini dicatur de impatore romano, posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. & idē Ambrosi°. Quare sanctū sup frenū nisi ut imperatorū insolentiā refrenaret cōprimeret licentiā tyrannorum qui quasi equi in libidines adhinnirēt ꝙ liceret illis adulteria impune cōmitter e quę Neronū, quę Caligularū, cęterorūq; probra cōperimus, quibus non fuit sanctū super frenū. Quid ergo aliud ægit Helenę operatio, ut frena dirigeret nisi ut omnibus impatoribus sancto dicere spiritu uideret, nolite fieri sicut equus & mulus, sed in freno & chamo maxillas eorū constringeret, qui se nō agnoscerēt, reges ut regerent sibi subditos, Prona em̄ potestas in uitiū ferebatur, & more pecudū uaga sese libidine polluebant, Ignorabāt deū, restrinxit eos crux domini & reuocauit a lapsu impietatis, leuauit oculos eorū ut Christū in cœlo quererent, hæc ille. In quibus luculentissime ostēditur Iustinianū iniuria debacchatū esse in Germanos. In q̄ se plane uenetū ostēdit, dum postremo etiā addit Germanos imperatores uix quattuor iugerū possessores coronari, sed pfecto illa iugera habēt fortes uiros dum unus impatoris subditus & uasallus ut dicitur, nostris tēporibus dux austrius Sigismūdus tuos Venetos o Iustiniāe terra mariq; potentissimos atq; maximo exercitu instructos paucissimis militibus memorabiliq; clade pfligauerit prope Tridē tū ut prius copiose descripsi. Sunt aūt Veneti Germanorū antiqui & genuini hostes quos nostra patientia ad maximā iniuriam pūocat, non em̄ cōtenti præda, se imperii ditatos esse, qui ante ducētos annos in cōtinenti habebāt nihil, nunc proditiōis atq; calliditatis ope q̄bus pugnare dicunt p̄cipue, & sunt maxime illustres res & iura impij inuaserūt atq; Italiā nobis debitā nūc illis nunc alijs factionibus adiuti Germanorū in Italia imperiū debilitauerūt, atq; euerterūt, nec ut dixi cōtenti iuribus nostris & nostrorū sanguine olim partis iniquissime esse potitos, nisi & uerbis & fabulis nos quibuscūq; modis possunt dilacerarēt studiosissime. Sed surge o Germanorū inuictissima uirtus & fortitudo genuina, uindica te ab iniuria rerū & uerborū, & repetite uiri uestrū ab his qui maximas imperij urbes & potētissimas uarijs artibus & machinationibus in suam dominationē subęgerūt. Surge tu in primis christianissime atq; augustissime impator Maximiliane cognosce homines, qui ut rebus suis consulant dominādi libidine pręcipites fidem habēt tēporariā, nunc illum nunc alīū destituere uel fouere, uel circūuenire nunq̄ formidātes, Valete omnes Germani atq; uerbis & maxime armis laudē, gloriā, atq; honorē nostrū nō sinite pessundari, nam & ego non nisi amore patriæ hæc scribo, nec cum laruis luctari cupio cū cōtra Iustinianū illum scribo, sine uituperatiōe tamē, Sed patrię misertus non potui uel saltem aliquid facere quo prouectioribus ætate atq; doctioribus me Germanis præberem uberiorem occasionem defendendi Germaniam. Iterum Valete.

g ij

QVOD IMPERATOR ROMANORVM IVRE SIT CHRISTIANISSIMVS DICENDVS

Maximilianus christianissimus Romanorum rex semper Augustus

HENRICVS BEBELIVS

Q ego in scriptis meis regē nostrū Maximilianū appellito christianissimū exemplo diui Ambrosij, & aliorū q impatores christianissimos scribunt, exemplo insuper Romanæ ecclesiæ quæ in die Parasceues pro cæsare orans dicit. pro Christianissimo impatore Ro, ita habent libri sacri tā recentes q̄ uetusti, sunt qui minus recte factū existimēt, q̄ is titulus iure quodam hereditario peculiariter sit regibus Francorū tributus, ut citra eorū iniuriam nemo alius rex sibi uendicare posset, quorū sentētiæ neq̄ suffragabor, neq̄ accedo, quin immo impatori Romāo iure meritissimo tribuēdū contēdo, siue em̄ dignitatē, siue merita cōsideraueriṁ, germanos impatores christianissimos uocabimus, primū enim cū ro. rex sit super omnes reges, atq̄ ecclesię christiāę omniū cōsensu aduocat' ut ita loquar, & defēsor, eius partes erunt, omēs ecclesię christi status defendere, eosq̄ in pace, ac trāquilitate cōseruare, uniuersamq̄ remp. fidei, ut unicus & maximus christiani exercitus dux & impator pro uiribus amplificare, ppterea em̄ a christo gladiū accepit, quę quidem officia cū in primis ad Christi laudē, & gloriam spectent, nō incongruēter quin potius iure proprio Ro. rex titulum sibi christianissimi assumere, ac uindicare potest. Quemadmodū pōtifex ro. sanctissimi appellationē ab officio & dignitate cui præest, etiā si opera eius essent pessima. Si aūt merita inspexerimus, soli Germani christianissimi appellabūtur. Pipinus em̄ Germanus & Francus oriētalis, ut nemo sanus negat primus meruit istum titulū ab Vrbano secundo, qui ob egregiam uirtutē, & insignem amorē, quo christi ecclesiam est prosecutus, accepit & hunc titulū, & regnū Francorū occidentaliū, quos potius Frācigenas ap

pellabimus. Carol⁹ postea magnus illius filius in quo & successoribus cõ-
tinuatus est is titulus, ꝙ Germanus & francus orietalis fuit, ideo consensu
Ro. plębis atq; approbatiõe sanctæ ro. ecclesię imperiũ in psona eius ut po-
te Germani, fuit translatũ in Germanos non Gallos Francigenas, ꝙ si ex
hoc christianissimus fuisset dictus, uel ꝙ Francigena esset, uel Frãcigenę tã
bene meriti de rep. christiana fuissent, imperiũ nõ in Frãcos Germanos, sed
Frãcigenas esset translatũ. quod nemo dicere potest, Carolus insuper dict⁹
est christianissimus imperator, non christianissimus rex Frãcigenarũ, hoc
eius sepulchrũ declarat cũ tali inscriptione, Caroli Magni Christianissimi
Imperatoris Romanorũ corpus sub hoc sepulchro conditũ est, quare Frã
corũ orietaliũ, reges qui fuerũt natiõe & imperio Germani, habebãtq; sub
se regnũ Frãcigenarũ, illi sua uirtute imperiũ Germãis meruerũt, titulocq;
christianissimi decorati sunt, ob admirãdã ipsorũ religionẽ, ecclesięq; chri
stianę, ppagationẽ, quod nemo de Frãcigenis & Gallis dicere potest, Post
stirpem autẽ Carolinã, quæ ut dixi Germana fuit, cum iam Frãcia occidẽ
talis ab orientali imperioq; germanico esset diuisa. Cõparemus gesta Ger
manorũ principũ atq; imperatorũ cũ Gallis cunctiisq; Europeis regibus,
& nemo non dicet Germãos esse christianissimos, nã si paruo aliq; uolumi-
ne enarrare possem, qua diligẽtia & reuerẽtia nostrates impatores sint di
uiuũ cultũ prosecuti, si fidem Christi dilatatã, regnaq; & populos ad fidẽ
per eos reuocatos atq; cõuersos, si donationes & priuilegia Ro. ecclesiæ li-
beraliter collata, Si item enumerare uellem constructiones & reparatiões
multorũ monasteriorũ, & sacrarũ ædium donationesq; & priuilegia com
memorarẽ, intelligerentq; omnes homines nullã esse sub cœlo gentẽ quæ
posset ulla ex parte cũ nostris cõparari, sed quia hoc Lupoldus Bebenbur
gius luculenter tradidit, non est in pręsentia opus ut plura dicam. Quis in-
super unq; egregiã aliquã expeditionẽ contra infideles, pferet, in qua Ger
mani copiosissimo non affuerint exercitu, clarissimisq; uirtutibus enitue-
rint? Testatur hoc militia Germanorũ sub Henrico quinto, dũ Gotfridus
cũ fratribus Germanus & Francus orientalis, comes Bulionis natus, & po
stea dux nostratiũ Lothoringorũ cum Germanis sacrũ sepulchrũ a mani
bus infideliũ eripuit, regnũq; Hierosolymitanũ consecutus est gloriosissi-
me, non tamen negabo, eo tempore & alias etiã Francos strenue pro fide
decertasse, ꝙ si nunc cõmemorare uellem quæ ęgerit, p fide christiana Cõ
radus secundus, Fœdeticus primus ænobarbus, Henricus sextus, per fra-
trem & duces suos Item q; alij ut suo tempore copiosius scribam, nimis lõ-
gum esset & superfluum, dum nemo cui paucæ historię sunt cognitæ igno
ret, adeo ut nullo unq; tempore sicut nec hodie religiõe & meritis in fidẽ
Christi cedere Francigenis iure debeamus, quare iure tam dignitatis quã
meritorum germani imperatores christianissimi dici debent. Sed ꝙ ad
nos usq; singulariter reges Francorũ ita honestati sunt, credo solã esse illã

consuetudinē, quæ in stirpe Carolina inoleuit, & quædam incuria imperatorum quorundam qui quod suū est, uti alijs in rebus multis, sibi uindicare non studuerunt, ego aūt quod iure fieri debere, & cp Maximilianum cæsarem non neglecturum existimo, pronunciādum putaui.

Dimitto autem illam causam quam hodie quidam suis libris complexi sunt. cp reges Franciæ recentiores Carolus strumosus de quo ante dixi, & Ludouicus qui nunc imperat suis coniugijs, non parum christianissimi nomen obtenebrauerint, nam ut de Carolo taceam cuius factum nuncq; sine dolore meminisse possum, nonne Ludouicus ille Aurelianus contra præceptum illud christianum, quos deus coniunxit, homo non separet, cuius ante habuit sororē, hac dimissa atq; repudiata illius mortui duxit uxorē, quod uix usq; auditum est apud christianos, quæ ego non in detractionē loquor, quoniam manifestaria sunt, & Robertus ipse tetigit (sed dispensatione apostolica excusauit, quam ego nec uituperо nec negabo, mallem tamen sine dispensatione non peccare) Sed ideo dicenda putaui, ut intelligāt homines, siue uetera tempora repetemus siue illa recentia, me iure scripsisse Maximilianum christianissimū tam dignitate q̄ meritis. cp præter alias uirtutes maximas, uitæ innocentia atq; religione non solum hodie uix habeat inter reges secundum omnium confesso, sed possit etiam cum omni antiquitate in omni genere uirtutum & gloriæ conferri,

SACRVM

Imperio atq; Maximiliano Augusto

Cohortatio Heluetiorum ad obedientiam imperij

150

CELEBERRIMO AC IVRIVM DOCTORI CONSVLTISSIMO IOANNI COLAVER CAESARI A SECRETIS DOMINO suo singulariter obseruando Henricus Bebelius iustingensis.S.D.P

Escio profecto vir humanissime atq; disertissime an quisq; iure mihi vitio dare possit q̃ ego hæc & alia pro laude & defensione impatoris & imperij scribo, ego inquã quia homo indoctus,nullo neq; rogante neq; cogẽte,minus sim idoneus q̃ q̃ christianissimi impatoris atq; imperij defẽsionẽ suscipere aut possim aut debeã,quod quidẽ libere concedo Nemo tamẽ est qui non me uenia dignũ iudicabit,dũ egregiã meã in dominũ meũ & principem Romanũ volũtatem & obseruantiam perspexerit,dũ nec prece nec precio motus,nec item (dij mihi sint testes) gloria atq; laude illectus,nihil aliud studeam,nihil cupiam & coner, quã pro uirili portione mea bene uelle romano principi,illiq; quã optime consultũ esse,quo circa cũ istis uacationibus syrij canis ociosus delitescerẽ in sueuia alpestri,solo natali,ex propositoq; iã diu suscepto pro laude & ornamẽto impatoris cõponerẽ gratulationẽ istã ad Heluetios,ne,pprio iudicio innixus,aliqd temere minusq; bene libratũ,aut quod in aliq̃ aures cęsaris offendere posset effutirẽ,atq; ne dum gratiã quero,egregieq; & bene pro imperio sentire & agere studeo,rerũ impitus.lederẽ atq; male mererer,deligendũ mihi putaui aliquẽ in curia cęsaris,qui errorẽ deme ret,meq; ad ęditionẽ eorũ quę bene instituta sunt animaret,ut etiã feci in Apologia pro cęsare contra Robertũ gaguinũ francigenã,quã eisdẽ uacationibus meditatã & cõpositã Reuerentissimo domino Gurcensi dicaui Quapptер cũ sis coccinij mei predicatione nõ vulgari,tã humanissimus studiosorũq; studiosissimus,quam doctissimus & disertissimus,hanc tibi meã gratulationẽ ad Heluetios nũcupatim inscripsi, confisus te non caperata fronte accipere & lectitare ignoti hoĩs tibi tamẽ deditissimi cõtractas ineptias,nugasq; ex simplicitate cordis effusas,atq; amore imperij & imperatoris propriã ingenij inelegantiã atq; inscitiã denudãtes,quas cum legeris & uideris.boni quęso cõsule,meq; pro singulari tua in omes studiosos humanitate cõmendatũ habe atq; tam tibi q̃ domino Gurcẽsi missã,si ille prę occupationibus nequiuerit emẽdato uel deleas omnino,Atq; quid mihi in ea re faciundũ sit,prescribito precor. Vale ex Tubinga quarto nonas Septembris.Anno domini M. D. VII.

AD BERNENSES THVRICENSES CAETERASQVE CIVITATES IMPERIALES APVD HELVETIOS HENRICI BEBELIJ Iustingensis ad imperij obediẽtiam Cohortatio atq; Gratulatio

Postq̃ nuper acceperam Constãtiæ,uiri Heluetij fortes & bellatores inclyti,uos cõmuni consensu,paribusq; studijs & uolũtate,redijsse in corp̃ sacri imperii,in gratiãq; cum rege Maximiliano cæsare semper Augusto

eiusq; & imperij partes adiutare paratos, incredibile dictu est quãto afficiebar gaudio, & quasi gestiẽdo lætabar. q̃ eam rem & uobis & Germanię sacroq; imperio, & pręcipue christianę fidei honori, utilitatiq; futurã augurabar, gratulabar autẽ in primis Germaniæ nostræ sacroq; imperio, quia uix fieri posse uidebam ut ea quæ sunt cæsaris in exteris regionibus nobis & imperio possimus uindicare ab occupatoribus & rebellione, quoniam quã diu (uos ipsi imperij membrũ, in ipsaq; Germania nati & siti) estis dubia in nos fide, totisq; uiribus Frãcigenas Germanis ueteres hostes adiutatis, eorũq; militiam stipatis, qui fieri posset, ut & uos domi fortes, & nõ cõtemnendos, Foris aũt & uos & Italiam, & regem Francigenam potẽtissimum facile debellare possemus, quare plus q̃ dici potest lætabar, q̃ si uos unicos non habuerimus hostes & aduersos, uobiscum uel sine uobis, nihil erit in toto orbe quod timeamus, parati pugnare cũ quouis Italo uel Franco, qui sine uobis ne uultus quidem nostros audẽter aspicere audẽt, nec detrectabimus præliũ cũ Turcis. Sed crede mihi priusq̃ ad corpus & gratiã imperij redieritis, nulla expeditio sperãda est aut fieri potest in Turcas. Nunq̃ em̃ exibimus in exteras regiones domi hostem relinquentes. Inde fidei christianę gratulandũ existimo, quæ aliter defendi non potest, quare nisi ad obediẽtiã iure legali & christiano pręcepto debitã conuersi fueritis, nihil contra infideles attentari unq̃ potest. Nec admitto excusationem uestram cum dicere soleatis, paratos esse obedire dũ cõtra Turcas & infideles eatur. Non em̃ fieri potest a cæsare expeditio, nisi quæ sunt cæsaris cęsari reddãtur, & imperiũ reformetur, rebellesq; qui sunt ueri infideles (ut postea ex Gregorio & iure canonico ostendã) imperata faciãt. Nisi em̃ reformetur imperiũ, ueniãtq; Longobardi & Itali ad debitã obedientiã, Quis nobis cõmode suppeditabit neruũ belli pecuniam, aut si alij rebelles in gremio Germanię impune & libere uiuent, quis suaserit nobis patriã exiredũ interim pro libito grassari in nostras possessiones domos & liberos nemo prohiberet, vnde non obscure intelligere potestis consultissimũ esse reipublicæ christiane factũ hoc uestrũ, quo in gratiã cum matre & domina redijstis, Atq; ego mirũ in modũ gratulor, q̃ ex eo cõsuliris fidei christianæ (ut dixi) honoriq; & utilitati. & postremo famę & saluti uestræ, dicã equidem cum sitis natione & lingua & moribus & demũ imperio (quoniã aq̃ lam ubiq; & ro. imperiũ pręfertis) Germani. Te nemini obedire imperatori, ex doctrina Christi & euangelica, apostolica, & ecclesiæ catholicæ sanctorũq; patrũ traditione, & cohortatiõe, iure tam põtificio q̃ cæsareo.

¶ Primũ doctrina christiana & euangelica, nam Christus cuius actio, nostra est instructio, in ingressu, progressu & egressu uitæ confirmauit imperium, tẽpore em̃ aduentus sui per ipsum cæsarẽ totũ mundũ pacauit, & recenter natus tributũ Augusto persoluit. In progressu uerbo docuit cæsari esse obediẽdum, & tributũ persoluendũ. Dixit em̃ Matthęi uicesimo secũ

h

do, reddite ergo quæ sunt cæsaris cæsari, & quæ sunt dei deo. Illa autē sunt cæsaris ut dicit Hieronymus, nūmus tributum & pecunia. dei aūt sunt decimæ primitię, oblatiōes & uictimæ. Et Matthęi uicesimo. Scitis quia principes gentiū dominātur eorū, & qui maiores sunt potestatē exercēt in eos & Marci. x. Scitis quia hi qui uidētur principari gētibus dominātur eis, & principes eorū potestatē habent eorū. Confirmauit etiā apostolis dicētib⁹ ecce duo gladii dum respondit (ut dicit Lucas) Satis est, quoniā duę potestates designantur ut omnes doctores dicunt, nonne & opere etiā cōfirmauit? quia pro se & Petro tributū cęsari persoluit. Vnde Matthęi xvii. quid tibi uidetur Simon, reges terræ a quibus accipiunt tributū uel censum a filiis suis uel alienis, & ille dixit ab alienis. dixit illi Iesus, ergo liberi sunt filii, ut autem non scandalisemus eos uade ad mare, & mitte hamū, & eū piscē qui primus ascenderit tolle, & aperto ore eius inuenies stateren, illū sumēs da eis pro me & te, Sed in egressu uitę, nōne passus est se iudicari sub Pilato cæsaris procuratore? ad quē dixit etiā non haberes potestatē in me, nisi tibi datum esset desuper, non negauit igitur potestatē cęsaris, sed adeo illā testatur, atq; ut aliquādo maximū dicā, tantum deus Romanū imperium honorauit, ut eo stante & durante, non ueniat (ut illustribus scriptoribus placet) homo peccator filius perditiōis antichristus, ut legitur ii. ad Thessalo. ii. ca. ubi dicit apostolus, qui tenet teneat, donec de medio fiat & tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus interficiet spiritu oris sui, super quibus uerbis dicunt glossę, q̄ apostolus in his uerbis, romanū imperiū designauerit, ut ro. impator qui imperiū romanū tenet, teneat de rege ad regē successione, donec omino destruatur, quo destructo ueniet antichrist⁹, q̄d apostol⁹ de Ro. impio intellexerit cōfirmat christianę fidei signifer atq; Achilles, diuus Augustinus li. xx. de ciuitate dei. Rabanus atq; alii doctores Nicolaus uero de lyra in sua solius opinione meo iudicio delirat. Et quoniam antichristus uenturus non est nisi prius imperiū destruatur, sine dubio omnes illi qui ad hoc operam dant, ut non sit imperiū, & qui nō debita obseruātia & obedientia regem quem sibi dominus loco iustitię posuit, uenerantur, sunt pręcursores & nuncii antichristi, ut dicit Iordanus, Cum itaq; Christus saluator noster tam sæpe numero & uerbo & opere Ro. imperiū approbauerit, nemo potest se propria auctoritate ab imperatoris obediētia subtrahere. Præterea ex alio fonte, Cum per fidem christianā non tollatur ordo iustitiæ, sed magis firmetur, ut dixi superius ordo aūt iustitiæ est ut inferiores suis superioribus obediant alioqui non posset rerū humanarū status cōseruari, sed uos esse inferiores atq; imperii mēbra declarat regio natio, aquila, atq; professio uestra, qua uos hodie & semper sub sacro imperio esse gloriamini, quæ cum ita sint, necesse est ad salutem animę, ut obediatis, id enim præcepit dominus primo regum xv. dicēs, Melior est obedi

entia quam uictimæ, & auscultare magis quam offerre adipem arietum, quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere, ad quæ uerba dicit Gregorius papa ut est repetitum viii.q.i.ca.Sciendū, Obedētia uictimis iure præponitur, quia per uictimas aliena caro, per obedientiam uero propria uoluntas mactatur, ꝗd contra ariolandi peccatum inobedientia mōstratur. Ex aduerso ergo melius ostenditur quid de eius laude sentiat, si enim quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idolatriē nolle acquiescere, sola est quę si dei meritum possidet obedientia sine qua quisq; infidelis conuincitur, etiam si fidelis esse uideatur. Hoc idem doctrina & præcepta apostolica docent, Paulus ad Hebrēos xiii. obedite præpositis uestris & subiacete eis. Et ad Romanos xiii. omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit non enim potestas nisi a deo, quæ autē sunt a deo ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati, dei ordinationi resistit, qui autē resistunt ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam principes non sunt timori boni operis. sed mali. Vis autem nō timere potestatē fac bonū & habebis laudem ex illa. dei enim est minister tibi in bonum. Si autem malum feceris time. non enim sine causa gladium portat, dei enim minister est uindex in iram ei qui malum agit. Ideoq; necessitate subditi estote, non solum propter iram sed etiam propter conscientiam. Ideo enim tributa prēstatis, ministri enim dei sunt in hoc ipsum seruientes. Ea tuum uicesimo quarto dixit Paulus, ad tribunal cæsaris sto, ibi me oportet iudicari cæsarem appello, & idem alibi, Reddite omnibus debita cui tributum tributum, cui uectigal uectigal. Et Petrus epistola secunda, subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter deum siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis ad uindictam malefactorum, laudem uero bonorum, quia sic est uoluntas dei, ut bene facientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorātiam, quasi liberi, & quasi uelamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui dei deum timete, regem honorificate, serui subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis sed etiam discolis. Doctrinæ autem sanctorum patrum, decretaq; pōtificia quid doceant, quid præcipiant ex innumeris scripturis pauca subiungam, Hieronymus super Hieremiam ut est reperitum xxiij.q.v.ca.regum officium. ipsis autem principibus & potestatibus fidem & reuerentiam seruari oportet, quam qui non exhibuerit, apud deum prēmia inuenire non poterit. & Ambrosius xi.q.i, Si tributum petit imperator, non negamus, agri ecclesiæ soluant tributū, si agros desiderat imperator, potestatem habet uendicandorum, tollat eos si libitū est, & capitulo sequēti, magnū est, & speciale documētū ꝗ christiāi uiri sublimioribus potestatibus docēt esse subiecti, ne qs constitutionē terreni putet esse soluendam

si em̃ censum filius dei soluit, quis tu tantus es? qui putas non esse soluendũ
Et Augustinus viij.dis.c.quæ contra generale pactũ est societatis humanę
suis regibus obtẽperare, & in decretalib⁹ de maio.& obe.ca.ij, ita dicit, in
libro regum legitur, qui non obedierit principi morte moriatur, & in con
cilio Agathensi cp anathematizetur, nonne ex pręcepto dei omẽs obedire
tenentur papę & imperatori ut dicitur extra de maio.& obe.c.solite.& de
censibus, c.omnis anima. Innumeris alijs in locis possem probare fidelita
tem, subiectionẽ, & tributi solutionẽ deberi cæsari, si non omnibus notissi
ma ingererẽ, quoniã ipse est princeps mundi & dominus, ut habetur ff.ad
legẽ Rho.de iactu.l.deprecatio.Et omnes, puinciæ sunt sub eo lxij.di.adri
anus, & omnia sunt sub potestate cæsaris.viij.dis.c.quo iure, & xxiij.q.viij
contienit & c.de quadriennij pręscriptiõe, l.bene a zenone, & ut cõcludam
Nonne sancta ecclesia catholica imperiũ cõfirmauit, & consecrauit, sum-
mumcp principem in tẽporalibus cæsarẽ, ut ita loquar, recognoscendum
docuit & decreuit, incp diuinis officijs p cæsare orandũ instituit. Quicũcp
igit̃ uult esse christian⁹ & fidelis ut ego iudico ex uerbis supra dictis equũ
est ac salutiferũ ei ut sit subiectus imperio, nisi aliquo priuilegio & immu-
nitate gaudeat, quæ uos allegare non potestis. Immo libere, pfitemini uos
membra esse imperij, cp aũt quidã ex uernaculis uestris Nicola⁹ Schradin
nugator egregius, & omniũ historiarũ ignarus cuiusdã Eugenij priuilegia
asserit, fabulæ sunt aniles, atcp in aliqua latrina excogitatæ, tam aperte em
mentitur, & cõtra omnẽ rerũ gestarũ & tẽporũ seriem blacterat, ut ci⁹ nu
gæ nulla tergiuersatiõe possint celari aut excusari, absurde etiã dicit Peter
mannus etterlin & incongrua de quibus suo loco dicã. Obedite igitur uiri
fortissimi domino & principi uestro naturali, cui⁹ imperiũ & dominatio
summa est libertas, nec seducamini a quibusdã sacerdotib⁹, qui cõtra obe
dientiã uos animãt & cohortãtur, non sunt em̃ sacerdotio digni, sed Anti
christi pręcursores, diaboli mancipia, nec diuinũ nec humanũ ius callẽtes,
immo ueri heretici sunt appellãdi. Sed sequimini christum, apostolos, san-
ctamcp romanã ecclesiã, qui uos ad subiectionẽ & obedientiã cohortant̃,
immo præcipiunt, ut qui contra faciat christianę fidei & pręceptis omnino
aduersetur. Quã aut perfidi & mali christiani sint, qui non solũ non obe-
diunt cæsari & principi suo, uerum etiã probrosis illũ uerbis, uernaculisq
cantionibus, theatralibusqp ludis illum dehonestãt, infamãt & maledicũt,
(sicut quidã pseudochristiani christianissimo & sanctissimo impatori Ma
ximiliano facere non uerẽtur) optime diiudicare potest, qui supiora legit,
& imperiũ sacro sanctũ esse nouerit, quod mihi persuasum est, a probis sal
tem & honestis ciuibus uestris alienissimũ, sequũtur em̃ & seq ui debẽt di-
uinum præceptũ exodi xxij.dijs non detrahes, & principi populi tui non
maledices, sequũtur etiã Dauid sanctissimũ prophetã i. regũ. xxiiij. dixit
Dauid ad uiros suos, propicius sit mihi dominus, ne faciã hanc rem domi

no meo christo domini (hoc est saul per quē non incōgrue ut ego credo in
telligere possumus regem & imperatorē qui est christus & unctus) ut mit
tam manū meam in eum scilicet Saul quia christus domini est. Occidēdus
etiā est iure legali. qui male dixerit regi. Nam secūdo regū dicitur, Semei fi
lius gera petiuit uenia a Dauid peccati & iniuriarū. Respōdens aūt Abisai
filius Saruię dixit, nunquid pro his uerbis non occidetur Semei? qui male
dixit christo domini? Vos aūt & boni ciues uestri sequimini poti⁹ Dauid
& quotidianam orationem fideliū bis in die repetitam uesperi & mane
q̄ dicit, d ñe saluū fac regē, & sanctā fidē & ecclesiā catholicā, q̄ in opatiōe
diuina, p regeR o. peculiariter orat & sacrificat, sequimini apostolū qui ad
Timotheū dicit, obsecro igitur primo omniū fieri obsecrationes, oratiōes
postulationes, gratiarū actiones pro omnibus hominibus, p regibus, & om
nibus qui in sublimitate sunt, ut quietam & tranquillā uitā agamus in omī
pietate & castitate. Quare igitur ut aliquādo finiam gratulor uobis plus
q̄ dici potest uiri fortissimi & bellatores inclyti, q̄ iam redijsse sub imperi
um prædicemini. Id em̄ uobis est utilissimū honorificū & salutiferū, ut em̄
obmittam, q̄ iure & sub salutis periculo teneamini esse subiecti imperio
& cæsari ut copiosissime superius cōmemoraui, nonne cum sitis dominio
& prouincia, natiōe & lingua, moribus item & institutis Germani, quis nō
uidea thonori uos consuluisse? si pro patrię salute & incolumitate pugna
re studeatis, cū pulcherrimū sit mori pro patria ne dum pugnare, ut testati
sunt. Ro. tam uerbis q̄ factis, ut mille exemplis probare possem. nōne etiā
ut elegātissime Cicero proclamat, Omibus illis qui patriā defenderint, ita
uerint atq̄ auxerint, definitus est locus in cœlis ubi beati sempiterno æuo
fruantur Quam aūt utile sit uobis & salutiferū iuuare, Germaniā aduersⁿ
quoscūq̄, cognosceris si uobiscū reputabitis, q̄ trāquille & pacate uiuatis
q̄ diu Germania imperio & maiestate floruerit, ita em̄ uestris institutis &
moribus libere, & ad arbitriū uestrum uiuere potestis, si autē externus ali
quis hostis opprimeret Germaniā quod dij prohibeant, & nostra genuina
fortitudo, utputa rex Frāciæ, cuius militiā hactenus illustrastis, creditis ho
mines natura superbissimos? & dominandi libidine intemperantissimos?
Germania subiugata reliqua, non uolo stipēdia administraturos, sed a uo
bis ipsis tempaturos? aut non diu noctuq̄ machinaturos, q̄ uestrā rēpub-
licam ad interitū deducerent, uosq̄ sub iugum seruitutis redigerēt, nemo
ita desipit ut non credat, nec seducamini uel uincamini, aut rebus nimiū se
cūdis aut auro Francico, quod uobis quotānis subministrari solet, Reputa-
te em̄ uobiscū, quæ res maiores uestros tam potētes reddiderit. & inue-
nietis eos ex paruis initijs in tantā coaluisse gentē & potentiā non nisi labo
re, frugalitate, cōtinentia, fide atq̄ regna his artibus facile retinētur, quib⁹
initio parta sunt, nam ut uerissime & elegāter Crispus noster testatur. Re-
gna, natiōes, atq̄ ciuitates usq̄ eo, p sperū successum habere solēt, dū apud

h iij

eos uera cōsilia ualuerūt, ubicūq; libido, atq; superbia ea corrupere pau-
lo post imminute opes, deinde demptū impiū, postremo seruitus impos-
ta est, Vbi uero auaritia inuasit, regna quę per inopiā uirtute capta sūt, per
opulentiā perdunturea em est, ut idē dicit, quasi materies omniū malorū,
nāq; auaritia, fidē, probitatē, cęterasq; artes bonas subuertit, pro his super
biā crudelitatē, deos negligere, omia cū fide uenalia habere docuit, ea est
bestia, fera, immanis, intolerāda, quæ quo intēdit, oppida, agros, fana atq;
domos uastat, diuina cū humanis negligit, cui neq; exercit°, neq; mœnia
obstant, quo minus ui sua penetret, fama, pudicitia, liberis patria atq; parē
tibus cūctos mortalis spoliat, Quo circa uiri Alemāni & germani, cōsuli
te uobis, posteris uestris, & toti germaniæ & redite ad impiū hoc est liber
tatē, uidete em in qua libertate sint Cōstantiēses uicini uestri, Argētinēses,
Vlmēses, & alię q̄ plurimę impij ciuitates, florētes impio & opibus. nōne
in sūma libertate optimates, & hij qui ingenio & prudētia ualēt. admini
strāt rēpub. sūma cū iustitia, liberā habēt ciuitatē, liberā administrādi pro
iusticia facultatē, propriis & patriis institutis moribusq; uiuētes, leges iu-
raq; maiorū sāctissime simulq; religiosissime cōseruāt atq; exercent, q̄s si
imitati fueritis uiri alemāni animi magnitudine illustres, hoc est si ad im-
perīū eiusq; obediētiā redieritis, & si optimatis tantū, & illos q nō min°
honestate q̄ prudentia pollent administrare remp. curaueritis, promitto
uobis certissimus augur, multo fœliciorē, diuturniorēq; futurā illā ue-
strā iā dictā remp. Nam pręter hoc q̄ sapiētissimi scriptores una cū expiē
tia popularē statū & administrationē nūq; diuturnā fuisse testant. q̄s cre-
dere posset? pastores & opifices, cęterāq; impitę plebis fecē & multitudinē
(cui° iudiciū est corruptissimū cui°q; omia acta inordinata sūt tumultua
ria, plenaq; iniuriarū) cōsulere aliqd pro honestate, gloria & ornamēto?
quę sibi ipsi maiore ex parte male cōsulit, quod si glorieī hacten° pspere
successisse, Caueat tamen, nā ut Menander christiane dicit, οτε ευτυχεισ
μαλιστα. μη μεγα φρονει αλαζονιασ ουτισεκ φευγει λικην, Reperat autem
frequentius eiusdem notabile dictū, ανθρωποσ ων μεμνησο τησ κοινησ τυχησ
violentus enim plebis dominatus, & si ad tempus durat, diuturnus ta-
mē & ppetuus esse nō posse plurimarū gentiū interitus declarat, Iccirco ut
in pace & trāquille leges, institutaq; maiorū iuste exercere ppetuareq;, atq;
moribus bonis rempu. uestrā formare liceat, atq; improbos rebellesq; iu
sta pœna, uindicecq; iure reprimere possitis per optimatiū administratio-
nem, sequimini institutū uestrū consilium, & adherete imperio, quod uobis
honori, saluti, & reipublicæ uestræ ęternitati est consultissim um. Valete

τελοσ

GERMANI HABVERVNT ALTERVM IMPERIVM Romanis florentibus ¶ Caput Primum

¶ Primo Germani alterũ & ſecundũ a romanis imperiũ habuiſſe præ dicantur ab exteris, Nazarius ad Conſtantinũ de Germania, Iacet In latere Galliarum, aut in ſinu tuo fuſa barbaria, per ſe ipſa potens natio, & poſt romanam magnitudinẽ ſecũda in terris, ex quibus externi & hoſtis noſtri uerbis intelligimus Germanos aliud a romanis imperiũ habuiſſe, & poſt romanos potentiſſimos fuiſſe, Et Hegeſippus, qui proxime apoſtolorũ tẽporibus ſucceſſit dicit Germanos totius orbis imperiũ agitaſſe de Veſpaſiano loquens his uerbis li.ij. romanis tamen ſuper nubes uiantibus, & ultra colũnas Herculis imperiũ ꝓpagantibus, nihil inuiũ fuit tanta facilitate hoſtis, & qui latebat repertus, & qui reſiſtebat uictus eſt, quorũ improuiſo aduentu conſediſſe mõtes Germania credidit, rhenũ exaruiſſe, qui magnitudine corporũ & contẽptu mortis cæteris ualidiores, quæ retinaculũ ante ſuum rhenum putabãt, nũc ſalutis defenſionẽ, Itaq; non ſcopulis Germanorũ repletur, ſed romanorum liburnis, quę per errantes tot uſq; ad mare bicornis amnis fluenta quõdam liberas gentes ſeruitio premũt, ut quæ ante ſibi totius orbis imperiũ preſumpſerãt, nũc ſeruitutis propriẹ mercedẽ exoluant, ꝙ ſi quis dixerit Hegeſippus, & alter dicunt Germanos eſſe uictos adeo ut cõtra te faciãt. Ego accepto ꝙ primus dicit Germanos alterũ imperiũ habuiſſe, alter totius orbis imperiũ præſumpſiſſe & liberas fuiſſe gentes, nam nõ eſt timẽdum ꝙ mentiãtur laudantes romanos, quæ cõtra romanos proferunt, quis enim nõ crederet romam & romanos laudantibus quæ contra ſe & ſuos adducunt, ꝙ autẽ ita dicunt Germanos a romanis uictos, hoc uidentur ex fauore & adulatiõe dicere, præſertim dum ego contrariũ probabo illuſtribus ſcriptoribus, Veſpaſianũ non trans rhenũ, Sed in Gallia cum Germanis, ſed uaria fortuna decertaſſe, nec Conſtãtinũ trãs rhenum, ſed in Gallia etiã nomen ſuum illuſtraſſe, atq; auxilio regis Sueuorũ ad imperiũ peruenisſe. Quis igitur Germanos nõ admiretur? quos ego clariſſimos illuſtriſſimos atq; bellicoſiſſimos oſtendam, ex his auctoribus, qui romanis blanditi illoſq; propoſito laudantes Germanos eorũq; laudem deprimere conati ſunt, dum nemo ſanæ mentis nõ facile acceptet atq; credat, ꝙ quis contra ſe atq; eos quos laudare cupit afferat

CAPVT SECVNDVN. RHENVS SEMPER FVIT TERMINUS imperij ro. Et romani contenti fuerunt. rheno tenus germanos prohibere ne in Galliam tranſirent.

¶ Multi romanorũ impatorũ ſcripſerũt ſe a domita Germania germanicos, ſed nẽo eorũ unq; domuit germaniã, niſi forte germaniã ſecũdã ut uocat Ammiãꝰ marcellinꝰ, hoc ẽ germãos q ſũt nobis trãſrhenani, ut ſũt, Auſtraſij Belgarũq; maior pars, ſed legẽti mihi ro. ſcriptores cõpertũ eſt romãos parũ tẽtaſſe ul' pſeciſſe cõtra germãos. niſi in ipſa intima Gallia, in q ſæpe romãi & uicti ſunt a nobis & uicerunt, adeo ut non minus uere qu ã

luculenter pacatus Latinus ad Theodosiũ deploret Galliam continuo bar
barorũ incursiones sustinentẽ dicens, unde igitur ordiar nisi a tuis mea Gal
lia malis, quæ ex omnibus terris, quas illa pestis insederat haud iniuria ti
bi uindicas priuilegium miseriarũ, ꝙ si dixerim, ut uerissime possum, Iuli
um cæsarem nihil egregiũ trans Rhenum egisse, Germanisq; potius arma
ostentasse q̃ intulisse, non mentiar. dum Pompeius apud Lucanum etiam
dicat eum fugisse a Rheno dici inquit, Dant animos Rheni gelidis ꝙ fugit
abundis, ꝙ tametsi hostis erat, tamen & hostes loquũtur ueritatẽ, sed Lu
canus ex animi sententia scripsit. Inde non probantur mihi, immo mentiũ
tur quidam scioli (nescientes dum suę ciuitatis uetustatẽ & nobilitatẽ men
tiri uolunt dehonestare Germaniã) dũ dicant multas ciuitates in Saxonia
a Iulio cæsare cõditas, nam eo ipso teste ultra quindecim dies non mãsit in
Germãia nedũ Saxõia, inq̃ nunq̃ uenit, & q̃ tũc nõ fuerat, ꝙ si etiã hoc no
men habuisset, nunq̃ tamẽ in illã uenit, ne dum ciuitatẽ nullã in tota Ger
mania cõdidit trans Rhenũ, quæ omia ex cõmentarijs eius hominis in pri
mis gloriosi & ambitiosi elicere possumus, adeo ut alijs non egeamus testi
bus, nec ullus hoc uetus historicus tradit, sed sunt meræ nugæ anilesq; ad
carbones, & iuxta focum fabulę. Dico et Augustum p̃auco tẽpore porti
unculã Germanię occupasse, tandẽ amisso exercitu, duabusq; cladibus ac
ceptis repulsum, ostẽdam igitur receptis auctoribus & diuersis tẽporibus
semper fere Rheno & Histro terminatũ Ro. imperiũ usq; ad annum domi
ni ccc.xxx. (tunc em̃ Ro. imperiũ in occidẽte perijt) Romanosq; rebus in
tegris et florẽtibus contẽtos fuisse si intra Rhenũ & Histrũ imperiũ agerẽt,
Germanosq; semper fuisse liberos ab omni imperio hostesq; Romanorũ
semper egisse, audiamus auctores Domitius, Vlpianus ff. de capti, & po
stli. reuersis hostes sunt in quibus bellũ publice. Po. ro. decreuit uel ipsi po
pulo ro. cæteri uero latrunculi uel prędones appellãtur, & ideo qui a latro
nibus captus est seruus latronũ non est nec postliminiũ illi necessariũ. ab ho
stibus autẽ captus pura a Germanis uel parthis & seruus est hostium, & po
liminio statum recuperat pristinũ. Seruius in viij. eneidos. Rhenus fluuius
bicornis, quia per duos alueos fluit per unum, qua Ro. imperium est, per
alterum interfluit barbaros Ambrosius tẽpore Valentiniani, Danubius
de occidẽtalibus partibus barbarorũ atq; Romanos intersecans populos
donec ponto ipso condatur Rhenus de iugo alpium usq; in oceani profun
da cursus suos dirigẽs, romani memorandus aduersus feras gẽtes murus
imperij, Iosephus libro secundo de bello iudaico tẽpore Neronis loquens
de Germanis, nunc autẽ limitẽ Rhenum habent, & viij, legionibus domãt
& seruiũt quidẽ qui capti sunt, reliqua autem eorũ gens uniuersa salutem
in fuga non in armis ponit idem, quid mirum si Euphrates ab oriẽte & oce
anus ab occidente item q̃ a meridiano tractu Libyæ fertilissima regio &
septentrione Rhenus atq; Hister sunt imperij limites. Iosephus hæc uerba

in persona Agrippę regis ad terrorē iudęorum dixit non cp ita esset, Infra enim ostendam tempore illo Germanos non solum in Galliam crebras fecisse incursiones, sed in Hispaniam uscp penetrasse. non tamen nego germanos inrerdum in Gallia uictos. Claudian⁹ de Stilicōe sub Honorio & Arcadio ulla ne posteritas credet, Germania quondam illa ferox, populis quę uix instantibus olim principibus tota poterit cū mole teneri, Iam sese placidam præbet stiliconis habenis, Vt nec præsidijs nudato limite tentet. Expositum calcare solū &c. Eutropius de Iuliano, a quo modicis copijs apud argentoracum Galliæ urbem ingentes Alemannorū copię extinctę sunt, submoticp ultra Rhenum Germani & finibus suis imperium cōstitutum Seneca quinto naturaliū, sub Nerone hinc qui medius inter pacata & hostilia fuit Danubius ac Rhenus, ac rhen⁹ alter Sarmaticos impet⁹ cohibēs & Europam Asiamcp discrimi nans, alter Germanos auidam gētem belli repellens. Panegyricus Constantino. Et quid opus erat ipsi Rheno instructis & militibus & classibus, quem iam pridem barbaris nationibus uirtutis tuæ terror obstruxit, de eodem ruperat fidem gens leuis & lubrica barbarorum, & robore, atcp audacia. lectis eruptionis auctorib⁹ institisse rheno nunciabantur. Ilico obuius assuisti & præsentia tua ne auderent transitum terruisti. Ad eūdem necp enim iam in Rheni gurgitibus sed nominis tui terrore munimur. Panegyricus Maximiano Tu domine Maximiane repente Rheno institisti omnemcp illum limitem non equestribus necp pedestribus copijs sed præsentiæ tuæ terrore tutatus est idem, porrectis uscp ad Danubij caput Germaniæ Rhetiæcp limitibus Tacitus sub Domitiāo in uita agricolæ, nec iam de limite imperij & ripa, sed de hibernis legionū & possessione dubitatū a Romanis. Claudianus de uictoria Stiliconis, sub limis in arcton Prominet hercinæ confinis rhetia siluæ. Quæ se Danubij iactat Rhenicp parentem. Vltracp Romuleo prætendens flumina regno. Cornelius Tacitus libro uicesimo, sub Vespasiano. Rhenus incognita illi cœlo siccitate uix nauinū patiens acti commeatus, dispositæ per omnem ripam stationes quę germanos uado arcerent apud imperitos prodigij loco accipiebatur ipsa aquarum penuria, tanquam nos omnes quocp & uetera imperij munimēta desererent, ibidem tutor ripę Rheni a Vitellio prę fectus Iulius Sabinus Mamertinus ad Maximianū, sancte Iupiter & Hercules bone tandem bella ciuilia ad gentes illas uesania dignas transtulistis omnemcp illam rabiem extra terminos huius imperij in terras hostium distulistis. Etenim a sole ex oriente ad uscp męotidos paludes id nunc longius longiuscp protendere licet, si quis hostilem in mutua clade uesaniā toto orbe percenseat, etenim ab ipso solis ortu non modo ac citra męotim sub extrema septentrionis plaga qua feruidum caput Danubius euoluit quacp horridus secat albis germaniā. sed etiam sub ipso lucis occasu qua Tingeranū littus calpetano monti obuiū latus in mediterraneos sinus

155

admittit oceanum,ruunt omnes in ſanguinẽ ſummi populi,quibus nũquã contigit eſſe Romanis obſtinatęq; feritatis nũc ſpo nte perſoluunt penas. Gotthi Burgundios penitus excindunt,rurſus pro uictis armãtur Alemãni itemq; terui gens alia Gotthorum adiuncta manu Thaifalorum aduersum Vandalos Gepidesq; concurrunt Burgundiones Alemãnorũ agros occupauere.ſed ſua quoq; clade quæſtas Alemãnia terras amiſere, ſed repetunt, idem ad eundem. Tranſeo limitem rhetię repẽtina hoſtium clade prom otum,alius Panegyricus ad eundem Maximianum,quid autẽ maius euenire potuit illa tua in Germaniã transgreſſione,qua tu primus omnium imperator probaſti.Ro.imperij nullum eſſe terminũ niſi qui tuorũ eſſet amborum ſcilicet Diocletiani & Maximiani,at qui rhenum antea uidebatur ipſa ſic natura duxiſſe,ut eo limite romanę prouinciæ ab immanitate barbarię uindicarẽtur,& quis unq; ante uos principes non gratulatus eſt Gallias illorũ amne munire,quãdo non em̃ ſine metu noſtro rheni alueum minuit diu ſerena tempeſtas,quãdo non cum ſecuritate noſtra illius diluuia creuerũt.Lucanus in primo pharſalię Albis & indomitũ caput rheni Herodianus grecus li.ij,de Commodo & Nigro impatore.Hęc dũ agitaret leui incertaq; ſpe ſubni xus fama iam per Pãnonios illyricoſq; increbuerat perq; exercitus omnes qui pro ripis Danubij Rheniq; excubãtes cohercendis barbaris Ro.tuentur imperium.Seneca de mundi gubernatione.Omnes cõſidera gentes in quibus Ro.pax deſinit Germãos dico & quicquid circa Iſtrum uagarum gentium occurſat,Idem li.iij.de naturalibus quæſtionibus.O quã ridiculi ſunt mortalium termini, Vltra iſtrum dacus non exeat,iſthmum Samothraces includat,Parthis obſtet Euphrates Danubius Sarmatica ac Romana diſterminet,Rhenus Germaniæ modum faciat,nec obſtat quod in Euangelio legitur,exijt edictũ a cæſare Augusto in uniuerſum orbem,nam intelligitur in orbem Romanorũ,ut etiã diuus Ambroſius exponit,non aũt orbem terrę,cuius minor pars Romanorum erat.poſt Theodoſiũ autẽ magnũ nõ opus eſt loqui de finibus Romanorũ,dum ne domi quidem ſe potuerint tueri,immo non de finibus, ed de ſalute tam ſua q; patriæ anxij, magnam ſunt paſſi deſolationem,& otius Italiæ cum Roma uaſtationem,innumerabiles em̃ Germanorũ nationes,Sueui,Gotthi,Vandali,Franci,Burgundiones.rugi,Turcilingi,heruli & alij infuſi per Italiam diuerſis temporibus & locis & romanorũ prouincias,totum imperium peſſundederunt.Et Ruffinus dicit in Scholaſtica hiſtoria Decium imperatorem a Gotthis uictum in præſens & futurũ um maximo rei publicę interitu.

¶CAPVT TERTIVM GERMANI NON CONTENTI HA
bere liberũ imperiũ intra Rhenũ, etiã trans alpes & fluuios patrios Rhe
num & Danubium romanorum prouincias occupauerunt & uastarunt
inuitis Romanis.

Romani igitur usq; ad inclinationẽ impii semper ad ripas Danubii &
Rheni ut uim barbarorũ ac insultus prohiberẽt atq; coercerẽt legiões ha
bebãt, gaudẽtes ut dicit Panegyricus in alio capite ad Maximianũ si quã
do rhenus inundatiõe aquarũ auctus, barbaros transitu prohiberet, ecõtra
rio cõsternati si penuria aquæ transuadabilis esset, nihilominus tamẽ ger
mani non potuerũt cõtineri quin crebras excursiões in ipsorũ prouincias
non sine crebris ro. cladibus facerent, ut non minus uere q̃ eleganter dixe
rit Claudianus Vlla ne posteritas credat Germania quõdam, Illa ferox po
pulis quę uix instantibus olim Principibus tota poterit cum mole teneri,
Iam sese placidam præbet Stiliconis habenis, Vt nec prędiis nudato limi
te tentet Expositũ calcare solũ &c. Stilico aũt germanos non uicit, sed quia
& ipse Germanus & Vãdalus in societatẽ belli accepit, nã ut sileam (quo
niã de antiquitate Germanorũ alibi illa dicã) quomodo prisco Tarquinio
rege Germani in Italiã intrauerint, & Senones etiã Germani ut ostendã in
Italiã & alias prouincias, quomodo itẽ Cimbri totũ orbẽ inundauerint, &
Teutones cum his in Galliã & Italiã transiuerint, & quomodo plæriq; Bel
garũ a Germanis ortũ habuerint, q̃ Germani antiquitus in Galliã, ꝓpter
fertilitatẽ agri transiuerint, ut refert cæsar in cõmentariis, ut etiã omittam
uastatã Romã, Italiã, Gallias, Hispanias, Africã, Europã, & Asiam per got
thos, Vãdalos, Lõgobardos, Quados, Suetios, Burgũdiones, Marcomã
nos, Saxões, Anglos, Scotos, Turcilingos, Rugos, Erulos, Alanos & innu
meros alios Germanorũ populos, iã eo tẽpore. Ro. imperiũ periit, præ
sertim in occidẽte, solũ dicã rebus ro. florẽtibus Germãos inuictos & indo
mitos diuersis tẽporibus. Ro. prouincias intrasse, inuitis romanis, ac p gloria
dignitate, impio atq; profinibus, pferẽ disnũ q̃ p libertate cũ Ro. pugnas
se, adeo ut optime dixerit quicũq; ille fuerit, galliam esse ueterẽ Germano
rum incursionẽ multarũ cedium causam Germanorum & ro. primũ enim
bellũ gladiatorum in Italia adiuuerũt Germani in Italiã profecti, Lucullo
& Cassio consulibus ut testis est Orosius in v, & Cæsar in primo cõmenta
riorum in quo quid ro, & Italia passa sit describit Augustinus li. v. ca. xxii.
de ciuitate dei dicens, Bellum quoq; fugitiuorũ gladiatorũ q̃ uis multis
ro, ducibus. & duobus consulibus uictis. Italiaq; horribiliter contrita atq;
uastata, tertio tamẽ anno post multa bella cõsumptũ est, nõne cæsar fœlici
simus imperator ro. & qui solus & primus domuisse dicitur Germanos
dum in Gallia cum potentissimo exercitu ageret, nõ deterruit Sicambros
minimam Germaniæ portionem, quin in galliam prędatum transirẽt, atq;
ipsos ro. castris eorũ pene captis nõ parua cladem sed maximo metu affice
rẽt, ut & ipse cęsar in vi. belli gallici testatur, nõne idẽ in septimo se ipso vt

dixi in Gallia belligerãte dicit Treueros a germanis rhenũ transeuntibus pressos, idẽ dicit in quarto, germanos facile impelli ut in galliã transirent. Idẽ in vi. dicit sueuos contra se Treuiris misisse auxilia nõne eodem tẽpore, ut dicit Hirtius in additione germani nullis aduersus Ro. auxilia denegabant (qui tamẽ sua militia cęsarem sæpe numero uictoriosum reddiderunt, ut postea dicam) quod nobis optimũ argumentũ est germanos parũ timuisse romanos, sub Tiberio itẽ qui Augusto successit germani galliã uastarũt, unde Suetonius de illo, Armeniã a Parthis occupari, mesiã a datis, sarmatisq; gallias a germãis uastari neglexit magno dedecore impij nec minori discrie, Idẽ dicit Eutropius, germani in Hispaniã penetrauerũt tẽpore nescio quo sed nõ multo post Tiberiũ. Seneca ad albinã de cõsolatione, Thuscos Asia sibi uẽdicat, Tyrij Africam incolũt, in Hispania pœni greci se in galliã immiserũt, inse greciã galli, pyreneus germanorũ trãsitũ nõ inhibuit, hoc idẽ testatur Iosephus li. iij de bello iudaico, loquẽs de Vespasiano Claudij ut credo duce, Et qui (inqt) po. Ro. iã pridẽ pacasset hesperiã germãorũ tumultu cõcussã, de Vespasiano itẽ loqt Egesippus li. iij. Vespasianũ solũ esse cui sũma militię oriẽtis in partibus iure cõmitteret uirũ ab adolescẽtia militię triũphalis in ueteratũ stipendijs, qui in pacatas Gallias germanorũ tumultu & ferocia genuinę temeritatis in bellum relapsas pace diuturna cõposuerat Lãpridius de Alexãdro, Erat aũt grauissimũ reip. atq; ipsi q; germanorũ uastationibus gallia diripiebat Flauius Vopiscus de probo his gestis cũ ingenti exercitu gallias petit que omẽs occiso Posthumo turbatę fuerant, interfecto Aureliano a germanis possessę, Panegyricus de Maximiano, tamẽ oẽs barbarę nationes excidiũ uniuersæ galliæ minarẽtur, neq; solũ Burgũdiões & Alemãni sed etiã Chaibones, eruliq; uiribus primi barbarorum locis ultimi pręcipiti impetu in has prouincias irruissẽt, quis deus tam impator, salutẽ attulisset nisi tu affuisses, latinus pacatus de Theodosio, Iacebat in numeralibus malis ægra ul' potius dixerim exanimat a respu. barbaris nationibus germanis scilicet ut ipse postea declarat) romano nomini uelut quodam diluuio superfusis, sub Archadio & Honorio Hispanię per Sueuos uastatę sunt Mamertinus ad Iulianum florentissimas quõdam antiquissimasq; urbes barbari (Alemãni erant) possidebant gallorũ illa celebrata nobilitas, aut ferro occiderat aut immitibus addicta dominis seruiebet, in hoc statu imperator noster gallias nactus nimium habuit aduersus hostem laboris atq; discriminis, Nazarius Constantino de Francis germanis Franci ipsi prętęr cæteros truces, quorũ uis cum ad bellum efferuesceret ultra ipsum oceanũ ęstu furoris euecta Hispaniarũ etiam oras armis infestis habebat Herodianus de Alexãdro, quippe significabãt germãos rhenũ Danubiũq; trãsgressos romanos in fines hostiliter intrasse oppugnareq; exercitus ripis insidentes, perq; urbes & uicos magnis copijs excurrere, & illyrici milites suos domi (cęsos a germanis audiebant

Orosius sub Galeno & Valeriano, Germãi alpibus, rhetia totaq; Italia penetratis Rauennã usq; perueniũt, Alemãni Gallias peruagãtes etiã in Italiam transeunt Græcia, Macedonia, Pontus, & Asia Gotthorum inundatione debetur quadi, & Sarmatę Pannonias depopulãtur, Germani ulteriores abrasa potiũtur Hispania Gallia plusq; xx. annis sub Valeriano & Galeno a Germanis possessa ab Aureliano recuperata dicitur, post Aurelianum Gallia iterum amissa sub Probo restituta scribitur. Idẽ Orosius. Constantinus cęsar in Gallia (iuxta Lingonas ut dicit Hieronymus in Eusebio Primo prelio ab Alemãnis pro, pfligato exercitu suo uix ipse surrept° est, sub Gratiano, Burgũdiones Germani Galliã inuaserũt, & Cornelius Tacitus de Germanis dicit occasione discordię nostrę & ciuilium armorũ expugnatis legionũ hibernis Gallias affectasse, de Germanis dicit Hieronymus suo tẽpore qui claruit sub Theodosio horret animus tẽporũ nostrorum ruinas prosequi, uiginti & eo amplius sunt anni quod inter Constantinopolim & Alpes Iulias quotidie Romanus sanguis effũditur Scythiam Thratiã, Macedoniã, Thessaliã, Dardaniã, Daciã Achaiam, Epiros, Dalmatiã cunctasq; Pannonias Gotthus Sarmata, Quadus, Alanus, Vandali Marcomanni uastant, trahunt, rapiũt. Idem ad Acherutiam, Gerõtiam, & per annos xxx. fracto Danubio in medijs Ro. imperij regiõibus pugnatur. Idem innumerabiles & ferocissimę nationes uniuersas Gallias occuparunt, quicquid inter alpes & Pyreneum est quod Rheno Oceanoq; includitur, Quadus Vandalus Sarmata, Alani, Gipedes, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemãni, & o lugẽda respu. hostes Pannonij uastarũt sub Valentiniano superiore Quadi Germani & Sarmatę illyricum uastauerunt.

ROMANI REBVS FLORENTIBVS VIRTVTE GERMANORUM RES MAGNAS GESSERŨT. & QUI POPULI QUIBUS IN LOCIS USI SUNT MILITIA GERMANORUM.

¶ Caput Quartum

Ermanorũ militũ præstantia & fortitudine Romanos fuisse usos
g ac uictoriosos nec Ro. quicq; egregiũ sine illis auxiliatorib° gessisse, unde potius ostendam cũ ex Iulio cæsare qui omes Ro. fœlicitate, rebusq; gestis longe superauit, illius inq; triumphos & torrẽtissimũ fœlicitatis progressum qui adiuuerunt atq; promouerũt nisi Germani? dũ em subacta etiã Germanorũ auxilio Gallia Germanos trans Rhenũ non irritandos censeret, Sueuorũ fortitudine pterritus, beneficijs eos & munerib° sibi deuinxit, quibus etiã præstantissimũ impatorẽ in acie pharsalica superauit, toto oriente uel potius totius orbis militia si unos dempseris gallos atq; germanos stipatum, Pompeiũ inq; qui Plinio referente, res gestas non Alexandri modo magni sed & Bacchi & Herculis superasse famigeratur, Germanis uicit, Ita dicit Lutius florus de prelio pharsalico, nã cũ diu ęquo Marte cõtenderet iussuq; Pompei fusus a cornu erupisset equitatus repen

te hic signo dato Germanorum cohortes tantum interfusos equites fecere impetum, ut illi esse pedites hij uenire in equis uiderẽtur. Idem cæsar cum tota Gallia duce uercingentorige in se conspirasset, neq; ex Italia interclusis itineribus supplementa habere posset, aut iustum exercitũ ut tanto exercitui par esse posset unis Germanis rebellantẽ repressit. Ita em̃ ille ipse dicit in septimo de prim o prelio in biturigibus commisso. Cæsar ex castris equitatum educi iubet, preliũ equestre cõmitti, laborãtibus iam suis germanos equites circiter cccc. submittit, quos ab initio secum habere institu erat, eorum impetũ galli sustinere non potuerũt, atq; in fugã coniecti multis amissis sese ad agmen receperũt. Et ita dicit auctor innominatus, ne priuemus sua laude barbariem cccc. equitũ germanorũ qui sub cæsare militabant, atq; ab ipso principio secum erant, opera fuit egregia, ab cęsare em̃ i mmissi laborantibus alijs in tẽpore subuenerũt fregerũtq; gallos repentino impetu. Dum autem laborãtibus alijs dicitur. intelligi non obscure dat in periculo rem cęsaris futurã fuisse, nisi germanica uirtus eni tuisset. Q. cęsar aũt a principio belli secũ habuit germanos, argumentũ est Arioiustũ regem Germanũ germanis fuisse uictum, possem insuper alijs in locis ostẽdere ex Tacito Romanos cũ Germanis mercenarijs, pfligari conatos ipos germanos. Proh deorũ atq; hominũ fidem o dolendã & execrãdã germanorũ auaritiã, quos esse inuictos ab hostibus res ipsa atq; multorũ auctorũ testimonia declarãt, hos ipsa pecunia uincit, quis nisi Germani? Ro. tot regna & imperia cõquisierũt? quis hodie regẽ Franciç illustrẽ facit nisi Germani? quos nundinari sol et pecunia annuisq; stipendijs quis ei insubriam peperit? Germani, quis Apuliam bis subegit? Germani, quibus hodie cõfisus armis Frãcigena tot res nouas molitur? Germanorũ, quis Genuã expugnauit? Germani. Quis rursus illũ ter Apulia deturbauit maximis preliis fusum magnaq; suorũ cede? Germani, adeo ut & illum & regẽ Hispaniæ Germani fecerint illustres & uictoriosos, stulti q; aliis non sibi regna parent, q; si essent cõcordes, & Heluetii nostri cum imperio sentirent & nõ aduersam partẽ fouerẽt, nihil nobis obstare posset ne alpes quidẽ in accesse, aut ulla maria, sed deorũ immortaliũ fortasse ira cõtingit nunq; nobis esse concordes, Sed ut ad institutũ redeam, dum contra cæsarẽ tota Gallia conspirasset, neq; ipse ullos milites in galliã interclusis uiis introducere posset, ut alibi, ita nunc iuxta sequanos gallos germanis uicit, nã cũ plures ex Germania equites & pedites euocasset, qui minus idoneos equos habebãt a Romanis sumptos illis distribuit, atq; illis uictoriã obtinuit, hæc eius sũt uerba. Germani dextro latere summũ iugum nacti hostes loco pellũt fugientes usq; ad flumen, ubi Vercingẽtorix cum pedestribus copiis consederat persequũtur, cõplures q; interficiũt quare animaduersa reliqui, ne circũuenirẽtur ueriti, se fugę mandãt omnibus locis fit cedes, Tres nobilissimi hedui capti ad cæsarẽ perducuntur. Et auctor innominatus germanorum equitum quos e transrhenanis urbibus cæsar accluerat in signis operatu

so equitatu raptisq; & cæsari pręsentatis aliquot nobilissimis heduorũ qui hostium in acie contra eum fuerant. Et postea cæsar ad Alexiam oppidũ uirtute germanorũ uicit Gallos. Accedat ipse testis, Ita em̃ dicit libro septimo cõmentariorũ, fit equestre pręlium, laborantibus nostris. Cæsar Germanos submittit, nostris animus augetur, hostes in fugam coniecti se ipsi multitudine impediunt, atq; angustioribꝰ portis relictis coaceruantur, tũ Germani usq; ad munitionẽ sequuntur, fit magna cedes, non nulli relictis equis. fossam transire ac maceriem transcẽdere conãtur, multis interfectis cõpluribus equis captis Germani sese receperunt, nonne in obsessione eiusdem ciuitatis Alexię Germani iterũ pro cæsare uincũt Gallos, hoc ipse idẽ cæsar testatur libro septimo, cum a meridie (inquit) ppe ad solis occasum dubia uictoria pugnaretur, Germani una in parte confertis turmis in hostes impetum fecerunt, eosq; pepulerunt, quibus in fugam coniectis sagitarii circũuẽti interfecti sunt. Orosiꝰ aũt ad sanctũ Augustinũ ita loquit, Vercingentorix quem omnes cõsensu pari regẽ pręoptauerant suadet, uti ex tota Gallia omnes quiarma ferre possent huic bello presto sint, hoc enim esse unum bellum quo aut perpetua libertas, aut ęterna seruitus, aut mors omnium consequatur, itaq; absq; eo numero quem infinitum ante cõtraxerat equitum circiter octo. M. peditum cc.l.m. contracta sunt, de hinc duos colles sibi inuicem obuersos Romani Gallicq; ceperunt. unde multis sæpe eruptionibus & uariis prouentibus pręliantes, tandem Romani precipua Germanorũ equitum quos sibi iam dudum amicos nũc in auxilium acciuerãt uirtute uicerũt, Iterũ auspicio Germanorũ cæsar bellouacos superat Hirtius ita refert, non intermittantur interim quotidiana prælia in conspectu utrorũq; castrorũ quę ad uada trãsitusq; fiebãt paludis, qua cõtentiõe Germani quos præterea cæsar traduxerat Rhenũ, ut equitibus interpositi pręliarẽtur cũ Constãtius uniuersi paludẽ transissent paucisq; in resistẽdo interfectis, pertinacius reliquã multitudinẽ essent insecuti pterriti nõ solũ hi q aut comiñꝰ opprimebãt, aut eminus uulnerabãt, sed etiã lõgius subsidiari cõsueuerãt, turpiter fugerũt nec priꝰ finẽ fugę fecerũt. cẽq; se aut in castra suorũ rceperũt, aut nõ nulli pudore coacti lõgius pfugerũt, nõne & Caninius cęsarianus Gallos supra uellodunũ oppidũ uirtute Germanorũ uicit. testis est idẽ Hirtius, cũ Caninius (inquit) ppius hostẽ accessisset ab exploratoribus quos p̃misserat cognoscit castra eorũ. ut barbaroꝝ fere cõsuetudo est relictis supioribus ad ripas esse fluminis demissa. At Germanoꝰ eqtesq; imprudẽtibus om̃ibus de impuiso aduolasse & p̃lium cõmisisse, qua re cognita legionẽ armatã instructãq; adducit, ita repente om̃ibꝰ ex partibꝰ signo dato loca supiora capiũt q̃d ubi accidit Germãi eqtesq; signis legionis uisis uehemẽtissime p̃liant cõfestim cohortes undiq; impetũ faciũt om̃ibus aut interfectis aut captis magna pręda potiuntur, cęsar item auxilio Germanorum nititur in Hispania contra Afranium Pompeianũ ut ipse refert li.i. de bello ciuili, Pompeius item habebat Germanos secum

qui in ægipto militauerāt, quos ibi Aulus Gabinius pręsidij causa apud re
gem Ptolomeum reliquerat, hi Germani postea cæsari damnū intulerūt,
Nam ut ipse scribit li.iij.ciuilis belli, Germani munitiōes nostras aggressi
pluribus interfectis sese ad suos incolumes receperūt. Et cæsar Alexandri-
nos in ægipto uicit auxilio Germanorū quorū equitū ægiptij & Alexādri
ni impetū adeo pertimuerūt, ut in fuga spem salutis quærerent, ut testis est
Hirtius li.iiij. de bello Alexādrino. Item Germani aliqui in Africa cum cę
sare militātes a Labieno aduersario fortiter pugnātes atq; resistentes circū
uenti trucidantur ut Hirtius de bello Africo tradit. Quibus omibus lucu
lenter perspicimus Romanos militia Germanorū in omibus terris usos, eo
rumq; egregia opera & audentia sæpe triumphasse, & cęsarē Ro. qui unq;
uixerūt pręstātissimū imperatorē se ipso teste Germanis hostes superasse,
ita ut eis non monarchiā solū sed uitam etiā ipsam toties adiutus per illos
acceptā referre debeat, sub Caligula alijsq; omibus ante eum cęsaribus mi
litauerūt, ut apud Suetoniū & Tacitū inuenitur. Germani insuper per legi
ones militauerūt in Syria sub Nerone, ut testis est Cornelius in xiij. Milita
uerūt item sub Nerone ad claustra Caspiarū pro bello q̄d in Albanos pa-
rabat ut idem Cornelius li.xvij. ostendit, in ægipto quoq; apud Alexan-
driam cum eodē Nerone militasse refert idem in eodē, nonne cū Galba in
Hispania & cum Iunius uindex, una cū Gallis a Nerōe defecissent, Germa
ni soli duce Virginio occisis circiter xx. milib⁹ Gallorū & uindice ad mor
tem compulso soli illam cōspirationē dissipauerūt, qui postea a Galba spre
ti & non iustis stipēdijs remunerati causa fuerūt cędis galbę, ut dicit Sue-
tonius. sub galba item germani militauerūt, quos Nero in Alexādria pri
us habuerat, illi, & chari gallæ fuerunt, & in primis fideles, ut Suetonius &
Tacitus tradunt, de Vitellio autem non plura dicam, quoniā a germanis
quos in militia gallicana habuit est imperator appellatus, atq; ad imperiū
deuicto Othone promotus. Idem teste Iosepho in v. cū Vitellio capitoliū
expugnātes quod Domitianus insederat, incenderūt diruerūtq; quod si-
gnum mihi uisum est futuri ad nos imperii transferēdi. Domitianus tamē
elapsus euasit, Sed nec solum Vitelliū germani creauerūt imperatorē, ue
rum etiā Claudium Iosephus de antiquitate li.xix.ca.ii. gratus germanus
Claudiū apprehēdens cognouit, secq; sequētibus ait iste germanus est, eū
cōstituamus imperatorē &c. qui & per illos factus est cæsar, & idem ad ti-
mentē Claudiū noli (inquit) de tua salute pusillanimis esse, cum te magis
oporteat magnanimiter de imperio cogitare, q̄ dii auferētes gaio mun-
doq; pspiciētes tuę cōcessere uirtuti. Constātinus magn⁹ etiā teste Aurelio
maxime auxilio Sueuorū imperiū est adeptus Ro. pgrediētes ad Vespasi
anum, & inueniemus eum deliberasse an imperiū susciperet propter ger-
manicarū legionū uim famam & robur. Vt dicit Tacitus, tandem per du
ces suos ille germanos non nisi germanis uincēdos existimās Sidonē atq;

Italicū Sueuorū reges in amicitiam asciuit, illisq; in prima acie pugnātib⁹ germanos uicit, ut idem testatur. Iosephus itē dicit germanos bellum ciuile ro. sedasse li. v. de bello iudaico. Imperator item Maximinus auxiliaribus germanis est usus. quorū potissimū fidei cōfidebat, ut dicit Herodianus. & ut idem testatur. Marcus pater Cōmodi germanos in societatē ascīuit, Antonius item germanos in amicitiā conciliauit, sub quo etiā in oriētē militauerunt. Maximinus germanos sæpe contra se in bellis expertus tandem in amiciciam recepit. Cōmodus item propositis pecuniis germanos in societatē adiunxit. Externi etiā & longinquiores usi sunt militia germanorū. Herodes em̄ rex eos habuit milites, de cuius sepultura ita dicit Iosephus li. vij. de bello iudaico, & Egesippus in primo circa lectū filij cū ppinquis præterea satellites agmenq; thratiū germaniq; & galathæ uelut ad bellum instructi omnes antecedebāt, Atq; Mithridates rex ponti in sua militia germanos habuit ut testis est Iustinus li. xxxviij. Sed quid plura germani per Hispaniā Galliam Asiā atq; Syriam crebram militiā agitauerūt, de quibus ita dicit Seneca li. i. de ira Germanis quid est animosius, quid in cursu acrius? quid armorū cupidius? quibus innascuntur innutriūturq; quorū una illis cura est, in alia negligētibus. Quid induratius ad omnē patientiam? ut quibus magna ex parte non tegimenta corporū prouisa sunt nō suffragia aduersus perpetui cœli rigorē. hos tamen Hispani Galliq; & Asiæ Syriæq; molles bello uiri antecēt legio uisatur cedunt, ob nullā rem aliam opportunos q̄ ob iracūdiam, nec ego cōmoueor q; dicit eos aliquādo uinci & uictos esse, nisi em̄ crebro uictores fuissent, nō diceret quid animosius? quid in cursu acrius &c. Vnde nō obscure intelligis eos inuictos nisi aliquādo ob iracūdiam, & hodie sunt inuicti nisi temeritate & audacia sine cōsilio aliquādo eam prelij cōditionē acciperent, qua uix possibile est eos posse uictoriā obtinere, ut dum nuper uix mille impetū fecerunt in Venetos plusq; xx. millib⁹ uirorū instructos sue tamē tem eritatis pœnas dederunt, nihilominus nisi ad iniquū pugnādi locum fuissent, pgressi, nec uniuersus eos Venetorū exercitus illo die profligasset.

CONTRA PHILIPPI BEROALDI OPINIONEM IN Suetonio Germanicus nō Germanicianus legendum est

¶ Capitulum Quintum

In Suetonio legitur syncera, antiqua & uera lectione germanicū exercitum elegisse Vitelliū in imperatorē sepeq; eū uictorē fecisse apud Taciū q̄d nō mediocriter facit ad ppositū meū & laudē Germanorū, pinde parcāt mihi mães doctissimi uiri & meritissimi de lingua latina Philippi Beroaldi si ego aliter sentio in Suetōio legēdū q̄ ipse, eiusq; cōmentaria prodūt legit em̄ bis & legēdum censet germanicianus exercit⁹, quasi Italici & Romilites qui in Germania militauerint, non germani, cui lectiōi (ductus laude & amore patriæ) omnino refragor, illustribus auctoribus adiutus. Pri-

mum em nisi Germani fuissent milites qui Vitellium acclamauerūt, impe
ratorē non Germanicianus sed Gallicanus exercitus legendū fuit (in Gal-
lia em militabāt ibicq; imperator creatus est) mihi astipulatur Hegesipp°
in quarto, dicens, nec solum Galba interfecto, sed etiā Othone extincto Vi
tellij ducibus cōgredientibus quē Gallicanus exercitus creauerat impera
torē Et Orosius in septimo igitur Ottho cum Galba & Pisone Romę inter
fectis inter tumultus cædesq; in uasisset imperiū, ac mox creatū imperatorē
in Gallia per germanicas legiones Vitellij comperisset bellū ciuile moli-
tus &c. Secūdo Vitellius habuit nō Ro. nisi forsan paucos sed germāos, &
xxx. millia germanorū, ut testis est Tacitus in xvij. Orosius itē ut iā dixi
germanicas legiones habuisse dicit, testis etiā est Iosephus in vi. de bello iu
daico, creatus (inquit) Ottho imperator cū Vitellio imperante pugnabat,
quem germanorū tūc manus elegerat, testis etiā est Tacitus ter uel quater
li. xvii. quibus omnibus liquido ostensum est Suetonii antiquā lectionem
esse uerā, germanicusq; nō germanicianus esse legendū, nihilominus Bero
aldum habendū (uti ego profecto facio) doctissimum existimo, hominē
tamē, quē etiā cōtingit interdum falli & decipi.

GERMANI FORMIDABILES ERANT IN PRIMIS ROMA
nis & maximo terrori atq; etiā regibus alijs potentissimis

¶ Caput Sextum

Germani romanis imperatoribus formidabilissimi erāt, Primū enim
cum sub Iulio cæsare in Gallia belligerāte galli narrarēt magnitudinē ani
mi, atq; uirtutē germanorū tantus terror romanū inuasit exercitū, ita to
tis castris trepidatū est, ut uulgo totis castris testamēta obsignarētur, testis
cæsar in primo. Caius Caligula adeo timuit Germanos, ut eorū aduentu
uel rebellione tantū audita Romę desperaret salutē, sibicq; trās mare fugā
pararet ut dixi ex Suetonio in Epitomate laudū Sueuorū, Cęsar etiā Iulius
domita Gallia nō cupiuit in germaniā proficisci, sed Illyricū explorauit,
an illic res magnas attētaret, paucis em diebus trans Rhenū agens timidus
recessit, pontēq; ab se factum rescidit, Vespasianus item ut inquit Tacitus
deliberauit de imperio an acceptaret propter uim germanorum & robur
genus notum militari uiro, Et ut idem dicit, multæ legiones in Italia ad fa
mam germanici exercitus quia germanorum uexilla præmissa erāt, con
cesserūt in partes Vitellij, & Mauri ipsi teste eodē Vitellio cōciliati sunt ex
magna p. puincias germanici exercitus fama, Cæteri impatores a Vespa
siano aut cū germanis fœdera percusserūt, aut aduersa passi ut postea dicā
usq; ad Constātinū, tūc em nō ultra magna spe, auctoritate & successu fœ
lici de impio occidētis (excepta germania quę nunq; puincia Ro. fuit) sed
potius de salute, ppria & libertate Italię cognouerūt. Licet em post Cōstā
tinū Iulianus maxime & Gratianus cōtra Alemānos res magnas gesserit
hic tamē postea in gallia extinctus est, ille uero Alemānos exptus fœdus

cum ijs percussit, amicitiaq; cōciliauit. Theodosius etiā magnus fœliciter de inimicis triūphauit, attamē sub eiꝰ filijs imperiū Ro. ruinā atq; inclinationē non modicā patitur, nec post unq; caput alleuare potuit, hi fuerūt Honorꝰ & Arcadiꝰ. At nec solis romanis sed alijs etiā potētissimis regibꝰ germani formidabiles erant, de qua re ita loquitur Campanus in oratiōe ad principes Germaniæ, cū ēm magnus Alexāder domuisset Triballos Boetiam Thratiā, Spartanos, Thessalos, Achaiam peloponensum, Ioniā, Lydiam, Liciam, Ciciliā Capadociam, Cariā, Paphlagoniā, maiorem & minorem Armeniā, Syriā, egyptios, Persas, Thauros, Hircanos, Medos, Sacas, Indos, deterritus tamē est aspectu & fama germanorū ad Danubijq; ripā substitit, & qui omnem orientē fœliciter calcauerat eius uim una Germania repressit, impetū cōpescuit, audaciā retardauit, & ut Orosius dicit gothos qui sunt Germani Alexader euitandos pronūciauit, Pyrrhus exhorruit, cæsar declinauit Darius & Cyrus potētissimi Asię reges traiecto Danubio Germanos non ausi sunt attingere. Lisymachus rex maximus, cum ingēti coacto exercitu Danubiū traiecisset Aromechete rege nō modo uictus sed etiā captus est Tantafuit germanorū uictoria. tanta eorū clades qui germaniā armis petierūt, ut natū sit inter finitimos prouerbiū, male quelit pugnare cum germanis pugnet, hęc ille.

GERMANI NEC ROMANORVM POTENTIAM NEC aliorū timuerūt

¶ Caput Septimū

Etsi Romāi fuerīt terrori pene omibus gētibus, adeo, ut nulla tā fera gēs fuerit, quę nō illos supplici genu adorauerit, nec ulla tā minosę alpes, quas nō penetrauerint, nec tā horridi mōtes quorū iuga uictor Ro. nō calcauerit, nec ulla flumina ul' maria eorum potētię obstiterint, adeo ut rex Agrippa teste Iosepho li. ij. de bello iudaico, uniuersos qui sub sole incolunt ro. armā uenerātes fuisse affirmet germanos tñ inuenio tametsi interdū uictos, eos inq; timuisse, ita ēm primo apud cęsarē loquūt li. iiij. Vsipetes & Tēcatheri germanos nūq; recusare si lacessant armis cōtēdere, q; hęc sit eorū cōsuetudo a maioribꝰ tradita quicūq; bellū inferāt resistere, q; ro. florētissimis eorū rebꝰ nō timuerint argumēto est, q; Hirtiꝰ in additione belli gallici dicit pꝰ pclarissimas cęsaris in gallia res gestas, germanos nemini auxilia aduersas ro. denegasse, argumēto itē Tacitꝰ q; scribit Caij cęsaris minas aduersꝰ germanos in ludibriū ꝟsas, Qui insup fieri posset: ut Ro. timuisset q; ultro omibꝰ cōtra ro. auxiliū pbebāt Mithridati, & q; pictosiꝰ ipis gladiatoribꝰ in gremio italię, q; inq; germani nūq; qeti crebris excursiōibꝰ italiā galliā cęterasq; ro. puincias infestabāt, etiā tēpe Targnij Prisci & āte, sed q; s in galliā ro. puinciā rebꝰ ro. florētibꝰ fecerint excursiōes, lōgū esset narrare, quę & supra narraui, Oprie claudianꝰ ad Siliconē uādalū de germanis, ingētia quondā, Nomia crinigero flauētes ꝟtice reges, Qui nec principibꝰ, donis precibusue uocati, paruerint, iussi properāt segniq; uerētur, offendisse mora

idem Claudianus, Vlla ne posteritas credat germania quondam, Illa ferox, populis quæ uix instantibus olim, Principibus tota poterit cum mole teneri. Iam sese placidam præbet Stiliconis habenis, Hęc omnia ideo hic dixisse uolo, ut intelligatur Germanos cum Ro. nõ pro libertate sed, ꝓ dignitate & imperio decertasse, nam ꝙ Drusus & is solus aliquãdiu partiũculã Germanię in prouinciã redigere est annixus, ꝓpterea iuxta Bingiũ ut cahũt nr̃æ historię tandẽ belligerãs occubuit, & subactã partẽ breui Quintilius Varus exercitu ad internitionẽ ceso amisit.

ROMANI SAEPIVS A GERMANIS PACEM ET AMICITIAM pecunia mercati sunt, & Germani cõtra illos sæpius gloriosissime triumpharunt.

¶ Caput Octauum

Absit a germanis ꝙ Ro, rerũ potitos timuerint, dum ecõtrario Ro. pacem ab eis & amicitiam multa pecunia emerint Claudianus de germanis Illi terribiles, quibus ocia uẽdere semp, Mos erat & fœda r̃quiẽ mercede pacisci. Et alibi dicit Qui nec principibus. donis, precibusq; uocati, Parueranr &c. nunc sub Stilicone scilicet ut mẽs est Claudiani, sponte sua ueniũt uerum est Claudiane, sed Stilico nõ ui sed maximis pollicitationibus suã nationẽ, quia & ipse Vandalus & Germanus fuit, germanos in suas partes traxit, ꝙ si dixerit Romãus Claudianũ in adulationẽ Stiliconis hęc falso dixisse, bene est si mentiũtur poetę & scriptores Ro. cũ in rebus historicis, & gestis de eorũ inimicis egregia dicũt. O quot mẽdacia instruũt, dũ pro Ro. loquũtur, quãtum assentãtur, quoties supplantãt ueritatẽ, adeo ut omnem eorũ historiam pro nugis & fabula habẽdam & legendam existimẽ, Atq; piamus historiographos nõ poetas, & inueniemus Iuliũ cęsarem fœlicissimũ Ro. in bellis germanis quos armis uincere non potuerat, in amicitiam susceptis Pompeium atq; Oriẽtem uicisse, Germani item sub Augusto usq; ad Variana cladem, sub Tiberio, Caligula, Claudio, Nerone Galba Vitellio. maximis beneficijs affecti ad custodiam cæsarei corporis uigilabant, Otho etiã imperator multis modis studiosissime ꝙ teste Tacito germanicũ exercitũ lenire studebat, sicuti & Vespasiani duces. Atq; præter cęteros quorũ res gestæ non usq; quaq; mihi patent, Cõmodus imperator, Aelius pertinax, Seuerus, Aurelius Antonini, Marcus uerus Alexander, omnes hij gratiã & amicitiã germanorũ quęsiuerunt, de quibus dicit Tutor ad ciuilẽ apud Corneliũ, illos omnia ex libidine agere non regi, non iuberi, solisq; pecunia & donis corrũpi, adeo ut Herodianus dicat de Alexandro multa illum a Germanis passum, nec contra illos uncq; superiorẽ euasisse, qui Rhenum Danubiumq; transgressi, Romãos in fines hostiliter intrauerint, tandem pecunias in magna copia illis dedisse, fœderaq; & pacem ab eis mercatum esse. sunt enim, ut dicit Germani auidi pecuniæ atq; nunq; non auro pacem Romanis cauponantur. Idem de Cõmodo dicit, q tamẽ in hoc solo Cõmodus fuisse prædicatur a Romanis, ꝙ fœliciter cõ

tra Germanos pugnauerit, ego credo non bello, sed pecunia eum Germanos non uicisse sed corrupisse magnis premijs germanos illum sibi in amicitiam adiunxisse, quod quidē ut ipse ēfert haud difficile factu fuit. quippe barbari germani scilicet suapte natura pecuniæ auidi periculorū despiciētes, aut in curſibus populationibusq; uictum parant, aut proposita mercede uenalem pacem habent, quod intelligens Commodꝰ ut pecunia quam maxime securitatē redimeret, nihil uidelicet petentibus denegabat, Ex quibus ego intelligo Alexandrum sæpe uictum Comodum pecunia se cōfessum germanæ fortitudini imparem, nec mirum, non enim contra illos tantum, sed contra alios cęsares multo potentiores uictoria potiti sunt. Nam & Iulius fortunatissimus bellator non trans rhenū ubi nihil egregiū gessit, sed in ipsa Gallia cōtra germanos non semel infauste pugnauit, de quo Eutropius ita scribit, Inter tot successus ter male pugnauit apud Arbēnos semel præsens, & a germanis bis absens, nam legati eius Titurius & Aurūculeius per insidias cæsi sunt. Quas clades Augustus acceperit narraui copiosissime in eo libello qui inscribitur Epitome laudum Sueuorū Tiberiꝰ Augusti successor armis uindelicos aggressus ut scribit Campanus, Germanis insurgentibus breui e germania discedere coactus est, neq; quicquā egregium in Germania fecit, & Tacitus dicit in gentes aduersus germaniā Tiberij conatus frustra fuisse, Caligula germanos fugit, fugamq; transmarinam cogitauit. ut alibi dixi ex Suetonio, & quos secum habuit pecuniarū muneribus placauerat, ut dicit Iosephus. Claudius beneficio germanorū in imperatorē prouectus ut Iosephus supra testatus est, Nero & si plusquā tyrannus homo truculētissimus germanos beneficijs prosecutus, eosq; custodes corporis elegit, Galba conspiratione germanorū contemptus cesus est, Otho a germanis per duces uictus mortem sibi ipsi consciuit, Vitelliꝰ beneficio eorum cæsar creatus est. Vespasianus non in germania, sed gallia per ducem suum Cerealem germanis & maxime Batauis & ciuili congressus sępissime uictus est, uariaq; fortuna pugnatum tradit Tacitus tempore cuius exercitus Ro. in Gallia a germanis cæsus hibernaq; legionum capta ut dicit Tacitus libro uicesimo, nec uerum est quod Campanus dicit illum cum germanis a Claudio missum bis & tricies conflixisse, cū britannis enim non cum germanis pugnauit, nam ut Suetonius dicit Claudius unam omnino suscepit expeditionē, eamq; modicam in Britannia scilicet idem Suetonius ita dicit de Vespasiāo, Claudio principe Narcissi gratia legatꝰ legiōis in germaniā missus est, Inde in Britanniā translatus tricies cum hoste conflixit, hoc significantius Eutropius prodit, tricies & bis cū hoste in Britānnia conflixisse Vespasianum, Hegesippus etiā in iij, Vespasianus inquit Britanniam romano imperio armis acquisiuerat, nullā mentionē faciens de germanis. sed quo milite quęso uictor Britanniā subegit germano prēcipue, legatur Tacitus in uita Agricolę, ubi nō obscure inue

mur, me uerum dixisse, Domitianus itē apud germanos exercitū suū incaute perdidit, de quo dicit Tacitus & ea insecura sunt reipu. tēpora, quę si leri Agricolā non sinerēt, tot exercitus in Mysia Daciaq; & Germania Pannoniaq; temeritate, aut p ignauiam ducū amissi tot militares uiri cū tot cohortibus expugnati & capti, nec iam de limite imperij & ripa, sed de hybernis legionū & possessiōe dubitatū, addo Domitianū in capitolio obsessum a Germanis cū Vitellio militātibus fuga salutē quęsisse, cęteros Ro. q cum Domitiano erāt & pſertim magnā partē nobilitatis ut dicit Iosephus una cū capitolio a germanis exustos & deletos, sunt & alij impatores Ro. contra quos germani res fœlicissimas gesserūt, sufficiat tamē florentiores annumerasse, alibi em dixi alios impatores cū germanis uaria fortuna decertasse. Includo postremo, omnes illos impatores Ro. qui germanos etiā cum victoria ut loquūtur sui historici (Iuliū uolo cæsarē Iulianū Cōmodū Maximinū & alios) experti sunt, eorūq; fortitudinē uiderūt, eos tādem in amicitiā recepisse fœdusq; cū eis pcussisse, quod nunq; fecissent, nisi se inferiores animis germanorū iudicassent. nō nulli etiā impatores rebus despatis animisq; & uiribus germanorū inferiores ad diuinūq; auxiliū cōuolantes se a germanis redemerūt Antoninus em uerus diuinitus ut scribūt germanos supat pluuia de cœlo missa, cū fulmina germanos pſequerētur, extant literæ M. Aurelij grauissimi impatoris, quibus illā germanicā sitim christianorū forte precationib⁹ impetrato imbri discussā cōtestatur, Gratian⁹ item apud argentuariā christi fretus potētia ut dicit Orosius uicit Alemānos. Constātius uicit & uictus est.

ROMANI IMPERATORES REBVS FLORENTIBVS SPRETIS alijs nominibus germanicos se a germania deuicta falsonominauerūt, falseq; triumpharūt. ¶ Caput Nonum

Nemo inueniet apud scriptores Germaniā in prouinciā Ro. redactam Drusus porciunculam eius in prouinciā redegit, sed nō māsit adeo ut breui post Romani duce Quintilio uaro suorū sanguine & maxima cede sūt ab illa repulsi, uel potius ibi extincti, lego aūt plurimos impatores se germanicos inscripsisse, q̄s pfecto possum non obscure cōiecturare germaniā nunq; uidisse, sed uel falso titulo gloriatos, uel in gallia alijsq; puincijs parua aliqua strage milites aliquos germanię uel uicisse uel in amicicia recepisse, uel domita modica germaniæ portione mox totam germaniam domitasse gloriatos, raro enim inuenies post acceptam cladem uarianam in germania romanos militasse, adeo ut bene scribat Panegyricus de Maximiano, hic quod iam faso de antiquis imperatoribus putabatur, Romana transrhenū signa primus barbāris gentibus intulit, inde superius probaui rhenum semper fuisse limitem imperij usq; ad inclinationem Ro. rerū, nul

li tamen dubium est semper germanos excursiones fecisse in Galliam, Ro-
manosq; illam suam esse prouinciam contendentes cum eis uaria fortu-
na decertasse, aliquos tantum uolo Probum, Claudium Iulianũ paucosq;
aliosq;, multi enim impatores uel negligentes ut Tiberius uel terrore ger-
manorũ uel in uisceribus Italiæ salutem imperij tueri coacti Galliã negle
xerunt, usq; ad tempera Hieronymi, tũc em nõ ulterius de imperio, sed de
propria salute amissa etiam Italia atq; Roma cogitauerũt. Quam rem ita
deflet diuus Hieronymus in epistola ad Gerontiã, Quis hoc credit (inquit)
quæ digno sermõe cõprehenderet, romã in gremio suo nõ pro gloria sed
pro salute pugnare, Immo ne pugnare quidem, sed auro & cuncta supel-
lectile uitã redimere, quo nõ uitio principũ qui uel religiosissimi sunt, sed
scelere semibarbari accidit, pditoris, qui nostris cõtra nos opibus armauit
inimicos. Idem recẽs factũ est & q; ipsa audisti cum ad stridulę buccinę so
num gotthorum clamorem lugubri oppressa metu domina orbis roma
cõtremuit. ubi tunc nobilitatis ordo? ubi certi & distincti illius nobilitatis
gradus? permixta omia & timore perfusa, omni domui plãctus, & æqua
lis fuit per cunctos pauor. Idem ad eandẽ. Et per annos triginta fracto Da
nubio in medijs Ro. imperij regionibus pugnatur, & quoniam res gestę cę
sarum post Domicianum propter scriptorum penuriam non sunt tã clarę
& note sicut antecessorum, possum iure existimare illos se germanicos ap
pellasse a deuicta tota germania, cum aliquã uel minimã in germanis (cũ
multæ & innumeræ fuerint testibus romanis scriptoribus) nationem uel
in gallijs raro in propriis sedibus clade affecerint, pręsertim cum Tiberius
Claudius, Caligula, Domicianus rebus multo florentioribus germanici
dici uoluerint falso, cęteris titulis quos senatus detulerat, rpudiatis falsoq;
de germanis triumpharint, ut hoc titulo dignarentur, qui erat maximus
apud Ro. (germanos deuicisse qui tamẽ semp inuicti fuerũt) Vnde Mar-
tialis de Domiciano Creta dedit magnum, maius dedit Africa nomẽ. Sci-
pio quod uictor, quodq; Metellus habet, Nobilius tribuit domito germa-
nia rheno, hunc igitur maximum germanici titulum Tiberius falso susce
pit, nam ut supra dixi non solum frustra germaniam petijt, sed & galliã ab
illis inuasam asserere neglexit, Caligula non modo falso titulo usus, sed &
falso de germanis triũphauit (quos fugit & timuit ut supra dixi) unde Sue
tonius conuersus hinc (inquit) ad curam triumphi præter captiuos ac trãs-
fugas barbaros, galliarũ q̃q; procerissimum quemq; ac non nullos ex prin
cipibus legit, ac se posuit ad pompam coegitq; non tantum rutilare & sub
mittere comam sed & sermonem germanicum addiscere & nomina bar
barica ferre. Quem Persius falso triumphantem deridet ultima satyra O
bone num ignoras missa est a cæsare laurus, Insignem ob cladẽ germanę.

pupis & aris frigid⁹ excutit cinis, Domitianus itē de germanis falso triū
phauit, seqꝫ germanicū atqꝫ mensem septembrem immerito nomiauit, de
quo Silius, At tu trāscendēs germanice facta tuorū, lā puer auricomo p
formidate Batauo, Et Frōtinus in primo strategēatū, Impator cęsar Do
mitianus Augustus germanicus eo bello quo uictis hostibus cognomen
germanici meruit, q̄d falso triūpharit testat Cornelius tacit⁹ in vita Agri
colę, Inerat consciētia derisui nup fuisse falsū e germania triūphū emptis
per cōmertia quorū habitus & crines in captiuorū speciē formarent, Inde
q̄ de dacis germanię populis dicit a Domitiano uictis false ex prędictis
dictū deprehendit Idē cū suis in capitolio uictus a germanis atqꝫ capitoliū
exustū est, nihilomin⁹ laudat, ꝓpter capitolij res gestas, & q̄dē supra æthe
ra, Martialis in quinto, Ad capitolini cœlestia carmina belli Grande co
thurnati pone maronis op⁹, nō igit triūphis Ro. credē dū est, ad minus em
semp aliqd mentiūtur, q̄d Strabo in iij. ostē dit his uerbis Polybius ccc. vr
bes celtiberorū a Tiberio Graccho subuersas esse memorię, pdidit, q̄d ri
tu comico Tiberij Gracchi gratia dictū est ab eo q turres, vrbes appellat,
ut in triūphalib⁹ pompis fieri mos est, q̄d ab re nequaqꝫ dictū esse credide
rim, nā impatores & rerū gestarū scriptores ut ornatiora efficiāt negocia
ad hoc mentiēdi genus esterūt, Hinc optime dicit Cornelius tacit⁹ ro. non
germanus, germanos magis triūphatos q̄ uictos esse, hoc est de illis triū
phos & quidē falsos esse actos, nūqꝫ uere uictos, q̄d ad singularē germano
rū laudē, Cæsarū uero infamiā nō parū facit, Claudius etiā dici germani
c⁹ uoluit qui nihil egregiū in germania egit, sed bene a germāis in impato
rē suffectus, sicut & Vitellius qui & ipse germanic⁹ dici uoluit, & filiū ita
nomiauit, nec Nerua laudē est a germania cōsecut⁹, nā āte Traianū ut Pli
ni⁹ in panegyrico ostē dit, cis rhenū & Danubiū aduersa passi sunt romāi,
& Cæsar ipse licet magnifica scribat de rebus a se gestis, in Britānia tamē
parꝫ fecit, de q̄bus Cicero in epistola ad Quintū fratrē de britānicis inqt
reb⁹ cognoui ex tuis lrīs, nihil esse q̄d metuam⁹, nec q̄ gaudeam⁹, Et Cor
nelius in uita Agricolę, dicit primus omniū ro. diuus Iulius cū exercitu Bri
tāniam ingressus, quāqꝫ pspera pugna terruerit incolas, ac littore potitus
sit, potest uideri ostendisse posteris nō tradidisse, Et Panegyricus ad Ma
ximianū dicit, Cæsarē hoc uno gloriari in expeditiōe britānica debuisse
q̄ nauigasset oceanū, Inde dicit Pompeius apud Lucanū in secūdo, Cæsa
rē fugisse britānos dū inqt, Territa quęsitis ostendit terga britānis, Qui
bus ex rebus credo res cęsaris cōtra germanos tenuiores, q̄ ipse pdicaue
rit, præsertim cū & Asinio pollioni & Ciceroni de ueritate suspect⁹ fuerit
cæsar coętaneis, multo minus igitur credo titulis & triumphis recentiore
cęsarū, qui post Traianū & maxime post Cōstānū sibi germanici nomē
arrogauerunt, cum rebus florentibus Romani pari damno cum germa
nis belligerarint, de quibus reb⁹ opto xx. libros bellorū Plinij quę Germa

ni cū Ro.gesserūt,accedat tamen Cornelius testis qui Ro.tamē paucis uer-
bis germanorū fortitudinē inuictamq; animi magnitudinē nō obscure,p
didit sexcēteſimū & xl.annum urbs nostra agebat inquit cū primū cym-
broꝝ audita sunt arma,Cecilio metello ac Papirio carbone cons.Ex quo si
ad alterū impatoris Traiani cōputemus cc.ferme & x.anni colligūtur, tā
diu germania uincitur medio tam longi ęui spacio multa inuicem damna
non samnis,non pœni,non Hispaniæ Gallięue,ne Parthi quidē sæpius ad
mouere,quippe regno arsacis acrior est germanorū libertas,quid em̄ ali-
ud nobis q̄ cedē Crassi ammisso & ipso & ipse Pacoro infra uentidiū de
iectus oriēs obiecerit? At germani Carbone & Cassio & Scauro Aurelio
Seruilio Cepione.M.quoq; manlio fusis uel captis quinq; simul consularis
exercitus po.ro Varū tresq; cum eo legiones etiā cęsari abstulerūt,nec im
pune C.marius in Italia,diuus Iulius in Gallia,Drusus ac Nero & Germa-
nicus in suis eos sedibus perculerūt,inde ocium donec occasione discordię
nostrę & ciuiliū armorū expugnatis legionū hibernis etiā gallias affecta-
uere,ac rursus pulsi inde proximis tēporibus triūphati magis q̄ uicti sunt,
Inde optime alludit Claudianus,Cedāt Druse tui cedāt Traiane labores
Vestra manus dubio quicquid discrimine gessit, Trans currēs ęgit Stili
co,& Baptista mantuanus ad Robertū Seuerinatē,Sed neq; te imbelles In
di,mollesue Sabei,pigmei ue breues rapiūt uerū accola rheni,gens durata
gelu genus insuperabile ferro,Quod toties romam,tum cum ditione pre
mebat Europę libyæq; urbes Asiamq; minorē,terruit,hij superant Par-
thos Thracumq; furores.Quos martē genuisse ferūt,hij spicula torquēt,
penthesyleea non inferiora securi.

PROPTER SCRIPTORVM PENVRIAM GERMANORVM
res pręclarissime gestę uenerūt in obliuionē,Romanorū aūt creuerūt,pp-
ter adulationes & mēdacia scriptorū. ¶ Caput decimum

Cum igitur nullū scriptorē uernaculū habeamus nos Germani,qui res
nostras immortalitati cōmendaret,quas tātum colligere cogimur ex illis
historicis qui nunq; nos ex proposito laudāt,dū semper partē aduersam
fouerint,cui dubium res nostras fœliciter & fortiter gestas fuisse illustrissi
mas & amplissimas,si tēpore rerum gestarū nostri illas in cōmentarios sal
tem redegissent,præsertim cum obiter hinc Inde ex scriptoribus alienige
nis non pauca inueniamus,unde germani sint laudatissimi,proinde si athe
niensium ut dicit Salustius res gestæ satis amplæ magnificæq; fuerunt ue
rum aliquanto minores q̄ fama feruntur,sed qa q; puenerint ibi scriptorū
magna ingenia per terrarū orbem atheniensiū facta pro maximis celebrā
tur,q; eorū qui ea fecere uirtus tanta habeatur,quantū ea urbis potuere ex
tollere præclara ingenia optime intelligitur res Grecoꝝ & Ro. haberi am
pliores scriptorū copia q; sint,nostras uero multo minores dū nemo illas
non dico extollere & magnificare,sed ne pro meritis quidem narrare stu

k

duerit Qua in re cōsolatur me qui idem conqueritur contra Appionem grāmaticū alexandrinū Iosephus. Græcos uero & Ro. inquit qui militiā secuti non sunt, figmētis, & adulationib⁹ captos res gestas nescire, atq; historias ausos eas inscribere, q; præter hoc quod nihil sanū referūt, etiam de proposito decidisse, nam dum Ro. uolunt magnos ostendere Iudęorū (& ego addo pariter aliorū) res extenuant, & in humilitatē deiiciunt, Qui uero prēsto fuerint. aut Romanorū obsequio, aut odio, Iudęorū atq; externorū cōtra fidē rerū falsa cōfirmasse, scriptis aūt eorū partim accusationē partim laudationē cōtineri, nusq; uero exactā fidē reperiri historię, Alios item non q; rebus interfuerint, sed uana & incōgrua narrantiū sermonib⁹ auribus colligētes oratorū more perscripsisse, ex quibus omnibus relinq; iudicio eruditorū quanta iniuria rebus nostris fuerit facta, per eos qui adulationibus studentes mendaciter facta nostra extenuauerunt. Et ut dicam quod sentio, tanta impudentia fabulosisq; figmētis effundūtur passim omnes fere historici tam ueteres q; recētiores, ut nullo certo auctore (ut utar uerbis Catonis) aut ratione, sed per solam insaniam fabulētur, adeo, ut nuper quidam doctus uir mihi dixerit, omnes historias tam Græcorū q; Romanorū sibi uideri nec aliter habendas nisi fabulas, de græcis eorūq; fabulosis historijs adeo conuenit, inter latinos, ut & poeta Iuuenalis dixerit fabulas, quicquid Græcia mendax audet in historia, de latinorū quis dubitet fabulis, cum Titus Liuius, & Cæsar præcipui inter historicos grauissimis uiris uideātur multa parum integra ueritate in suis libris perscripsisse Philostratum Eusebius fabulosissimū, Cornelium Tacitum Tertulianus mēdacissimū uocat, ille ipse Cornelio. & Orosius, & Strabo & Iosephus multorum latinorū mendacia redarguūt. Vopiscus dicit neminē historicum non aliquid mentitum esse. De recentioribus ego plus q; uno in loco locutus sum, Itali omnes fere recentiores & præsertim Veneti de germanorū populis & gestis scribentes fabulantur, & ipse Sabellicus homo doctus & quem ego alioqui admiror & colo, in reb⁹ germanicis siue fauore, siue q̄d magis credo, aliorum temerariæ iactantiæ futilibusq; prædicationibus indulgens, sæpe multum errat a re gesta, & prēsertim in bellodu cis Sigismūdi austriaci contra Venetos, in quo Veneti omnibus in locis, atq; cōgressi omnibus cesi atq; profligati prædicantur ab illo rerum prospere gestarū, de quibus rebus alibi plura scribam.

BONIS ANIMI ET CORPORIS GERMANI CVNCTIS NATIONIBVS EXCELLVNT, & primū fide. ¶ Caput Vndecimum

Si igitur scriptores rerum ex adulatione aut odio maxime scripserunt, ut ostendi ex Iosepho, qua laude celebrādi ueniunt Germani, si ex illis ipsis eorumq; testimonio, non uernaculorum, bonis animi & corporis cunctis gentibus præstitisse prædicabuntur, quis non laudandos existimet? quis

non cunctis mundi nationibus anteponet? Loquantur igitur externi & primum quæ Germanorum fides fuerit explicent, si prius dixero illis magnam fidem haberi qui custodes, soli, & præ cæteris cæsarei corporis habẽtur, hos enim habuit Augustus ad cladem usq; Varianam, hos cæteri, Suetonius de Galba. Item germanorũ (inquit) cohortem a cæsaribus olim ad custodiam corporis institutam, multisq; experimẽtis fidelissimã dissoluit ac sine ullo commodo remisit in patriam, Idem de Claudio germanorũ legatis in orchestra sedere permisit simplicitate eorum & fiducia motus, dicebant enim legati ut est apud Cornelium Tacitum, nullos mortalium armis aut fide ante germanos esse, quod comiter a uisentibus exceptũ, hic autem dicit non de Claudio sed Nerone. quodrem nihil ledit Cai Caligulæ (ut dicit Suetonius & Iosephus libro xix. antiquitatũ) Corporis custodes germani, non nullos ex percussoribus illius, quosdam etiam senatores innoxios interemerunt Agrippina mater Neronis custodes corporis germanos habuit, ut dicit Cornelius & Aurelius Antonius (ut dicit Herodianus) & ut idem dicit Maximinus potissimum fidei germanorum confidebat, quos solos, ppter summam fidelitatẽ percussores illius uindices timebant Cum etiam omẽs milites & natiões recederẽt a Vitellio soli germani ad finem usq; uitæ fideles manserunt. Ita etiam cum Galba ęgerunt, quem cum per tumultum iugulandum audirent, soli ex omibus militib⁹ ut dicit Suetonius in auxilium aduolauerunt, sed serius itinere deuio per ignorantiam locorum retardati, ultimi recesserant etiam a Nerone ut dicit Tacitus Caratalla etiam imperator aquodã Martiale occisus per germanos suos equites uindicatus est, percussore m em fugam molientẽ multis uulneribus confecerũt, illis usi sunt & alij, unde non obscurũ est fide germanos ante omnes mortales fuisse, sicut & hodie sunt Romæ apud cardinales, quibus plus confidunt q̃ uernaculis.

GERMANI ANIMI MAGNITVDINE ET FORTITVdine cunctis gentibus excellunt, auctoritate illustrium scriptorum

¶ Caput Duodecimum

Seneca libro primo de ira, Germanis quid est animosius, quid in cursu acrius? quid armorum cupidius? quibus innascuntur innutriuntur q̃, quorum una illis cura est, in alia negligentibus, quid induracius ad omnem patientiam? ut quibus magna ex parte non tegimenta corporũ prouisa sunt, non suffragia aduers⁹ ppetui cœli, rigorẽ. Idẽ de breuitate uitę dicit germanos ferocissimas gentes, & libro sexto naturalium, auidam gentem belli Cornelius libro uicesimo. Germani ęto bello gens. Cicero in oratione de prouinciis consularibus contra Pisonem dicit acerrimas germanorũ nationes. Vopiscus germanos omnium gen

164

tium ferocissimos uocat Titus Liuius bellicosos teutones Lucan⁹ dicit Albis & indomitũ rheni caput. Hieronymus ad Suniam & Fratellã bellicosa germanorũ pectora uocat, Orosius germanos fortissimas natiões li vi. & Galli apud cæsarẽ libro primo ita loquũtur de germanis, qui ingenti magnitudine corporũ germãos incredibili uirtute, atq; exercitatiõe in armis esse prędicabãt, sępe numero sese cum his cõgressos ne uultum quidẽ atq; aciem oculorũ ferre potuisse, & in eodẽ libro Ario iustus rex dicit cęsarẽ intellecturũ quid inuicti germani, exercitatissimi in armis uirtute possent Agrippa ad Iudęos ut scribit Iosephus, quis uestrum (inquit) non audiuit multitudinẽ germanorũ, uirtutẽ quoq; & magnitudines corporũ ut arbitror sępe uidistis, sed illi quidem ita ingentẽ spaciis regionẽ incolentes spiritus autẽ maiores corporibus gerentes & animã quidem cõtemptricem mortis, indignatiões aũt uehemẽtiores feris &c. Iosephus li. xix. antiquita. dicit germanos impetu primo quibuscũq; cõgressus hostibus pręualẽtes Iosephus libro. ij. de bello uos ne ditiores gallis? fortiores germanis. Cornelius li. xix. duces Vespasiani germanicarũ legionũ uim extollebãt, & famam in eodem simul uirtus germanici exercitus extollebatur

GERMANI APVD RO. SEMPER IN PRIMA ACIE CONSTItuebantur. ¶ Caput Tredecimum

Singulare argumentũ est fortitudinis germanorũ ꝓ ro, semper illos in prima acie contra hostes locauerũt, ut puta inuictos & qui prę cæteris fortissime inimicorũ impetũ sustẽtarẽt atq; infringerẽt, ita fecit cæsar in Hispania contra Afraniũ primes trans flumen Sicorim germanos contra hostes mittit. Testis est liber eius primus de bello ciuili. & Hirtius in additiõe gallici belli cæsar germanos equites summę uelocitatis homines ad castra hostiũ ꝑmittit Maximin⁹ etiã impator ut ait Herodian⁹ li. viij. Germanos auxiliares asciuerat. quoscq; etiã precipue hostibus opponere consueuerat. ut primos scilicet impetus exciperẽt feroces audacesq; initio pugnæ uiri. Ecce cum quibus prius dura pręlia & ancipitia gesserat, nunc expertos in amicicia recipit, atq; in primã aciem cõstituit, quoniã audẽtissimos esse nouit. Et Cornelius li. xix. Sido atq; Italicus sueui reges cum delectis popularium primori in acie uersantur, dum contra Vitellianos Vespasiani duces pugnabant.

GERMANI ROBOR, EPROCERITATE ATQVE PVLCHRItudine corporũ, cũctis gẽtibus antecellũt ¶ Caput xiiij.

Columella li. iij. agricul. loquens de natura. Germaniã inquit decorauit altissimorũ hominũ exercitibus, sed & alias gentes non in totum defraudauit, prępcipue staturę uiris & nuper ipsi uidere potuimus iudęę gẽtis proceriorẽ celsissimo Germano M. Manilius li. iiij. astronomicon. Flaua per ingentis surgit Germania partus Egesippus li. de germanis, qui magnitudine corporum & cõtemptu mortis cæteris ualidiores, Cornelius in xx. ger

manos fluminibus ſuetos leuitas armorũ & pceritas corporũ attollit. Et
cæſar in primo ingenti magnitudine corporũ dicit eſſe germanos, & Titꝰ
ad Iudęos teſte Ioſepho libro vij. de bello. ſed uiribus corporũ freti, at qui
ſcitis nobis ſeruire germanos Ioſephꝰ li. xix. antiqui. dicit germanos robu
ſti corporis gentẽ, Hieronymus in uita Hilariõis de quõdam Franco ger
mano, namq; candidatus Conſtantii imperatoris rutilus coma, & cãdore
indicãs prouinciã, Idem ad Suniam & Fretellã germanos Getarũ rutilus
& flauus exercitus eccleſiarũ circũfert tentoria. Herodianꝰ dicit nuda ger
manorũ in bello capita & pręgrandia corpora Egeſippus dicit germanos
magnitudine corporũ & contemptu mortis cæteris ualidiores Iulius Fir
micus germani candidi Pomponius mela de Germania. Qui habitãt im
manes ſunt animis atq; corporibus Solinus de eadem terra frequens popu
lis numeroſis & immanibus. Hirtius in additione gallici belli, germanos
equites ſummæ uelocitatis homines ad caſtra hoſtium pręmittit cęſar, Im
maniſſimas germanorũ gentes dicit Cicero contra Piſonem

GERMANI FVERVNT LIBERI SICVT HODIE SVNT

¶ Caput decimumquintũ

De libertate germanorũ non eſt opus multa dicere, propterea q̃ ex ſu
perioribus conſtat rhenum ſemper fuiſſe limitẽ ro. imperii ſi optime cum
ro. agebatur, germanicq; quieti intra ſuos fines remãſerint, quod raro ſub
pauciſſimiſq; imperatoribus contigerat, & q̃ tam formidabiles ro. fuerãt
illoſq; imperatores ro. tam delicate fouerant, nihilominus & ſcriptores li
bertatẽ maiorũ produnt, & pręſertim Tacitus qui ait, regno Arſacis acri
or eſt Germanorũ libertas, & Tencteri germani apud eundem ad Vbios
in hunc modum loquũtur, rediiſſe uos in corpus nomẽq; Germanię, com
munibus deis ſed pręcipuo deorũ Marti grates agimus, uobiſq; gratula-
mur q̃ tandem liberi inter liberos eritis, Idem teſtatur Batauos q̃uis no-
bis tranſrhenanos tributorũ expertes, quibus rebus poſſumus non obſcu
re intelligere Germanos tranſrhenos a ro. in amicicią non ſeruitutem rece
ptos. & Egeſippus dicit fluẽta rheni uſq; ad mare liberas gẽtes inhabitaſſe

GERMANI NOBILISSIMI ¶ Caput xvi.

De nobilitate non plura dicã, propterea q̃ Cãpanus eam rem pulcher
rime ſit executus, dicam tamẽ omnes fere totius Europæ non modo nobi
liores, uerum etiã regum familias e germania ortũ auſpicari, nec poſſum
ſatis ridere quorundã germanorũ neſcio uanã arrogãtiam an imperitiã
dicam, qui dum ſe nobiles oſtendere uolũt (cõfiſi cuidã non dico hiſtoriæ
ſed fabulę quæ ſueuorũ nobiliũ originẽ mentitur a Curio imperatore qui
nullus unq̃ fuit) ad Romanos ſuam originẽ referũt, nam nulla familia eſt
in tota Germania, quæ ut multos dicam octingentos annos ſuam familiã
dũraſſe probare poſſit (ſcriptorum atq; monumentorum inopia) intra q̃s
annos & ultra etiam non ſolum nulla nobilitas romę fuit, uerũ etiam col-

165

luuies ex diuersis nationb⁹ sine dignitate, auctoritate & nobilitate & plus
ierui q̃ liberi dicendi, immo seruo seruorum subiecti, atq; hij qui ex Ro-
ma ad nos ducti sunt, captiui fuerunt, nulloq; honore dignati, eo.q; prop
er aliquod facinus prauum fuerint relegati, quare Italorum illustrissimę
etiam hodie & patrum nostrorum memoria familiæ nobilitatem germa
norum scientes omnes fere nobilitatem suam trahere uolũt ex germanis.
Aut si ad antiquissimos Romanos ascenderis, inuenies auctores. Ro. latro
nes & prędones, si ulterius ad ęneam & Troianos, inuenies eos qui incolu
mes a troiano incẽdio superfuerũt fuisse proditores. Si uis igit̃ Germane
tuos maiores esse nobilissimos, nõ eos ad Romanos referas, apud quos nõ
tam natalium claritudo, q̃ uirtus hominum humilimorum locũ habuit,
Sed ad ueteres germanos apud quos solos syncera est nobilitas, & fuit eti
am antiquissimis temporibus, a quibus si te propagatum esse declaraueris
nobilissimum iudicabo. Ante enim natiuitatem Christi tantus fuit respe-
ctus syncerę natiuitatis, ueterisq; propaginis nataliumq; clarorum, qualis
hodie, quod alijs gentibus non contigit, quæ mores & nobilitatẽ forsan
melius & fœlici⁹ inspicere consueuerũt.

GERMANIA CVLTA ET FERTILIS ¶ Caput xvij.

Cornelius Tacitus. Seneca, alijq; non nulli scriptores. Germaniam bar-
baram terram sterilem infœcundamq; omnino scribunt, tristem, & incul-
tam, Quam si hodie uiderent nihil illa cultius dicerent. Cuius si primum
homines uiderent, cultosq; mores religionemq; coniunctam cum huma-
nitate & eruditione, dicerent commutato ordine Græciam in Germaniã
commigrasse, sed non est præsentis loci multa de his rebus loqui, cũ alibi
fecerim, si urbes, arces & ædificia, nihil illis pulchrius, magnificentius atq;
munitius iurarent. Agri autem germanici & segetum omnigenarum tã
ta fœcunditas ut nihil ad cereris & uini usum desit omnino, Terra sine no
xijs serpentibus, bestijsq; uenenatis, herba copiosissima campiq; maxime
pascui. Vnde mitium pecorum multitudo innumerabilis educitur, siluæ
etiam omnis generis arborum non parum oportunitatis ad omnia opera
& ædificia conferunt, adeo ut culta omnia atq; inculta uel sint fructibus ple
na, uel gregibus opportuna ut nulla pars terrę neq; inuia sit neq; ab usu ho
minum remota, sed operosa sint omnia & utilia, habetq; regio ipsa nõ uno
in loco latices calidarum aquarum sanandis morbis opportunos, omnis
item generis metallorum fœcunda. & ut in summa dicã, nihil in ea uel as-
perum uel triste uel inuium, sed omnia culta aperta florentia, atq; ideo cæ
teris regionibus fœlicior, q; neq; sit Austrinis obnoxia feruorib⁹, neq; ar
ctois nimiũ subiecta frigoribus, ut neq; noxio atq; pestifero calore, in ęsta
te cõficiatur, neq; asperiori hyemis gelu tabescat, sed media quadã tẽperie
atq; clemẽtia aeris iustã p̃beat & salubrẽ homibus habitationẽ. & licet ar-

ctoo plus exponat frig⁹, tamē tolerabile est & hinc multo salubrior, inde corporib⁹ hoim & ppagādis gentibus aptior, cq̃ meridionalis regio, quæ q̃ est vicinior solis feruori, eo plus morbis redundat pestiferoq; aere

DE ANTIQVITATE GERMANORVM ¶ Caput xviij

Ioseph⁹ Iudęus respōsurus Appioni grāmatico Alexādrino dicit de vetustate iudeorū nihil esse scriptū, cq̃uis oim uetustissimi sint, ob eā rē q̃ iudęi neq; maritimam regiōem habitēt, neq; mercimonijs se exercuerint, q̃rū cōuersatio cū gręcis remotior fuerit, nihil offerebat in ātiqs tēporib⁹ q̃d pmixtionē gręcorū illis faceret, sicut ęgyptijs mercimonia, q̃ ab eis reijciūt, & ad eos rurs⁹ introducūt, Atq; hoc idē circa Europā cōtigisse, quādo de romanorū ciuitate tā lōgo tēpore adepta potestate tantasq; causas belli cōficiēte, neq; Herodot⁹ neq; Thucydides, nec ullus q fuit cū istis fecit aliq̃ mētionē, sed sero tandē et uix ad gręcos potuit eorū cognitio pueniré, de Galathis em̄ & Hiberis sic ignorauere, hi putāt subtilissimi cōscriptores, quorū est Ephorus ut unā ciuitatē esse arbitrarēt hyberas, qui tantā partē hesperię terrę noscunt inhabitare, q̃modo ergo mirari decet, si neq; nostra gens plurimis erat certa, neq; ad scribendū de se aliq̃ dedit occasionē, hec ille, Cū q̃ ego pariter dicere possū si romani ppiores (taceo de gallis & hispanis) fuerūt ignoratia gręcis, quāto magis nostros non celebratos a gręcis credendū, ppterea q neq; mercimonijs illos adiuim⁹, neq; maritimā regionē habitamus, nisi forsan Cymbri germani quorū ppterea res clarissimę sūt & uetustissimę, celebratę nō tā a Strabone & Plutarcho q̃ Aristotele atq; ipso etiā Homero, q̃rū res gestas uetustas atq; expeditiōes in diuersas regiones Strabo plurib⁹ in locis commemorat, adeo ut gręcos olim gallos, Boios, Illyricū, Romanos, & Hispanos uicerint, Hæc gens em̄ ut Strabo inqt diu secūdis reb⁹ olim usa est, & ut idē dicit, Cymmerij q a gręcis ita dicunt, a nobis cymbri olim potentiā in Bosphoro maximam habuere, a quibus & cimmericus Bosphorus appellatus est, militię suę monumenta relinquentes, qui & militiā agitauere usq; ad mę.otida paludem, atq; traiecto etiam Bosphoro ad Ioniā usq; terrā decursarunt, sardibus captis & magnetū gente a treribus quę etiā gēs est cymbrorū fūditus deleta, hęc multo ante vrbē conditā facta sunt Tandē romāis florētib⁹ ut dicit Liuius li.lxiiij. Cymbri gēs uaga populabūdi in Illyriciū uenerūt, ab his Papiri⁹ Carbo cōsul cū exercitu fusus est, & libro lxv. Maiunior sillanus consul aduersum cymbros infœliciter pugnauit legatis cymbrorum sedē & agros in quibus consisterent postulantib⁹ senatus negauit, Et libro lxvij. C. Aurelius Scaurus legatus Con. a cymbris fuso exercitu captus est & occisus ab ijsdem, C. Manlius & Q. seruili⁹ cepius pro con. victi pręlio castrisq; binis exuti sunt octingenta millia militum occisa calonū um ac lixarum quadraginta millia Cymbri item uastatis

omibus qui circa rhodanũ & pyreneũ sunt per saltũ in Hispaniã trãsgressi, ibicq; multa loca populati a celtiberis fugati sunt, reuersicq; in galliã bellicosis quidẽ se teutonis cõiunxerũt, Cęsar itẽ in primo li: cõmentariorũ & septimo dicit, cimbros totã olim galliã occupasse (exceptis Belgis q eos suis finibus phibuerũt ut dicit Cęsar) gallosq; in oppida cõpulsos, tantã inopiã passos, ut eorũ corporib⁹, qui ętate ad bellũ inutiles uidebant uitã tolerauerint, Iterũ Liuius li. lxviij. Cimbri repulso ab alpib⁹ fugatoq; Q. catulo procon, qui fauces alpiũ obsederat, & ad flumen athesim castellũ editũ insederat, reliquerat ubi uirtute sua explicata fugientẽ procon. exercitũq; p̃secuti in italiam traiecissent, tandẽ iũctis eiusdẽ Catulli atq; Marij exercitib⁹ uicti sunt Romę etiã Tarquinio Prisco regnãte, ut dicit Liuius li. v. primę deca dis alia manus germanorũ uestigia priorũ eodẽ saltu, fauẽte bellouesso cũ transcendisset alpes, ubi nũc Brixia ac uerona urbes sũt loca tenuerũt, Brixiãq; a germanis conditã, vult Liuius Policratusq; bergomũ, ubi alij gallos senones dicũt q̃s sueuos germanos dicere debuerãt, ut postea probabo, Ex quib⁹ quidẽ uerbis Liuij ego non obscure colligo senones sueuos & cimbros germanos una cũ gallis romã incendisse, atq; postea in gręciã transisse, germani em̃ illi secuti sũt illos quos gallos senões dicũt, ante em̃ nec germani in Italiã transcẽderũt, adeo ut nõ bene diceret Liuius uestigia priorũ secutos germanos in italiã uenisse, sanis igitur & irrefragabilib⁹ persuasionibus ostẽdã illos senones fuisse sueuos & germanos & cimbros, Nã Cimbri prę̃sertim Mediterranei & senones nõ longe a se inuicẽ sedes habuerũt, nã ut dimittã alias rationes quas dixi in oratiõe ad Maximilianũ Cęsarẽ, si unũ diui Hyeronymi testimoniũ adduxero, q dixit galathas, ppriã linguã eãdẽ pene habere cũ Treuiros, si hoc uerũ q̃s nescit fuisse germãos? dũ Ammianus Marcellinus qui lõge ante Hieronymũ sub Iulião floruit Coloniã Agrippinã & Treuerim germanos vrbes germanię prodiderit, Accedat etiã testis Diodorus siculus gręcus lib. vi. Tradũt (inquit) eos qui priscis tẽporibus omnem ferme Asiam discurrentes Cimerii dicebãtur, ipsos esse qui paulo post corrupto nomine Cimbri sunt appellati. Iam prisco more dant latrociniis operam, rapientes alienа, cæteris omnibus contemptis, hi sunt qui roma capta cum delphici Apollinis templũ spoliassent, magnã Europę partẽ nõ paruam Asię tributariam fecere, agris eorũ quos subegerant possessis, qui in græciam transierunt gallo gręci sunt nominati, postremo plures magnosq; romanorum exercitus attriuerunt. Concordat Diodoro Lutius florus inquiẽs, galli Senones quondam ab ultimis terrarũ oris cum cingerẽtur omnia oceano ingenti agmine profecti. præsertim cum & alibi dicat Cimbros atq; Teutones ab extremis gallię profugos, cum terras inundasset ocean⁹, uenisse, ex quibus uerbis hic Cimbros, illic Senones gallos ex inundatione oceani & ex ultimis oris eandem gentem intelligere possumus, prę̃sertim cum etiã

hic ex finibus Gallię cimbros & Teutones uenire dicat, nec obstat q̃ dicũt gallos & nõ germanos, Nam ut dicit Volateranus, gallos omnis ac germanos uno uocabulo ueteres græci celtas romani gallos uocauere, Nam & germaniam comatã galliam dicebãt, insuper cum græcis tẽpore Senonũ transitus in eorũ prouinciã, nec germania, nec gallia fuerit cognita ut supra etiã Iosephus innuere uisus est, nominauerũt illos gallos uel galathas idest candidos & albos, a colore enim illos nominauerũt, ut omnes scriptores consentiũt, qui aũt plus q̃ germani galli hoc est candidi dici mereantur, nouerunt pueri, dum hodie inter francigenas olim ex germania profectos monstri loco habeatur albus francigena, & hoc adeo uerum est, ut cũ sequẽtibus tẽporibus galli priores uel potius germani in Græciã profecti colore similes essent germanis, quos græci iam nouisse cepersũt, dixerunt nostros germanos quasi fratres gallorũ siue galatinarũ ꝓpter colorẽ & corporum proceritatẽ, ob candorẽ em̃ Diodorus siculus germanos galathas uocans li. vi. inquit. Rhenus quẽ nostris diebus C. cæsar põtibus miro modo iunxit pedestribusq̃ copijs traductis galathas ultra Rhenum habitãtes in potestatẽ redegit, sed & latini propter ꝓpinquitatẽ gallorũ etiã germanos uocitauerũt gallos, Nam Orosius dicit li. v. C. Manlius & Q. Cępio procon. aduersus Cimbros & Teutones tigurinos & ambronas gallorũ gentes missi sunt, Et Florus dicit ut supra ostẽdimus. Cimbros & Teutonas omniũ testimonio germanos ab extremis Galliæ profugos, cum germanis si proprie loqui uoluisset dicere debebat. Et Salustius in Iugurta. dicit per idem tempus aduersum gallos ab ducibus nostris P. Cepiõe & M. Manlio male pugnatũ est, quos palã est uictos & fusos a teutõibus & Cimbris nõ gallis. Inde dicere debuit cum germanis. Ro. pro salute nõ pro gloria certare, nisi nomina cõmisceret &c. præterea Strabo argumentũ relinquit Brennũ gallorũ siue ducem siue regem non fuisse gallum, Brennum a quibusdam Prausum appellitatũ. At enim (ut inquit) neq̃ Prausos ipsos quas terras prius habitarint dicere possumus. nec credo ut finẽ faciã Gotfridum Viterbiensem chronocarium nulla ratiõe uel auctoritate suffultũ tam aperte Brennum & senones Sueuos dixisse, non aũt opus est memorare res gestas Brenni & Senonũ, quas tot scriptores suis complexi sunt libris, dicam tamẽ illos in Italiã uenisse Ro. apud aliam uicisse. Romã incendisse, & una gentis portione in Italia dimissa illyrios peragrasse Pãnonios subiugasse, Græciam atq̃ Macedoniã deuastasse, spoliato etiam famatissimo delphico Apollinis templo in Asia, tandem aliquas cõsedisse seq̃ gallogræcos nominasse, propter commixtos inter eos græcos, senones autem ut alias dixi galli a senonibus Sueuis, sicuti plæriq̃ galli a germanis nomẽ accepisse uidentur.

CAPVT XIX. FRANCI, BVRGVNDIONES, GOTTHI Vandali, Gepidę, Rugi, Heruli, Turcilingi, Longobardi, Normāni, Picti Quadi, Scoti, Angli, Sueui, Saxones, omnes Germani sunt, contra fabulas quorundam

¶ Germāia & tota plaga septētriōalis, q̃to magis abest a nimio solis feruore, tanto est salubrior animātibus, atq; ꝓpagādis homībus aptior, atq; laboriosior, pulchritudinicq; corporū atq; ꝓceritati cōueniētior, sicuti ecōtrario, regio meridionalis ab nimio solis ęstu, pestilens, gignēdisq; hominib⁹ min⁹ idonea, unde fit, ut dicit Regino monach⁹ ut tātę populorū multitudines arctoo sub axe oriātur ut nō immerito uniuersa illa regio Thanai ten⁹ usq; ad occiduū, licet et ꝓprijs loca in ea singula nuncupātur noibus, generali tamē uocabulo Germania sæpe nominetur. Multę quoq; pro eo q̃ tāta mortaliū prouentus in ea germinet, quātos uix alere sufficit, frequēter gētes eius sint in exteras terras progressę, quę nō minus Asiam & Africā q̃ Europā uarijs tēporib⁹ & locis affixere Testātur hoc urbes ubiq; in Europa dirutę per totū illyricū Galliāq;, sed maxime miseræ Italiæ quę pene illarū omniū est gentiū ex perta seuitiā, ut idē monachus testatur, uixit aūt circa annū domini m.cccc.& ij. qui nō obscure ostēdit has omēs gētes Gothos, Vandalos, Alanos, Gepidas uel gipedes, Rugos, Herulos, Normannos, Turcilingos. Lōgobardos. Sueuos, Saxones omēs origine esse germanos &, Berosus Hunū a quo Huni ueniūt in arbore germanorū ponit, nec obstat q̃ plurimi scriptores gręci & latini ex Scythia aliquos ꝓgressos narrent. Primū quia teste Strabone in septimo libro romanis etiā rebus florētibus, multo magis græcis Germania trans albim omnino incognita fuit adeo ut Gotthos Lōgobardos & alios ex Scādinauia, Gotthia & alijs locis apud Ro. incognitis ueniētes ex Scythia, idest ex terra romanis incognita uenisse credāt, maxime cū in Germaniā teste Plinio Scythia usq; quaq; excurrat, ut in iiij. testis est dicēs Scytharū nomē usq; quaq; trāsit in sarmatas atq; germanos, sed hac potissimū causa decipiū.tur scriptores recentiores dū ex Scythia egressos dicāt, quod græci scriptores teste Strabone in undecimo uniuersos, septētrionales olim scythas & celtoscythas appellabāt, Sunt igitur germanę quas dixi gentes, de burgūdionibus ac Vādalis nulli est dubiū, qui saltē Pliniū & illustres historicos legit, de alijs etiā non est apud eruditos dubiū, nisi de Francis, gotthis, & lōgobardis, de quib⁹ nūc luculentius loquar, Primū ut de gotthis loquar Tacit⁹ ante omēs in historia germanica gotthinos in germanis ponit, sicut hodie Gotthia siue Gotlandia est insula maris germanici, & Ablauius gotthus genus suū ex insula germanici maris prodijsse narrat Atq; Iordanus gotthus historicus ex Stādia gotthos exisse refert, in qua mirę magnitudinis insula teste Plinio Gotthia & aliæ insulæ repositę sunt, q̃ si quis dicere uellet gotthos ante getas dictos nihilominus germanos diceret, quod Hieronymus ꝓbat ad Suniā & Fretellā, dicēs uere in uobis apostolicus sermo & ꝓpheticus cōple-

tus est in omnē terrā exiuit sonus eorū, & in fines orbis terræ uerba eorū, quis hoc crederet ut barbara getarū lingua hebraicā quęreret ueritatē, & dormitātibus immo cōtendētibus grēcis nostra Germania spiritus sancti eloquia scrutaretur, lōgobardos ego alibi dixi ex sueuis descēdisse, q̄ Cornelius Tacitus eos inter Sueuos ponat sicut & Anglos, alij autē nostrates scriptores ex Scandia siue Scādinauia uenisse uolūt, & prius Vuimulos fuisse dictos, a lōgis aūt barbis ut hodie Germanus dicit lōgobard, longābarbam nomē accepisse. Vnde Guntherus Alemānus li. ij. de gestis Fœderici cęsaris loquēs de lōgobardis, Hanc olim bello quā stanzia miserat hostis, Dicit a lōgis ea Lōgobardia barbis. At Sueui ueteres nō lōge a Scādia suos fines habuere, q̄ igitur ex germanis uenerint Tacito nostratib⁹ q̄ chronocarijs, pdentibus nemo hactenus repugnauit, nisi nunc quidā ponticus atq; Calepinus uocabularius qui dicit mixtā esse gentē ex lingōibus germanis & bardis gallis non a lōgis barbis, ut solēt docti uiri ridere, ut dicit Calepinus. Vnde hæc somnia precor? unde hallucinatiōes? qua auctoritate suffulti? quis unq̄ audiuit lingones in Germania fuisse Gallię celticę gentem, aut quis audiuit aliquā fecisse expeditionē, uel coniūctos bardis gallis, uel quis nescit lōge ante auditū nomē lōgobardorū in Italia & exteris excursiōibus, bardos fuisse extinctos, nomēq̄ totū obsoletū, quę ratio eos adduxit in hunc errorē, anilēq̄ illā & friuolā persuasionē contra opinionē omniū scriptorū, nisi nimia arrogātia ut cōiecturare licet, qui pfecto ut uideātur in indagādis literis subtiles cēsores nō dubitāt somniare uel augurari meras fabellas, atq; pro ueris astruere, Inde non probatur quorūdam Italorū (quorū nūc magnus est numer⁹) studiū qui nō tā oratiōibus & poematis effingēdis quā auctorū castigatiōi nimia audacia inuētiōeq; plus subtili interdū q̄ uera intendūt, nā dū qlibet p̄ captu atq; arbitrio sui ingenij atq; augurio castigare uult poetas diuersiq; diuersa seu studio emulationis & cōtra dicēdi seu nimię subtilitatis gloria castigēt, fit ut plærūq; sensus poetę penitus obscuretur, atq; qd potissimū sit sequendū ignoret. quorū cōcertatiōe diuersaq; opiniōe interdū hallucinatione, ego nisi uelim errare cogor interdum uti & meo iudicio in exponendis poetis & quid sequendum opinandum ue sit studiose inuestigare. De Francis postremo quanq̄ alio loco plura dixi, nūc tamē dicā oia esse falsa & fabulas meras q̄ nugas, ea quę dicūt de eorū a troiānis origine, qm̄ de solis ęnea & Antenore legitur apud ueteres scriptores, q ab incēdio troiāo supfuerint, in exteras q̄ nationes, pfecti sint, ita dicit Liuius iā primū omniū satis constat Troia capta in cęteros seuitū esse troiānos, duobus ænea Antenoreq; & uetusti iure hospitij, & qa pacis reddēdęq; Helenę semp auctores fuerūt omē ius belli achiuos abstinuisse. q̄ si ut possibile est alij etiā elapsi in diuersas regiōes sint, pfecti, hoc tamen nemo scribit ex ueteribus. sed solum quidam recentiores fabulatores potius q̄ historici, dum ea astruant quę nemo scire potest,

& dum suos uolunt magnos ostēdere ridiculo exponūt. quorum fabulæ ex eo maxime deprehendūtur dum sibi non constant, nec ullus cū alio consentiat maximeq; discrepātia inter se referant. pręterea nullus unq; scriptorum ueterum quibus solis in hac re fidem habere possumus Sicābros circa męotida paludē habitare tradit, nec item ullam Romani expeditionē fecerunt ad illam, & Franci diu ante Valentinianum fuerunt in Germania, adeo ut omnia falsa fabulosa & mentita luce clarius deprehendantur proinde cum Robertus Gaguinus annaliū francicarū cōpilator cū multa de eorū origine cōtraria & absurda repeteret, nihil eorū est ausus affirmare, sciens se falsitatis accusatū iri, sed ne germanis hoc laudis tribueret. suos ab illis propagatos rem in dubio relinquit. At pius secūdus satis audacter fabulatus est in sua Europa, nō tamē ex proprio ingenio, sed fabulis francigenarum confisus (ne hominē ueritatis studiosum carpere uidear) quē Sabellicus & multi recentiores sequūtur. Francos Troianos ab origine deleto Ilio duce Priamo Priami ex sorore nepote per pontū euxinū in Męotidos paludes in Scythiam peruenisse, ibiq; ciuitatē ędificasse, quā uocauerint Sicambriā, ex quā dicti Sicambri, cunq; ut ipse pergit Scytharū multi Ro. impio subiecti essent, & ipsi quoq; tributa penderūt, manserūtq; vectigales usq; ad tēpora Valētiniani cæsaris. quo imperāte Alani imperiū uexare cęperūt, imperator uero proposito edicto libertatē in decenniū eis p misit, qui alanorū ferocitatē cōpescerēt, allecti eo pręmio Sicambri arma sumpserūt, alanosq; bello uictos deleuerūt, ob quam rem libertate in decēnium ab impatore donati sunt. & mutato nomine Franci appellati. quod attica lingua siue feroces siue nobiles sonat, Itali francos liberos uocant, Exacto decennio cum Romani solita tributa repeterēt, Franci ob ipsam libertatem effrenes facti parere recusarūt, principes eo tēpore francis fuere Priamus & Antenor antiqui nominis ac uirtutis, Quibus copias ductātibus prelium cū Ro. consertū est, in quo Priamus ipse cum fortissimis suę gentis cecidit. qui cladi superfuerūt ex Scythia digressi sunt, & in Germaniā profecti, in partibus Turingiæ consederūt &c. hæc ille. Hęc omnia merę sunt fabulæ, nihil eorū uerū, nihil uerisimile, quibus nulla recepta historia, nullus receptus & certus auctor suffragatur, quibus deest fides rerū & tēporū, nec uerum est q̄ Eusebius in chronographia hoc dicat, cui de Francis nihil cōstitit. aut Hieronymus superaddiderit, sed Palmerius addidit supiori tēpestate, ppter prauā de angelis opinionē combustus. Antoninus nō diuersa dicit, cui cū cæteris in hac re nihil credo, in notitia eīn uetustatis atq; in historia superiorū tēporū, quo pacto possumus credere illi uel alteri pro suo arbitrio somnianti, dum sine auctoritate ea affirmet, quę multis seculis eiūs ætatē. hoc est multo plus q̄ duobus millibus annorū antecesserūt, diuinare hoc esset, sed spiritus nō tam ociosus aut pronus est ad tam inanē diuinationē, ut unde Franci uenerint historicis, pdere curet, At dixerit quis, unde

igitur sumpserũt illi uiri suas historias, uel potius fabulas? ut tu asseris, Tã tam dico esse mortaliũ ambitionẽ ut nemo non suã ciuitatẽ atq; gentem nedum familiã nobilissimã atq; uetustissimã haberi uelit, hoc ipse Liuius de Roma testatur, Quę ante conditã (inquit) condendãq; urbem poeticis magis decorata fabulis q̃ incorruptis rerũ gestarũ monumẽtis tradunt, ea hic nec affirmare nec repellere in animo est. Datur hęc uenia antiquitati, ut miscẽdo diuina humanis primordia urbiũ augustiora faciat, multi & alij populi nimiũ effusi sunt in prędicãdis auctoribus suæ gentis. Vnde nõ dubiũ quin Franci qui uel supbissimi prędicãtur, hoc idem facere conent, quorum tamẽ error usq; adeo patet ut nemo non intelligat fabulas esse ea quæ de Troianorũ origine mentiũtur præsertim cũ æneas Siluius scribat nullã esse gentẽ quæ gallorũ superet ambitionẽ, in hũc aũt modũ & aliter scribit Vincẽtius gallus Francũ quendã siue Franconẽ ex Hectoris filijs a quo francorũ nomẽ tractũ anno ante Christi aduentũ. M. C. X VII. una cum Antenore alijsq; troianis a fratribus proprijs fugatũ, prius tota Asia peruagata ad Danubij ripas tandem peruenisse, ibiq; cũ aliquãdiu consedisset, mox auctore Antenore locũ quæsisse, a cõmuni hominũ societate se iunctum ad thanais fluenta & męotidis paludes secessisse, ubi Sicambriam urbẽ cõdiderit, qui cũ prædictis hallucinatur, fabulator egregius, quoniã quidẽ constat Homerũ non plures uno Scamãdro (quẽ & Astyanactẽ uocãt) Hectori liberos assignasse, nec Anaxicratẽ, nec Euripedem, quorũ alter Argolicorũ secũdo, alter in Andromacha, nothos Hectori filios editos asserũt ex pellicibus, usq; alicuius Franconis uel Franci meminisse, alij non Francũ, sed Francionẽ dicũt, sicut Annomi? monachus qui scribit torgorũ una cum francione Troia abeuntẽ Thratiã petijsse, & ab eo torgorũ gentẽ nomẽ esse sortitã, a francione uero francos, multũ diuersa ab alijs referẽs, nec est ullius cũ altero cõcordia, & pro eo q̃ quilibet pro sua libidine fabulatur, nec ullus cũ alio cõueniat, possumus non obscure deprehendere meras esse nugas, quibus ut dixi nec ulla historia recepta, nec series rer; nec tẽporũ quadrat aut suffragatur. Et ut omnibus pateat q̃ fabulose hæc excogitata sint, Primo ex historijs ueterib? nemo unq; colligere potest antiquitus fuisse uel Frãcos, uel Sicãbros, uel iuxta Danubiũ uel paludem Męotida, quomodo ergo ego possum habere fidẽ uel ænę Siluio, uel Vincẽtio gallo uel Antonino qui referũt sine uetusto & idoneo auctore de rebus q̃ eos duobus millibus annorũ & plus antecesserũt, nec itẽ Priami ullus ueterũ scriptorũ meminit, qui filius regis Priami ex incẽdio troiano in exteras profectus sit regiones, nec itẽ Frãci mentio fit, q̃ peuenerit uel ad Danubiũ uel Męotim. Manethon tamẽ ægyptius sacerdos si res nõ mẽtiatur auctorẽ & liber ad arbitriũ aliquorũ non sit corruptus, ut multi credũt tempore Ascanij francũ quẽdã Celtis imperasse scribit, q̃d omnino cõtrariũ supradictis, & cui null? cõcordat, sed siue uerũ sit siue nõ, ille frãcus nullũ no-

men in gallia in qua regnauit post se reliquit, tēpore eiꝰ Iulij Cęsaris Ptolomei, Straboniss, Pomponij, Plinij, & omiū ueterū hoc nomē in gallia in auditū fuit, quapp̄ter Annius Viterbiensis antiqtatis exqsitissimꝰ explorator dicit, quis iste frācus, aut q̄ pacto Rex a celtis suscepꝰ fuerit neminē legi, postea dicit Vincentiū gallū historiā esse, p̄secutū, ego aūt dico fabulas esse, quę quis, p̄fert ex antiqtate sine auctore, hęc cū omnis homo intelligat nō quadrari, nec esse quicq̄ solidū in quo cōueniant omnes isti fabulatores, sequit postremo, ut cętera fabulosa intelligamꝰ dū luce clariꝰ ostendam frācos nō tēpore Valētiniani in germaniā uenisse, sed multo ante nominatos in germania, nec ulla in regione nomē habuisse, nisi in germania & donec ex Germania in Galliā transiuerint, adeo ut nemini obscurū sit indigenas esse Germanię, nec desunt auctores etiā græci, ita eiꝰ dicit Agathias grēcus auctor francorū natio proxima est Italiæ, & terminis iuncta, ueteres tamē hos germanos dixere, nam circa Rhenū habitāt gallorumq̄ magnā partē occupāt, qui quanq̄ ut reliqui germani sunt barbari romana tamē politia & alijs institutis utuntur, sunt & christiani & rectissimę opinionis. Ex quo satis cōstat ex ea natiōe migrasse quę trans Rhenū nūc quoq̄ Franconia dicit. Idē testatur Hieronymus in uita Hilarionis, Inter Saxones (inquit) quippe & Alemānos gens eius nō tam lata q̄ualida apud historicos Germania nūc uero Frācia uocatur, nō igitur uerū est tēpore Valentiniani Francos primū in Germaniā inuasisse. Hieronymus hęc scribit de Constātij imperatoris quodā candidato, qui Valētinianū lōge antecessit. Claudianus item sub Theodosio longe ante Valentinianū ostēdit Frācos esse germanos dicēs, Pascat Belga pecus, medijsq̄ ingressa per albim, Gallica Francorū montes armēta pererrant. Vt procul herone per uasta silentia siluæ. uenari tuto liceat. legitur aūt Constantius Flauij Cōstātini filius primus Ro. ducum Francos in patria ipsa Frāconia domuisse, quo tēpore non solū in Frāconia fuerūt, uerū etiā cis & ultra Rhenū Batauiā & finitimas regiones occupauerūt. p̄terea cōstat nec Constātinū nec Valētinianum ullā fecisse expeditionē ad Thanaim uel Męotidis paludem, nec legi unquā a Ro, ullā militiā ad ista loca agitatā, cū Strabo dicat in undecimo Tanais hostia scimus supra hostia uero nihil pene notum est, præter frigora. Vnde omnia fabulosa sunt quę dicūtur de Valētiniano & eius ad Thanaim expeditiōe, p̄terea tēpore Iuliani cæsaris teste Ammiāo fuerūt Franci cis Rhenū q̄ Arcuarii dicebāt. Inde dicit Orosius li. vii. Valētinianū supiorē saxonū gentē in oceani littoribꝰ & paludibꝰ inuiis sitā uirtute atq̄ agilitate terribilē piculosam romāis finibꝰ eruptionē magna mole meditantē in ipsis Francorū finibus oppressisse, hic nō potest aliter intelligi nisi de frācis cis & trās rhenāis, ppter fines Ro. qui nulli fuerūt ultra rhenū ne dū iuxta thanaim, nec obstat q̄ dicit Paludibꝰ inuiis germaniā eiꝰ romāi eis incognitā plenā esse paludibꝰ & solitudie fabulāt. vñ dicit Cor. li. xx. eadē sp̄ causa germāis trāscēdēdi in gallias ut rīlictis paludibus et solitudinibꝰ

suis fœcūdissimū hoc solū possiderēt Et Panegyric⁹ Cōstātini filio Cōstātij dicat⁹ pariter francos germanos dicit, Quid loquit (inquit) rurī⁹ intimas francię nationes nō iam ab his locis quę olim Ro. inuaserāt, sed aproprijs ab origine suis sedibus, atq; ab ultimis barbarię littoribus auulsas, ut in desertis gallię regiōibus collocatę etiā pacē Ro, imperij cultu iuuarēt, & armato delectu, Et qui manifestius intelliga t illos ex origine germanos esse postea dicit, neq; enim in rheni gurgitib us sed nominis tui terrore munimur, & post sciunt posse franci transire rhenum quos ad necē suam libēter admittas, sed nec uictoriam possunt sperare nec ueniam, quid ipsos maneat ex regum suorū cruciatibus metiuntur, ideoq; tantum abest, ut amnis illius transitum moliantur, magis ut coempto ponte desperent, quib⁹ omnibus liquido constat sub Cōstantino francos non solum in germania indigenas esse, sed & sæpius tunc rhenum transgressos, nam & ante eum sub Diocletiano & Maximiano Franci & Saxones iuxta oceani littora fines Ro. & Gallias infestabant, ut dicit Orosius libro vij. & ut Panegyricus dicit ad Maximianum Neruiorum & Treuirorū arua iacētia lętus postliminio restitutus & receptus in leges francus excoluit, sed quid istos commemoro, Ipse etiam Cicero meminit cum sueuis francorum li. xiiii. ad atticum, vnde & facile posteriores francus dixerunt, fuit etiā ut in uetustis germanorū libris inuenio, Franco nomen propriū & frequens apud sueuos & germanos, ut suspicandū sit ab aliquo frācone uel franco ex germania franciā & franconiā factā. omia em alia quę dicūtur de eorū ex Troianis ex origine nec quadrāt, nec ulla auctoritate uel ratiōe atq; persuasione uerisimilia fieri possūt, pertim cū tā amplissima gens quę tā totā Galliā q̄ Alemāniam inundasse dinoscit, nulla alia lingua inueniat locuta, nisi germanica, exceptis Francigenis qui ex gallorū & ro. cōmixtione tandē italicā corruperūt Cū igitur Franci & Saxones fuerūt gentes amplissimę atq; potētissimę, nec usi nisi lingua germanica, qs dubitat eos esse indigeās germanię? Cū. schlaui in Boiemia & q inuaserūt sedes Vandalorū tenuis natio, Hūgari & alię externę natiōes linguā suā externā retineāt, licet vndiq; fere septi germāis sint, legi insup nuper fabulosas historias cuiusdā Petermāni Etterlin lucernēsis uernaculo sermōe cōscriptas q absurda & futilia merasq; nugas blacterat, de origine triū pagorum apud Heluetios scilicet suitensium, vriēsiū, atq; inferiorū siluestriū quos uulgo vnderualdenses uocāt, qs dicit cepisse inhabitari aliq̄t non tamē multos ānos ante Rudolfū cæsarē Suitēses suā referre originē ad Suedos alios duos piter ad Gotthos & Hunos, quib⁹ nihil fabulosi⁹ excogitari pt, primū de suedisq; nullā unq; expeditiōem legant fecisse in nostrā terrā, satis cōstare alibi pbaui, de aliis qs nō rideat? q; ab Hunis & gothis descendāt, qs auctor ille rerū & historiarum omnū impiissi⁹ unā gētē credit, unūq; rgē attribuit, qsuerūt duę diuersissimę atq; inter se inimicissimę atq; multis secūs añ Rudolfū cęsarē explosę & eiectę, non mō ex germāia uerū & aliis etiā rgiōib⁹, pertim ex Italia &

Gallia, antecq; illi pagi ex illius opinione ceperunt inhabitari, nõ credo in-
super, nec Gotthos nec Hunos uenisse in istas alpes atq; tam siluosos atq;
asperos mõtes, quoniã Basiliẽses ut referũt annales nostri dũ Hunorũ uim
& perfidiã pferre desperasset, deserta urbe sua Basilea, atq; hostib⁹ in præ-
dã relicta, in montes proximos Heluetiorũ fugiẽtes tute delituerunt, sunt
aũt illi montes multo magis peruij & penetrabiles q̃ alpes triũ pagorum
de quibus superius dixi, Vnde nõ abscure intelligit Hunos atq; Gotthos
nunq̃ illos montes inuios atq; penuria omniũ rerũ laborantes aut adijsse
aut inhabitãdos delegisse, aut penetrare potuisse, sed quãta mutatio rerũ
(si uerũ dixerit auctor siluestres illos incolas ab Hunis descẽdere) dũ Ba-
silea olim magnifica ciuitas prudentia atq; fortitudine pollẽs atq; sacratis-
simo impio fidissima patrũ nostrorũ memoria. ut perfidiã & inmanitatẽ
Hunorũ uitaret, deserta urbe in montes pfugerit, nũc uero mutata mẽte
deserto impio sine omni ui atq; necessitate, in sũma tranquilitate & pace
in societatẽ illorũ cõcesserit, sed ut ad instituũ regrediar, quis hostis non
faueat? illis siluestribus pagis auctores suę gẽtis Gotthos & Hunos? Impi-
os hereticos persecutores christianorũ raptores & latrones, sed quo ani-
mo accipient Suitzenses & alpestres homines tã fœdam & turpẽ originẽ
uix ęquo ut ego existimare uelim, legi aũt has fabulas Petermanni sũma
cũ indignatione q̃ scribat falsa, sibi repugnãtia, contra omnẽ rerũ & tem-
porũ seriẽ, cõuitia, contumelias & cõposita mẽdacia. detestanda profecto
ciuitas foret in qua editus & impressus est ille fabulosus & famosus liber,
si sciens consenserit & admiserit, sed multo plus calchographus qui libidi-
ne habendi fas & nephas iuxta ęstimans cõtumelijs & mendacijs patroci-
natus est, vtinã dignam recipiat mercedem, sed prudẽs & magnificus se-
natus Argentinensis optime ęgit, qui publico edicto hũc famosũ librũ in
sua vrbe uendere, phibuit, cuius auctor Petermannus cũ sit fabulator &
idiota & apertissime cõtra ueritatẽ multis in locis garriat, nõ placuit mul-
ta in eius nugas scribere, nisi q̃ nuprimo Heluetiorũ bello plus q̃ dici po-
test mẽtiatur, semp em̃ mille nostrorũ a suis interfectos refert, ubi vix ce-
sunt desiderati, cẽtesimãq; partẽ suorũ interfectorũ nõ cõmemorat, adeo
vt totus sit adulator omnia ad gratiã & fauorẽ eorũ inter quos natus est
& hodie degit, uictũq; queritat, nihil ad rẽ gestam ueritatẽq; loquatur, q̃s
nugas & fabulas adeo adulanter in laudẽ suorũ, hostiũq; apertã cõtume-
liã cõfictas Nemo bonus uir rerũ gestarũ illi⁹ belli expert⁹ sine stomacho
legere poterit, quas etiã suis cõpagenis gentilibusq; displicere nõ ambigo,
pbatioribus uolo, dũ eos adulationib⁹ celebrare cu[illegible] & falso, quos reb⁹
uere gestis (nõ nego em̃ Heluetios in eo bello patrios fines fortiter esse tu-
tatos) possit illustrare. Cui tamen danda uenia esset ut Iosephus Nicolao
Damasceno voluit qui adulat⁹ est Herodi uiuẽti, si nõ historiã sed laudẽ
& Panegyricũ suoꝝ scripsisset, nisi aperte & falso alios homines extrãeos

infamaret, scripsit aũt multa alia nec uera, nec ueri similia, nec temporib⁹
nec rebus quadrãtia, de quibus suo loco latius euagabimur. Cũ igitur (ut
a diuerticulis & transuersis itineribus ad regiã uiam redeamus) multis ra
tionibus & persuasionibus, auctoribusq; receptis constet prædictas gen
tes omnes esse nationis germanicę, nõ opus est enumerare res eorũ in bello
gestas omniũ maximas & pręclarissimas, cũ multi id copiosis sint libris cõ
plexi, dum etiam nemo nesciat eorũ inundatione totam Europã esse attri
tam, Asiam atq; Africam afflictam, maximosq; & copiosissimos tam Ro
manorũ q̃ aliorũ populorũ exercitus ab eis, pfligatos atq; deletos, notũ
est em̃ Valẽtem imperatorẽ Valẽtiniani superioris fratrẽ gotthico bello
superatũ & occisum Valẽtinianũ supiorem uomitu sanguinis ob germa
norũ excursiões illyriq; per eos uastationẽ factam extinctum esse, Odo-
acrũq; regem Turcilingorũ & Rugorũ inuito Zenone Romã obtinuisse
Orestem & Paulũ fratrẽ imperiũ usurpantẽ occidisse, & Augustulũ exilio
damnasse. Decium imperatorẽ a Gotthis perijsse, Gallum Trebonianum
tributa pependisse, ęmilianũq; cæsum, omnes illos cęsares atq; imperium
usurpãtes hę gentes conculcarũt, Romãq; sæpius expugnauerunt atq; di
ripuerunt. imperiũq; tã occidẽtale q̃ oriẽtale dissipauerũt atq; cõtriuerũt

PERORATIO AD PRINCIPES GERMANIAE ¶ Caput xx.

Audistis hactenus o principes Germaniæ fortitud inẽ inuictãq; animi
magnitudinẽ, uerissimãq; laudẽ & gloriã maiorũ uestrorum licet breui
epitomate, Quorũ res pręclarissime gestas æmulamini quęso. estis em̃ illo
rum sanguis, illorũ effigies certissima, in uobis relucet mirifica illa maior
uestrorũ nobilitas, atq; animi magnitudo. Turpissimũ ducite ab illis de-
generare, qui rebus fortissime gestis cunctis fere gẽtibus iugum imposue
runt seruitutis, pulcherrimisq; orbem terrarũ uictorijs peragrauerũt, fue
rũtq; formidabiles in primis, nolite cõmittere, ut florẽtissimũ hoc imperiũ
quod maiores immo patres uestri multo sanguine & factis gloriosissimis
paribusq; studijs uobis pepererũt. uos ipsi per secordiã, & negligẽtiã amit
tatis, quod ne cõtingat ponite quæso solũ intestinas seditiones, contraria in
ter uos studia & uolũtates, pestiferasq; factiones, unica & maxima euertẽ
dorũ regnorũ instrumẽta, satis exemplorũ alienæ uobis clades præbẽt, hę
em̃ solæ, Macedonas mũdi conculcatores, Lacedæmonas bellicosissimos
Athenienses illustrissimos, Romanos postremo dominorũ dominos red
didere seruos, atq; penitus euerterũt, adeo ut uerissimũ sit illud Liuij, facti
ones fuisse essecq; pluribus populis maiori exicio q̃ bella, q̃ famẽ, q̃ mor-
bos, Quæ & uos o principes Germaniæ, o utinã uanus sim aruspex, labe
factabũt, in seruitutẽq; deijcient, nisi illas atq; priuatũ studiũ cũ secordia se
posueritis, Quæ enim alia res precor posset deesse nobis, non modo ad tu
tandã patriam, uerũ etiã ad totius orbis imperium nobis asserendũ, nisi hæ
illæ quas dixi discordiæ, diuersaq; studia, nõ deest uobis animi magnitu

m

do, deus præsens, prudẽtia militaris rei disciplina, atq; peritia, & quicqd ad bellicũ apparatũ, atq; expeditionẽ expeti, aut desiderari ab ullo potest, qd autẽ bone deus dicã de militib⁹ germanis, quorũ inuicta manus, atq; eximia rei militaris peritia cunctis terræ natiõibus est formidabilis, quorumq; hodie auspicio, & uirtute, omnes ferme principes europei bella gerunt, rebusq; arduis & claris in bello illustrãtur, q̃ hoc potissimũ tempore M.D. viij. ad uos gemens atq; lamẽtabiliter exclamo, o principes germani, q̃ hæc scribo, & quo Veneti (fœminis uestris effœminatiores, & quorũ constat animos, nisi primus impet⁹ ad uotũ successerit plus q̃ fœminarũ emollescere) in ipsam Athesinã prouinciam atq; Goritiam Germaniẽ portiũculas grassant. Vos inq̃ germani principes appello, qui bonos illos & fidissimos germanos (cæsare contra Sicambros pugnãte) in summo discrimine, atq; periculo sine omni auxilio & ope deseritis, alienissimi ab instituto, atq; moribus maiorũ uestrorũ, qui ideo germani idest fratres ab idoneis auctoribus non ab re dicti sunt, q̃ nunq̃ tanta laborauerint intestina seditione, quin ut fratres, amici & unanimes in externũ hostem profligandum congrederẽtur: Vos ecõtrario nulla formidine, nullis aduersariorũ opibus cõterriti, uerũ unica simultate, atq; rei priuatæ studio diuersaq; voluntate sine cura cõmunis salutis uniuersi miseros illos deseritis Athesinos, & Goritianos, Venetisq; copiosissimo externi militis exercitu (hoc est Hispanorũ & Galli regis auxilio & copijs) instructissimis in prædã derelinquitis, quorũ diuisis & uarijs exercitibus nostri sunt multo inferiores, alioqui nec deesset eis hodie animus, nec fortuna, & bis iam fœlicissime periculum fecerũt fortiter pugnãtes pro libertate, durissimũq; ducentes seruire imbellibus uiris. uos aũt o principes adhuc succurrite, & omnia damna resartiemus. Ducite turpissimũ uestro tẽpore & uobis principib⁹ uestraq; sola culpa dum quilibet alterum expectat, nec aliquis opem ferre cupit, ut Veneti (qui nisi scirent uos discordes, quẽlibetq; suis tantum rebus studẽtem, ne umbram quidem corporum nostrorũ intueri auderẽt) nunc fines germanicos inuadãt, qui nihil unq̃ fortiter, nihil strenua manu, & uera uirtute, nihil æquo campo conati, tantam potentiam solo consilio insidijs & proditione sunt consecuti. Cõcutiat pectora uestra q̃ homines in laudem suam effusissimi fabulosis suis annalibus inscribent, q̃ uis mendaciter contra uniuersos Germaniæ principes clarissimis triumphis uestro tempore bellasse, dum nemo uestrum adest, qui si paucis singuli militibus adessetis, nemo ne cogitaret quidem resistere, aut uos alicubi expectare, q̃ si Sigismundi ducis austriq; bello nuprimo (non omniũ principum Germaniæ ut ipsi mendaciter fabulati sunt) sexies Veneti profligati, quinq; leuioribus conflictibus, una cum maxima uenetorũ strage, turpissimaq; fuga, gloriẽtur, fabulosisq; annalibus inscribunt se res clarissimas confecisse, referãtq; plures nostrorũ a se interfectos, q̃ fuerint uniuersi milites germani, qui eos

in fugam (occisis & submersis plusq; sex millibus Venetis, adeptisq; inter spolia plusq; M. CCC. equis, pluribusq; curribus) coniecerũt, maximaq; strage affecerunt, quo nunc gaudio, quibus triumphis, quanto uerborum ambitu, ampullosisq; & phaleratis legationibus, ad omnes mundi partes perferunt, se mille & trecentos (quem numerum ipsi tot millibus amplificabunt) cæsaris milites profligasse, licet per insidias, & ad iniquum pugnandi locum progressos, Se item Romano imperatori oppida, atq; arces licet per proditionẽ, uel ut ipsi uolũt per emptionẽ clãdestinã expugnasse atq; abstulisse, licet per absentiã & negligentiam uestram, Conscij etiam simultatum uestrarum, adiuti externo milite, auxilioq; & copijs francicis, solitisq; artibus hoc tentarint. Accurrite igitur uel hodie pro cõmuni salute liberateq; Goritiam uestrã, quæ prius portiuncula liberę germanię, nunc durissimã seruitutẽ sub uenetis cogit seruire, inferte signa militaria in imbelles bellatores, & quos uirtus in armis inuictos reddidit, nonuincamini factionibus. aut priuato studio. aut futurã timeo non modo imperij. Ro. amissionẽ, uerum etiam totius Germaniæ ruinam, quod deus immortalis per suam misericordiam, & nos per nostram cõcordiã genuinamq; uirtutem auertere dignemur, nam ut alias dixi, si ea nobis cõcordia, tantũq; reipublicæ studium fuerit, quantum maioribus nostris, non solum non timeo priscam Germaniæ libertatẽ pessum iri, uerum etiam nihil nobis deesse omnino uideo, quod impedire posset, quo minus totius orbis imperium adipiscamur, uictriciaq; signa p̃ totũ solis ambitũ circũferamꝰ. Amẽ

τέλος

m ij

AD VNIVERSOS GERMANIAE PRINCIPES Q; IVSTISsimum & toti Germaniæ gloriosum bellũ Cæsaris Maximiliani contra Venetos non adiuuent Querela Germaniæ. Bebelius auctor

O mea progenies dulcissima, teutona pubes
Accipias matris tristia uerba tuæ
Illa ego terrarum dominitrix, legumq; uerenda
Impositrix olim gentibus innumeris
Cuius uictrices aquilas, uictricia signa
Pertulit æous, occiduiq; duces
Cuius & imperium tremuerunt omnia regna
Seruiuit gallus, Romulidæq; uiri
Lugeo nunc merito, dura ceruice parentem
Q; me nunc proceres temnitis atq; duces
Nam Venetus populus, non iure aut fœdere motus
Imperio inuasit debita regna meo
Vulneribus quæsita meis & possidet arua
Histrorum, & segetes demetit Italicas
Hæc repetens forti nunc cæsar Maximilianus
Milite, metatur castra per Italiam
Fœliciq; manu summis in montibus arces
Subiugat, atq; urbes sub ditione tenet
De Venetisq; actum foret, auxilijs modo uestris
Adiutus uester si dominus fuerat
Quem nunc deseritis, dum commoda, gloriam, honores
Nominis antiqui iura referre licet
Quis furor o gnati? quæ uox tam dira? nefanda,
Quæ tantum potuit consuluisse nefas
Heu mihi quo patriæ studium? quo decidit ardor?
Nobilibus quantum degeneramus auis
Classica quin sonitent, & ad huc Germania in armis
Fulgeat, imperij quo reparemus opes
Aut male negligitur quæsitum sanguine multo
Maiorum imperium, gloria, fama, decus.

EPITAPHIA DOCTORIS PETRI IACOBI ARLVNENSIS prępositi Backnangensis huius & S. Symeonis Treuerensis ecclesiarũ canonici Cęsareani ducalisq; senatoris uiri clarissimi per Henricũ Bebeliũ Iustingẽsem cõposita, Petrus pro se

Quid iuuat a puero sophiam studuisse frequenter?
Rhetoricen, leges, iura sacrata patrum
Nobiliumq; ducum pueros, & pignora cara?
Quid prodest nobis instituisse bene?
Quid lustrasse iuuat me te Germania mater?
Regna Boema simul? Galliam & Italiam?
Quid castella iuuat? legio quid? Bętica quid te?
Anglorumq; solum quid peragrasse iuuat?
Quid iuuat & reges me me obstupuisse loquente?
Omnibus acceptum quidq; fuisse iuuat?
Imperij proceres quod me luxere per unum?
Illustrisq; duces quid iuuat & comites,
Mors titulos famam, mors laudes, gloriam, honores
Ingenium, eloquium. despiciendo rapit,
Mors hominum curas, nisus & inania uota
Ridens. conculcans, cuncta prophanat atrox.
Pallidus en iaceo nulli iam gratus in orbe
Omnibus acceptus, qui prius ipse fui,
At iuuat hoc miserum, uirtutes q; uenerabar
Hinc mihi confido conciliasse deum
Dilige uirtutes qui uis obijsse beatus
Cætera sunt fraudes quæq; sub orbe placent

IDEM DE SE

Arlunum genuit, fouit me Sueuia, quęq;
Fecit honoratum, quæ sepeliuit humo
Sed q; humo me contingit dilectus amicus
Hiller Ioannes, hoc iuuat atq; placet
Qui collega meus mecum uigilauit ad horas
Et coluit mecum cum probitate pium

PRO EODEM BEBELIVS

Si uidisse iuuat quem nomina clara uirorum
Petrũ Arlunensem contegit iste lapis
Quod si cana fides, solers prudentia, uirtus.
Differret mortem, gloria, fama, decus,
Immortalis erat, cornicis uiuere dignus.
Longaq; tithoni secula dignus erat.
Sed cum fata uocant. cunctos mors improba raptat;

173

Omnibus & nigras inijcit illa manus
Et quia uir tantus, nuncq; reuocandus abiuit
Tam quoq; mutescent ora diserta uiri
Plangite direptum ciuilia iura patronum
Et decreta patrũ pontificumq; νομοσ
Soluerat hic dubias lites, prudentior alter
Nec fuit in causis consilioq; ducum,
Hic fuit eloquij, πειθω facunda latini.
Mellifluo nouit cum Cicerone loqui,
Huius ab occasu notescit solis ad ortus
Eloquium atq; ursis Arctophylaxq; tuis
Cæsaris orator, reges deuinxit iberos
Perculit externo regna britanna solo
Hoc sine nec reges tractare negocia sueti
Imperij causis omnibus intererat
At nil profuerant honor, & decus atq; diserta
Verba, quibus mortem flectere nemo potest
Hinc sapiens coluit uirtutes relligiose
Cum probitate pium, cum pietate fidem
Subsidio quarum sublimia regna petiuit
Sit requies animę, chara viator abi.

Hæc tibi Gregorius curauit, Petre Iacobi
Lamparter, tibi qui dulcis amicus erat.

PRO EODEM TETRASTICHON H.B.

Qui canonas nouit pluscq; romana palestra
Legeq; cæsarea Papinianus erat
Tullius eloquio, cunctis uirtutibus auctus
Hic Petrus Arluni gloria summa iacet.

Phorce in ædibus Thomæ
Anſhelmi Badenſis
Anno M. D. IX.
Menſe Au
guſto

174

Orationes Prelectiones

Præfationes & quædam Mithicæ Historiæ Philippi Beroaldi.

Item Plusculæ Angeli Politiani. Hermolai Barbari. Atq; vna Iasonis Maini Oratio. Quibus addi possunt varia eiusdem Philippi Beroaldi opuscula cum epigrãmatis & eorum cõmentariis.



Que omnia venũdãtur Parrhisiis In Aedibus Ascensianis: & sub Pelicano.

¶ Philippus Beroaldus Martino Boemo discipulo suo.

COllegi nuper oratiunculas nonnullas varijs a me temporibus & argumentis cōcinnatas: easq; te impulsore tradidi impressoribus imprimēdas: quę fortasse tutius intra chartaceā meā supellectilem delituissent sicuti prius situ puluereo obrutæ delitescebant. Sed mos gerendus fuit tibi id a me petitionibus prope quotidianis efflagitanti: quem mei nominis amantissimum/ meæq; (quantulacūq; est) eruditionis studiosissimū cognoui. Et sane tu vnus imprimis id facis quod faciendum doctissimi scriptores præceperunt. Vt præceptorem non minus q̄ ipsa studia ames: eumq; ad patris vicem colas: qui & ipse animorum parens merito nūcupari potest. Nam sicuti parentes filiorum corpora effigiant: Ita præceptor discipulorum mentes format: quæ res tanto preciosior videri solet: quanto homo interior homine est exteriore prestantior. Tu vero perge quo cœpisti mi Martine inter scholasticos transmontanos probatissime: & litterarum studijs prout facis vigilanter incūbe. Enimuero suauissimi tui mores. Ingenij specimen. Naturæ docilitas & auiditas inexhausta discēdi spondent talem te futurum: vt quandocūq; in patriam repedare destinaueris domuitionemq; capessere: possis tecum cum cultu/nitoreq; Italicorū gemino opulentiam quoq; litterarum in Boemiam reportare. Hic autem libellus (vt opinor) neq; tibi/ neq; tui similibus sordescet propter rerum quas continet nō iniucundam varietatem. Vale & dilige doctorem.

Hessische Universitäts-Bibliothek GIESSEN

Philippi Beroaldi Bononiensis oratio habita in enarratione Georgici carminis atq; tranquilli: qua laus rei rusticæ cõtinet

PRudentis litterarũ professoris officium est viri præstantissimi verba rebus quas tractatur⁹ est accõmodare: & orationẽ illis applicare scriptoribus quos est enarraturus. Vt scilicet talis sit prima oratio qualis est rerum explicandarum futura materia Et quẽadmodũ ille ineptus dicit esse precator qui aquã a libero vinũ precatur a nymphis: ita pręposterus ille videri potest enarrator. qui in principio suarũ enarrationũ vagatur extra propositũ/& dũ amphorã facere deberet vrceũ format. Nec ĩmerito vetus ille vituperat orator q cũ diserte diceret: & volubilitate verborũ raperet causam oĩno nõ tãgebat: vnde prudens auditor: & iudex bene inquit & bene: sed quorsum istud tuũ tam bene? Nos igit ne ab officio boni professoris discederem⁹ ea hodierno die dicere instituim⁹ q̃ agricolationis Vergilio & historiæ scriptori tr ãquillo sint accõmodata. Quę dũ a nobis explicãtur: vos omnis q̃so vt benigne/attẽteq; audiatis: Nec inuiti sesquihorã officio litterario ĩpertiatis. Ea enim (vt speramus) audietis quę voluptati vobis sit audiuisse: & vtilitati meminisse. Vitę hoĩm traditę sunt duæ: Rustica & vrbana. Quę quẽadmodũ loco distinctæ sunt: ita temporis interuallo separatæ. Lõge em̃ antiquior rustica est. Cũ rura diu ante vrbes inuẽtas hoĩes coluerint: & ĩmẽso annoꝝ numero agricolę vrbanis antecellũt: nec miꝝ cũ diuina natura dederit agros: ars humana ædificauerit vrbes. Ipsam vero rusticã vitã eruditissimi bifariã diuiserũt videlicet in pastoricã: & agriculturã. Alia em̃ sciẽtia coloni est Alia pastoris. Neq; idẽ sunt pastio & agricolatio. Quæ ab exiguis ꝓfecta primordijs ad id dignitatis ꝓcessit vt rustici vrbanis p̃ponerent vt apud veteres romanos rusticæ trib⁹ laudatissimę iudicarentur. Vrbanę vero ignominiosæ. Et apud ãtiquos græcos illustrissim⁹ quisq; pastor erat ex quo alios gręco vocabulo polyarnas alios polymelas alios polybutas vocitarunt. A multitudine videlicet agnorũ/ouiũ ac boum. Romani cũ virũ bonũ laudabãt eum bonũ agricolã/ bonũq; colonũ appellitabãt: Amplissime em̃ laudari æstimabat qui ita laudabatur. In tãto deniq; honore: tãtaq; ęstimatione apud priscos fuit rusticatio vt ĩpatores romanos nõ puderet manib⁹ triumphalib⁹ colere agros: tractare semina. Disponere arbusta: & eadẽ diligẽtia metiri arua qua castra: & eadẽ cura exercere ligones: & farcula q̃ gladios & pila Ipsi proceres vrbis in agris morabãtur. Et vt inquit elegiarũ scriptor Centum illi in prato sæpe Senatus erat.

Officiũ professoris.

vitę hoĩs duæ.

Rustica.

Rusticę laus.

Polyarnę Polymelę. Polybutæ.

176

Viatores Cicinat⁹ Serran⁹. Cato. Abdolominus. Fabij Lentuli. Cicerões Pisones. Iunii. Statilij. Põponij Porcij. Annij Italia.

Et cõsilium publicũ desiderabat a villis accersebant in senatum ex quo viatoribus nomen est inditũ senatores /ducesq; in vrbẽ accersentib⁹.. Aranti Cincinnato viator attulit dictaturã. Serranum inuenere serentẽ oblati honores: Porcius Cato ille Censorius et oim bonarũ artium magister agricolendi studiosissimus fuit & villaticis voluptatibus in primis oblectabatur Inter externos quoq; Abdolomino agrũ colenti regimen Tyriorum vltro traditum est: & vltro oblata sunt regię maiestatis insignia. Pręterea nobilissimarũ familiarum non aliũde cognomẽta sumũt q̃ a rebus rusticanis. Nam Fabii Lentuli Cicerones a leguminibus quæ quisq; optime serebat cognominati sunt Pisones a pinsendo nũcupati. Multa quoq; nomina habemus veterũ Romanorũ partim a maiore. partim a minore pecore deducta. Nam iunios bubulcos: statilios tauros: Pomponios vitulos cognominarunt. Et porcij Catones: & annij capræ inde dicũtur. Quinetiam Italiam nuncupationẽ traxisse a vitulis quos græci antiqui Italos vocabant. Et romanum populum a pastoribus esse ortum nemo nõ nouit Huc adde q; ex agricolis gignũtur milites strẽnuissimi: & optimi Tyrones ex robusta rusticorum iuuentute deligebãtur. Firmiora etenim salubrioraq; sunt corpora eorũ qui sub dio artus roborant forisq; versantur: q̃ qui in vrbibus intra cõsepta vmbrosaq; desides cũctant. Et hinc me Hercules est q; græci: Romaniq; tẽpla Aesculapio medicinæ deo extra vrbes ædificabant. Quia videlicet credebant fidelius: constantiusq; illos valituros qui in agris q̃ qui in ciuitatibus habitarent. Hinc illa veterũ romanorũ mascula proles agrestibus operibus exercitata & subdialibus durata laborib⁹ bellicos tumultus martiasq; exercitationes facile sustinuit: & aduersus externos hostes semper victrix semper inuicta surrexit. Enimuero tempora illi ita partiebantur Vt nonis tantum diebus res vrbanas reuisitarent reliquis septem|diebus res rusticas exercerent. Vnde & nundinarum conuentus constituti. Præterea cum mercatorum quæstus sit periculosus: & calamitosus: cum fœneratorum inhonestus: & dedecorosus: cum opificum sordidus & illiberalis: Sola est agricultura ex qua quæstus stabilissimus honestissimusq; consequitur: minimeq; inuidiosus. Quam Aristoteles in œconomico potissimam secundum naturam possessionum esse commemorat. In qua Catonis oraculum vitem quęstuosissimam iudicauit: Scropha vero pratis primatũ bonitatis dedit: a quo antiqui prata parata nomĩauerũt. Hinc locupletes appellati loci hoc est agri pleni. Et ipsa pecunia ipsumq; peculiũ a pecore nomen sortiuntur qd̃ in rusticatione quæstuosissimum est. Quod vnum diuitiarũ genus apud veteres vsurpabat. Existũt tamẽ auctores inclytissimi q

Aescu lapij tẽpla.

Nũ dinę.

Quęstus agricolarum.

Prata. Locupletes pecunia. Peculiũ.

autumāt pecuniā a nota pecudis esse appellatā: qua signatus fuit ex ære nūmus a Seruio Tullio rege romanorum. Theseum quoq; apud græcos memorię proditū est signasse nummum bouis nota vt ita ad agricolationē atticos p̄ocaret. Vnde hecatonboon qd est centū nūmorum & decaboon qd est decē appellāt ab eo nūmo in quo effigies bouis erat insculpta. Quinetiā luculētissimi scriptores fortunatiorē beatiorēq; rusticorū vitam q̄ vrbicorū esse dixerunt. Et olim Delphicus Apollo Aglaum prophodiū dixit esse felicissimū. Qui paruum quidē prædiolū colebat sed annuis victibus large sufficiens. Ex quo nunq̄ egressus ferebatur. Et Diocletian⁹ impator imperio imperatoriaq; purpura depositis festinabūdus se contulit ad Tranquillitatem rei rusticę quietissimā. Illicq; in ocio beatissimo cōsenuit. Et Attalus Rex omissa regni administratione hortos fodere cœpit & gramina seminare. Vñ nō minus vere q̄ elegāter scripsit Mantuan⁹ Homer⁹.

O fortunatos nimium sua si bona norint
Agricolas. Quibus ipsa procul discordibus armis
Fundit humo victum facilem iustissima tellus.

Idem secundū litterarū vitam qua nihil est excellentius/nihilq; amabilius. Exoptat vitam rusticanā scribens facundissime.

Rura mihi & rigui placeant in vallibus amnes.
Fulmina amem siluasq; inglorius:

Et ab Horatio decentissime dictum est.

Beatus ille qui procul negocijs
Vt prisca gens mortalium:
Paterna rura bobus exercet suis:
Solutus omni fœnore. Lucretius quoq; de vita rustica loquens ait.
Tum loca tum sermo tum dulces esse cachinni
Consuerāt. agrestis enim tum musa vigebat. Et ab eodem ocia agricolarū dia hoc est generosa nūcupantur. Merito igitur de agricultura tam honorata/tam laudata/ tāq; frugifera nō solū priuati scriptores pręcepta tradiderūt: verūetiam reges operępreciū se facturos æstimarunt si de re rustica libros condidissent. Nec talem scriptitādi prouinciā maiestati regiæ indecoram esse crediderunt. Siquidem Hiero. Attalus Philometor et Archelaus Reges. Xenophon & Mago duces de rusticis rebus diligentissime perscripserūt. Complures vero minori fortuna: nō minori cura apud græcos negociū istud scriptis prodiderunt Apud latinos autē. M. Cato. qui dictus est optimus Orator/ optimus Senator/optim⁹ Imperator: Agricolationē ciuitate romana donauit: & eā loqui latine primus instituit. Cuius liber extat erudi tissime cōscriptus & ꝓpter vetustatē adorādus. post hūc duo Saserne

Pecunia.

pater & filius. deinde Tremellius. Scropha. Corne. Celsus. Iulius Atticus Iulius græcinus. Iulius hyginus. & Gargilius Martialis hanc materiam prosecuti sunt. Quorum volumina Calamitate temporũ & incuria mortaliũ deperdita desiderantur. Ex his vero qui leguntur Terentius Varro rem rusticam expoliuit. Plynius cõpositissima breuitate venustauit. Paladius decẽtissimo ordine distinxit. Columella autem tanq̃ rusticationis parens eam diligentius erudiuit: & totum disciplinę corpus luculentis voluminibus cõplexus est. Sed nos maxime omniũ Virgilium Maronem veneremur. Qui quasi canon fuit posterioribus scriptoribus agriculturæ pręcepta petẽtibus ab eo velut ab lege quadã. Quo vno Columella p̃cipue est vsus archetypo: qui carmine rem rusticam fecit eloquentẽ. Eamq; vnus omniũ maxime illustrauit. quin tanto maior est hesiodo ascręo in hoc scribẽdi genere apud græcos præstantissimo: quanto Mantua maior est Ascra. Laudationibus Maronis in præsentia supsedebimus cũ illius tãta sit gloria vt nullius laude crescat. nullius vituperatione minuatur. Hoc vnũ obiter dixisse contentiſimus Vergilum tantũ inter latinos poetas oẽs excellere quantum inter minores stellas luna splendescit. Cui non fauor principum nomen conciliauit: sed ingenium diuinum eximiæq; virtutes fauorem principum & populi comparauerunt. Qui hoc solus assecutus est: vt appellatione poetę Virgilius apud latinos intelligatur. Sicuti apud gręcos Homerus. sicut nũcupatione vrbis Roma significatur. Est enim poeta haud dubie incõparabilis & quẽ cæteri oẽs longo interuallo subsequãtur. vt verissime scripsit Quintilianus. & olim populus Romanus auditis in theatro Virgilij versibus surrexit vniuersus. & præsentem spectantẽq; poetam tanq̃ alterum augustum est veneratus. Hic est ille quẽ omnes scriptores certatim extollunt. De quo Alcinius poeta sic scribit.

Canon. i. regula

Archetypo prio exẽplari.

De numero Vatum si quis seponat Homerum:
Proximus a primo tum Maro primus erit
Et si post primum Maro seponatur Homerum.
Longe erit a primo quisq; secundus erit.

Hunc etiã duo in lingua vernacula excellentissimi poetę Franciscus petrarcha. & Dantes florentinus summis laudibus decorarunt. Consensus eruditorum est nullum latinorũ poetarum. P. Virgilio esse cõparandũ nedum ęquiparandum Qui a lactantio nostrorũ primus a Seneca Vates maximus: ab Augstino poetarũ omniũ pręclarissimus & optimus appellatur. Quẽ Alexander Romanus imperator parentem poetarum nũcupabat. Enarrabimus itaq; consultissimũ rei rusticæ illustratorẽ. Et dijs beneiuuãtibus Virgiliana georgica auspicabi

mur. In quibus tã emũctus/tã eloquens/ tam eruditus est :tam denique absolutus cõsũmatusq;. Vt non pauci ingenio doctrinaq; prestantes Georgicũ Maronis carmen æneidi illi diuinę anteponere non vereãtur. Ego vero vt hoc diiudicare nõ ausim: ita illud affirmare non dubitem:in georgicis Maronianis tantã esse rerũ verborumq; copiam: tantã multiformis doctrinæ cognitionẽ:quantam in paucissimis scriptoribus nouisse meminerim. Enarratio huius poematis cõplectet enarrationẽ Columellę. Catonis:Varronis atq; Palladij. multa quoq; Plinianæ eruditionis cũ Vergiliano carmine enodabimus: q̃ prophanum vulgus ignorat. Eidem etiã lectioni multa iuriscõsultorũ :ac cõmodabimus:apud quos tituli sunt rerũ rusticarũ vt de fundo instructo de seruitutibus prediorũ:finiũ regundorũ :de aqua quotidiana :& æstiua: dei fonte & riuis:& multa id genꝰ interlegendũ obseruabimus. Q̃ curiosi lectores georgicorũ fuerint diuus Augustinus·diuusq; Hiero. q sepiuscule istiꝰ poematis citant testimonium:& in primis Hieronymus in epistola ad rusticũ monachũ versus illos decenter vsurpat Ecce supercilio cliuosi tramitis vndã elicit:quorũ pulcherrimorũ versuũ spectatores eẽ admonemur in decretis. Dist. nouissima de cõsecratione. Lectioni Maronianę copulata erit lectio Suetonii tanquilli scriptoris candidissimi. Cui cõsensu eruditorũ dat palma; in vitis imperatorũ scriptitandis. Et quẽadmodũ Vergiliũ rei rusticæ scriptores exẽplar habent: ita Suetoniũ tanq̃ ducẽ posteri secuti sũt in hoc gñe scribẽdi: vñ Iuliꝰ capitolinꝰ pfitet se illo modo & ordie scribere velle de ĩperatoribꝰ quo Suetoniꝰ trãquillꝰ scriptitauit. Et diuus Hierony. scriptorũ ecclesiasticorũ Catalogũ texens ducẽ sequit trãquillũ:& eiꝰ volumen de grãmaticis & rhetoribus vetustissime conscriptũ habet Archetypon. Idẽ a Flauio vopisco scriptor emẽdatissimꝰ & cãdidissimus appellat:cui dicit familiare fuisse amare breuitatẽ. Erit operę precium in trãquillo tanq̃ in Incidissimo speculo cõtẽplari qui mores :q̃ studia fnerint virorũ maximorũ. Quorũ cognita Vita snĩam illã Platonis verissimã eẽ cõprobabit: p̃clara ingenia quẽadmodũ virtutes maximas ita vitia quoq; maxima pducere solere. & qd nos querimur id maiores nostros q̃stos esse: videlicet illo prisco sęculo euersos fuisse bonos mores:regnasse nequitiã:& ex ĩpatoribꝰ plures extitisse flagitijs maculosos q̃ virtutibꝰ decoratos. Oĩs historię iucũda cognitio est & ferme oẽs historici fauorabiles:sed tãto fauorabiliores illi cẽsendi sũt:quãto dignioribꝰ sũt accõmodati. Principibꝰ aũt accõmodatissimi sunt libri de vita & moribus principum cõcinnati. Qualis est Suetonius. Vnde capiant exempla quę imitentur. Et quę vitãda sunt vitare condiscant. Hinc est q̃ Demetrius phalerus Ptolemæum re

Suetonij Laus.

178

gem monere solebat vt libros de imperio regnoq; compositos lectitaret. in illis enim scripta documenta cōtineri: quę amicū, nonere nō audeant. Et Scipio aphricanus laudatur q; pędiā Cyri a Xenopōte eleganter magis q̄ fideliter scriptā nunq̄ dimittat e manibus. Quā Cicero cum Imperator esset totā legendo contriuit. hoc duces. hoc principes maxime decet. hoc a summatibus viris fieri debet: in legēdo tranquillo qd Aphrican⁹/qd Cicero in Xenophōte factitarūt. Nos vero faciamus id qd Cyprianus: qui absq; Tertulliani lectione nullā diem pręterite permisit. qui crebro dicere solebat. Da magistrum videlicet Tertullianum significans. Nullū nos quoq; diem sine trāquilli lectione prætereamus. Et sicut Archesilas anteq̄ iret dormitū/& mane cum surgeret ibat ad Homerū lectitandū dicens se pergere ad Amasiū. ita nos & matutino & vespertino tempore ad Tranquilli lectionē perinde ac dulcis amasij accedamus: & in eo veterū imperatorū vitam/mores/gesta contemplemur: ne pueri semper esse iudicemur. Nāq; nescire quid anteq̄ natus sis acciderit id est semper esse puerum. Erit mediusfidius Trāquilli lectio plena iucūditatis/plenaq; eruditionis. sed eruditionis: neq; protritę/neq; triuialis: in qua homines alioquin eruditi allucinātur. Quę recondita est & clausa in litterarū interiore sacratio. In cuius vestibulo hęrent hominęs male litterati. Sed quid ego iam multa de Vergilio tranquilloq; commemoro quorum eruditio eruditissima. & facundia facūdissima per se patet & manifestaria est. Ego vero omni studio/omniq; diligentia elaborabo: & omnibus viribus nerusq; contendam implicita explicare: nodosa enodare: & abstrusa recludere. In summa pro virili parte connitar. vt nulli auditorū enarrationes nostrę sint futuræ infructuosæ: vt nullius gymnasij nostri cultor assiduus merito dicere possit se operā & impēsam/sub magistro pœnitēdo perdidisse. Sed iam tempus est canere receptui. Et vela orationis meditatæ cōplicare. Vt deinceps ex temporalis elocutio oram soluat: & p æquor patentissimū minime cūctabunda discurrat. Cui⁹ mercęs incōpositę nō min⁹ futurę sint frugiferę atq; iucundæ: q̄ orationis compositissimę fuerunt. Vos quæso vt quemadmodū iam quæ diximus attente audiuistis. ita quæ dicturi sum⁹ attēte audire velitis. Dixi-

Philippi Beroaldi oratio habita in principio enarrationis Propertii continens laudes amoris.

SOcrates ille fons philosophorū Viri clarissimi: Cuius luculentis dissertationibus libri Platonis sunt refertissimi: quadam olim oratione amorem vituperaturus ob verecundiā pallio caput operuit. Idem mox eiusdē laudationem per palinodiam hoc est contrarium cantū celebraturus id aperto atq; reuelato capite

factitauit. Nos quoq; in præsentiarũ amorẽ laudaturi societatis exemplo non obuoluto capite dicemus: sed aperto nõ pudibundi tergiuersantesve: sed sequestrato pudore alacres deum illum laudabimus: qui vnus & maxime laudandus est: & maxime laudabilis poetasq; amasios atq; poesim amatoriam docebimus etiam grauissimis professoribus cõuenire dignaq; esse id genus poemata: quę in gymnasio litteratorio publica pfessione palam explicentur. Nouissimo loco perorabimus ea adhibita peroratione: quæ neq; auribus vestris iniucunda neq; mentibus infructuosa futura sit. Quę singula dũ a nobis summatim pertractãtur: Vos quęso me sicuti facere consueuistis benigne /attenteq; audiatis. Magn⁹ deus est amor & apud deos hominesq; miãdus vt philosophorum sapientissimi dixerunt: & ob originem antiquissimã in primis honorandus. Siquidem Hesiodus cecinit post illd primordiale chaos repente terrã atq; amorẽ simul extitisse. Et vt iuqt eleganter permenides. Ante deos omnes primũ generauit amorem Vnde ab orpheo. Quẽ diues Augustus inter theologos priscos annumerat cognominatus est phanes ab eo q; ex chao prim⁹ apparauit Plures amores sicuti veneres fabulosa finxit antiquitas. Quos luculenti scriptores posteritati commendarunt. Nos vero omissis reliquis amorem illum celebremus qui a Platone diuinitus memoratur: Qui virtutes amatoribus suis conciliat. Qui nos dijs amicos facit. Nos a platonica disciplina ne digito quidem (vt dicit) transuerso recedẽtes laudemus amorẽ prout laudari meretur: dicamusq; eũ esse cœlestẽ/beneficũ /pacificũ/pulcherrimum: qui mortalibus maximorũ bonorũ causa est: qui pacem largitur hominibus: Qui vẽtis re quiem: q mari tranquillitatẽ: qui elementa societate cõglutinat: qui cunctas animãtes familiaritate cõciliat. beniuolentię largitor: maliuolentię exterminator. Et quẽadmodũ coniũgi nõ potest amaritudo cum dulcedine/caligo cum lumine/pluuia cum serenitate/ pugna cum pace/ cum fœcũditate sterilitas /cũ tranquillitate tempestas: ita cum amore odium. inuidia liuor: maliuolẽtia copulari non possunt: Et quẽadmodũ radi⁹ a sole: calor ab igne. rigor a glacie: candor a niue nequeunt separari: Ita ab amore diuelli nõ possunt beniuolẽtiæ/societas: necessitudo: cõcordia hic est em̃ amabilissimus: amicicię nodus pricepsq; ad beniuolentiam cõglutinandã vnde ab amore amicicią nũcupatam esse sapientes tradiderũt. Qd est in nauigio gubernator: qd in ciuitate magistrat⁹: qd in mũdo sol: hoc inter mortales est amor. Nauigiũ sine gubernatore labascit. ciuitas sine magistratu periclitatur: mũdus sine sole tenebricosus efficitur: & mortalium vita sine amore vitalis nõ est. Tolle ex hominib⁹ amorẽ: solẽ e mũdo sustulisse videberis. huc adde

Amor.

q; hic deus a nobis oēm rusticitatem amolitur: omis elegātię oīmq; mūdiciarum pater est. Vnde venuste plautinus senex: Amorem deum appellat mundiciantē: eūq; nitidis nitoribus ait antecellere. Da mihi hoīem efferum atq; truculentū: hunc amor e, vestigio mollem reddet & mansuetū. Da rudem & rusticanū: statim ab amore fiet ingeniosus & vrbanus. Da incultū: ab amore cultissimus efficiet. Deniq; torpor omnis segnities omis: somnus lethargicus: marcor: squalor: incuria ex amoris cōtubernio eliminātur: in quo īdustria: gnauitas vigilātia solertia. cultus. nitor: cōmorantur. Atqui amoris accusator quid tantopere inquit hūc deū laudas & extollis? Qui multos mortalium dementes fecit? Qui multos a semita virtutū in viaz vitiorum decliuē pcipitauit? Qui multis exitiū cōcinnauit? Huic ego tā seuero obiurgatori: tāq; aspero amoris criminatori ita breuissime respondeo. Nō est ista amoris culpa: sed hominū qui amare nesciuerūt. Sicut em est quidam modus in rebus sunt quidā pręscripti fines: quos vltra pgredi nephas est: ita in amore est quædā mediocritas adhibenda. Philosophorū sententia est moderatas esse virtutes: excedentes modū atq; mensurā inter vitia reputari. Vnde ab vno de septem sapientibus dictum est ουδεν αγαν: quod latine significat ne qd nimis: cui astipulatur horatiana illa sentētia. Virtus est medium vitiorū vtrinq; reductum. Hic modus: hæc mensura. hoc temperamentū quod virtutibus adhibetur: in amore quoq; adhibeatur: & pculerit omis de amore conquestio. Nam vt inquit eleganter & vere Plautinus seruus. Bonum est pauxillū amare sane. Insane nō bonū est. Quid? Nonne hoc idem præcepit diuini dogmatis doctor apostolus pcipiens in nobis ordinatā esse debere charitatem? Quę in multis (vt īquit, Origenes) inordinata conspicitur. Vocabulo autē charitatis amorem in canonicis scripturis appellari Hieronymus Augustinusq; notificant. pterea nō laudes canimus amoris illius vulgaris atq; cōis: qui pecuinis beluinisq; libidinibus dnatur: Sed illi pręcones existimus qui cœlestis est. quē gæci Erota appellitāt: a quo existimat Plato in cratyllo heroum nomen deriuari. quis Augustinus & Martianus capella ethymon: hoc est interpretamentū nominis heroū aliūde deducāt. Et cū nihil aliud sit amor sicuti doctissimi philosophorū diffinierūt: q fruendæ pulchritudinis desideriū: illū nos amorē laudam /celebramus/ extollim: q pulcherrim est: qui ex pulchrorū desiderio natus: pulcherrima plura mortalibus cūctis īpertit. Nōne artes vt reliqua omittamus ab hoc quasi quodā fonte fluxerūt? Nōne hic oīm inuentionū autor est & ppagator? medendi nāq; & diuinandi & sagittas ab arcu executiēdi disciplinā amore duce inuenit appollo. Texēdi artificiū mi

Eros. Heros. Amor quid.

nerua. fabricã æratiã vulcanus. mẽsuras & pondera phedon litteras mercuri⁹. leges ceres. quæ ob hoc a græcis thesmophora id est legifera noiatur. Deniq; oẽs qui (vt inquit Maro) per artes inuentas vitam excoluerunt: amore impulsore atq; autore cõmenti sunt nouas inuentiones. Nõ em̃ talia inuenissent nisi talia adamassent. Omitto qd̃ per amoris beneficiũ aĩalia cuncta progenerãtur in terris. Nonne ea quæ inanimata dicũtur amare quodãmodo existimãtur. hinc Magnes ferrum trahit. Succinum paleas. cęcias nubes. & vt inquit Empedocles Arida terra amat imbres. Et nemo nõ inqt Hieronym⁹ aliquid amat Deniq; amore cõstant oĩa augescũt/florescũt/propagãtur. Et vt author est Aristoteles in ethicis id cuiq; voluptati est: cui⁹ dicit amator & iucũdissimũ est re amata potiri. Igit amorẽ colam⁹: amorẽ meritis p̃conijs extollam⁹: a cui⁹ sacrario ꝓcul abscedat ꝓphanũ vulg⁹ hoc est hoĩes inuidi atq; maliuoli. Sicut em̃ nõ cõuenit mendacio laudare veritatẽ: pauori fortitudinẽ: vitio virtutẽ: ita maliuolo amoris cultura nõ cõuenit. Quin poti⁹ q maliuolus ẽ is colat atq; fectet deũ amori cõtrariũ. Quẽ prisci Anterota quasi cõtra erota hoc est cõtra amorẽ e regione collocatũ nũcuparũt. Cęterũ cũ ille qui deũ colit: amet & sacerdotes: nos q amoris cultores esse volum⁹: diligam⁹ illi⁹ sacerdotes q profecto sunt poetę amasij atq; elegiographi: quorũ lepidiora poemata nõ sunt aspernãda neq; p argumẽto ĩpudicitię sũt habẽda. & q̃uis vet⁹ verbũ sit talẽ esse hoĩm vitã qualis sit oõ tn̄ poetis ludere versiculis amatorijs & lasciuire permittit. Nam vt inquit Catulus

Castum esse decet pium poetam
Ipsum: versiculos nihil necesse est.
Qui tum deniq; habent salem: & leporem:
Si sũt molliculi: ac parũ pudici. Q; aũt amatoria scripta nullũ p̃beãt specimẽ morũ: nullũq; sint vitę turpis indiciũ testat Adrian⁹ imperator: qui voconij poetę tumulũ versibus exornãs ita scripsit. Lasciu⁹ versu mente pudicus eras: & ab Ouidio decenter & vere dictũ est.

Crede mihi mores distant a carmine nostro.
Vita verecunda est: musa iocosa mihi. Ouidio subscribit festiuissimus poeta epigrammaticus de seipso scribens.

Lasciua est nobis pagina: vita proba est.

Quid autẽ poetarũ exempla cõmemoro? cũ seuerissimi sanctissimiq; philosophorũ ludicros amatoriosq; versiculos cõscripserint: q tãto sanctiores existimãtur quãto apertiores. tanto pudicitius cõpositi: quanto simplicius promulgati. Deniq; audite vel vnicũ dei philosophorum Platonis exemplũ. qui versiculis huiusmodi amores suos non erubuit profiteri latine ita possumus interpretari.

Cęcias ventus.

Anteros

Specimẽ i. approbationẽ

Suauia dans Aghatoni.animam ipse in labra tenebam.
Aegra etenim properans.tanq̃ abitura fuit.

Ex his ne quęso versiculis parum pudicis Platonē impudicū existimabimus: Platonisq; mores infamabimus? qui tantum abfuit ab impudicitia:quantum versiculi a pudicitia. Cuius vita tanto probatior fuit quāto musa lasciuior.ne longū faciam:si scripta omnia:quibus amores resq; amatorię cōtinentur:sunt cū suis scriptoribus repudiandа:Repudiētur canonicæ scripturæ hoc est instrumenti veteris luculenta illa volumina:quibus nihil sacratius:nihil religiosius:nihil mysticum magis ęstimatur.liber Geneseos abijciatur:quoniā in eo amores Iacob & Rachaelis:Concubitus sichen cum Dina violentus:stuprum Iudę cum nuru Thamar referūtur. Nemo librum numerorū sumat in manus. quoniā israhelitici populi fornicationes cum filiab⁹ moabitarum in eo perscribūtur.Caue legas Iudicum volumen.Continet em̄ Sansonis robustissimi mollissimos cum puella Dalila complexus.librū Hester ne tangito.docebit enim te quemadmodum Assuerus rex amorē amore sicuti clauū clauo trudere conatur:& ad impatientiam amoris leniendā per singulas pene noctes nouas puellas deuirginat efficiens ex virginibus mulieres.libros Regum tanq̃ nephandos explodito.quibus Dauidis & Bersabes adulteria: eiusdem senescentis cum adolescentula Sunamite complexus: Ammonis cū sorore Thamar incestus infandus: Salomonis cum reginis concubinisq; innumerabilibus fatuę amationes cōmemorantur. Et vt semel finiam:ipsum Canticum canticorū tanq̃ syrencos cantus obturata aure trālito. Cum meros amores/merāq; impudicitiā nisi mystice intelligamus resonare videat. Ideoq; apud Hæbreos obseruabatur ne quis adolescētulus libellum illum teneret in manibus. ne quis puer illius lectione oblectaretur. Igitur cū sacris voluminib⁹ amatorias res contineri.eaq; nō magis a prophanis q̃ religiosis hominibus quotidie legi:quotidie in templis nō clam sed palam decantari videamus: Tandē fateamur licere poemata lasciuientia scribi:& scripta lectitari citra oēm criminationē. Et nos nemine vt speram⁹ improbāte enarrabimus Amasij poeta propertij amatoriū venustūq; poema. Quo nihil in hoc genere existimo fieri posse perfectius: de cuius eruditione excellenti elegātissimoq; splendore in pręsentia tacebim⁹:cū iam receptui canēdū sit:& quia multa scitu digna a nobis perscripta sunt in nostris cōmentarijs:quorū lectio studiosis erit(vt cōfidimus)frugifera:& a nemine non bono ingenuoq; lectore probabūtur. Cū propertio pariter pgredietur dimidiatus Suetonius:vt lucentissimo scriptori extremā manū imponam⁹ ad cuius lectionē ne illotis(vt aiūt)

pedibus accedamus more nostro: Isagogica quædam hoc est introductoria p̃mittemus. Quę vsu vobis sit audiuisse & voluptati meminisse. Vos vt faciris libenter audite: atq; animũ aduertite. Dixi.

¶ Philippi Beroaldi oratio habita in enarratiõe Titi Liuij ac Silij Italici continens historię laudationem.

Officiũ p̃fessoris.

OFficiũ est boni professoris viri pręstãtissimi id velle profiteri qd̃ auditorib⁹ vtilitatẽ cũ voluptate maxima allaturũ sit: qd̃ scholasticorum auribus satisfacturum: quod temporibus sit futurũ, accõmodatũ: hoc ego semper omni studio ac diligentia superioribus annis efficere contendi & impręsentiarum effecturũ me esse confido. Cum duos celeberrimi nominis scriptores ex omnibus delegerim quos in hoc augustissimo gymnasio p̃siterer: quorũ lectio & p̃desse & delectare plurimũ possit atq; his temporibus sit futura maxime conueniens. Nam cũ omniũ disciplinarũ cognitio vtilis ac iucunda mortalibus, sit historiæ cognitionem mediusfidius vtilissimã: iucundissimamq; esse censeo: ex quo cũ multũ omnibus scriptoribus debeamus qui non solũ sibi: sed etiam posteris vixisse credũtur plurimum profecto historicis debere nos nõ possumus inficiari: quorũ labore ac industria effectum est vt omniũ ætatũ: omniũ gentiũ: omnium populorũ res gestæ omnia pręclara facinora sciẽter a nobis intelligerent̃ cognoscerentur. Vt cuncta cunctorũ illustrissimorum virorum dicta: factaue memoratu digna contueri ediscere recordari liceret: qua quidẽ re nihil pulchrius: nihil iucundi⁹: nihil magnificentius excogitari posse contẽderim. Etenim vt a Cicerone scriptũ est diuinitus: nihil earum rerum scire quæ anteq̃ nascereris factæ sint: hoc est semper esse puerum. Cognoscere vero res gestas memoriæ veteris. ordinem tenere antiquitatis: exẽplorumq; omniũ habere notitiã: decorũ laudabile ac prope diuinum est. Senibus ideo maior auctoritas est quoniã ob longã ætatẽ plurimas res nosse: ac vidisse creduntur. At hoc iuuenibus cognitio historiarum pręstat vt etiam pręteritis sæculis vixisse videantur: & illi me hercle adolescentes qui historias habeant ad manum & exempla illustrium virorum in prõptu tanto senib⁹ sunt anteponẽdi: quanto plura negotia complectitur historia multorum sæculorum: q̃ faciat hominis vita longissima. Huc addeq; qui bonus orator esse concupiscit in primis abundare debet exemplorum copia: et nosse q̃plurima. Nam cum sit historia testis temporum lux veritatis: magistra vitæ: nuntia vetustatis nihil ambigit̃ quin orator optim⁹ esse non possit nisi fuerit antiquitatis: exemplorumq; cognitione instructissimus nisi historias perinde: ac vngues suos habuerit exploratissimas: quoniam (vt inquit Quintilianus) historia alere potest orationem molli

Historiæ vtilitates.

Historiæ descriptõ.

quodam ac iucundo succo: Est præterea operæpreciũ involuminib⁹ historicorũ omnis exempli documenta: velut in illustri monumento posita intueri vnde quæ imitanda sint depromere: ac nobis ꝓponere ad imitandũ quæ fugienda fugere possimus. Pulchrum est (vt inquit verissime Diodorus) ex aliorum erratis in melius instituere vitam nostram: & quid appetendum/fugiendumve sit ex aliorum exẽplis possit cognoscere. Vnde haud imerito Demetrius phalerus Ptolemæum regem subinde admonebat vt libros lectitaret quoniã quæ amici nõ audent principibus demõstrare ea omnia in libris scripta reperiuntur Hoc est in cognitione rerũ salubre atq; frugifer scire quibus artibus: qua disciplina: quibus moribus maxima imperia orta sint. Maximi Imperatores nomen sibi immortale peperint. Et ecõtrario qua vitiorum labe infecta amplissima regna corruerint: & ex summo in imum præcipitauerint. Ad summã historia ad id qd̃ honestum est capessendum inflammat. Detestatur vitia probos extollens: improbos deprimens. Historiæ (vt inquit verissime Victruuius) per se tenent lectores cũ habeant nouarum rerum varias expectationes. Vtinã nobis deus eam ingenij: memoriæq; diuinam vim condonasset: qua Porci⁹ latro declamator egregius fuerat decoratus qui cum omnes historias vn⁹ omniũ notissimas haberet iubebat aliquẽ ducem nominari: & e vestigio eius omnia acta cursim. diligenterq; cõmemorabat. Cęterum cum omnes historici sint legendi/adeũdi/ediscẽdi/scriptores potissimum latini rerumq; Italicarum/ac maxime romanarum enarratores (sicut mihi videtur) sunt adorandi/colendi/lectitandi/nec vnq̃ e manibus dimittẽdi: idq; duabus potissimum de causis faciendum videt: quoniam & rerum nostratiũ cognitio magis ad nos q̃ externarũ pertinere existimatur: & qd̃ historici latini sanctiores: verioresq; græcis scriptoribus fuisse credũtur: pugnant enim inter se omnes fere græcorũ scriptores: & alter alterius mẽdacia refellere conatur. Ita Ephorus Hellanicum: Timeus Ephorum: Philinum polibius Herodotum q̃plurimi tanq̃ fabulatorem reprehẽdunt. hinc a Satyrico poeta dictum eẽ creditur: quicquid græcia mendax. Audet in historia. Discrepantiæ autẽ illorum causa hæc potissimũ fuisse traditur: q; nullam vnq̃ curã græciæ populi adhibuerunt vt præclara facinora scriberentur: ac publicarentur: ideoq; magna in scriptoribus mentiendi licentia fuit: qui cũ partim res gestas ignorarent: partim affectionibus ducerentur nõ historiam conscripserunt: sed mera mendacia. Contra apud Romanos vt omnia prout gesta fuerunt incorrupta: integra: atq; fideliter cõscripta haberentur: pontifices maximi res omnes singulorum annorũ lit-

Ex ꝓfatiõe Titi. Liuij.

Demetrii cõsilium

Porcius Latro:

Græci mẽdaces in historia.

teris mandebant: efferebantq; in album tabula domui proposita vt
esset populo potestas cuncta cognoscendi: & hi annales maximi no
minabantur. Hanc autem similitudinē scribendi secuti sunt Piso Fa
bius pistor & ille Cato porcius omnium bonarum artium magister a Catonis
Plynio nuncupatus: qui sine vllis ornamentis: sine pigmentorū co= laus.
loribus/sine fucato nitore monumenta rerum gestarū reliquerunt nu
da/tecta/atq; simplicia primā illam in primis obseruantes historiæ le Prima in
gem: quæ præcipit ne quid falsi dicatur. Etenim dempta ex historia historia
veritate ita narratio omnis inutilis/ac penitus manca efficit sicut cor lex.
pus animantis inutile fit oculis effossis: vt luculente scriptum est a Po
lybio. Deinde cum ingenia erudito iam sæculo indies magis excole
rentur: & facundia vberior/politiorq; proflueret eloquentissimi apud
Romanos ad scribendam historiam sese applicauerūt: qui non vt su
periores tantū modo narratores fuere: Sed etiam exornatores/atq; il
lustratores maximi extiterūt: qui vtpote diuino ingenio præstantes
viri historiā affectionibus omnibus casuum varietate mirabili egres
sionibus iucundis respersérunt/& quibusdam flosculis quasi pratum
distinctam/variatāq; decorarunt. Qui cum omnes sint excellentissi=
mi: cū omniū lectio iucundissima/ac vtilissima futura sit: cum omnes
haud dubie suspiciendos/ac lectitandos esse censeam. Titus Liuius Titi Li=
in primis enarratione dignissimus mihi visus est/& iucunditatis/vtili uij laus.
tatisq; inter alios refertissimus. Cuius lectio omnium scholasticorum
auribus/animisq; satisfactura sit. Est enim dulcis/candidus/& effusus/
& eo nullus historicorum melius cōmendauit mitiores affectus: apud
quem omnia tum rebus/tum personis sunt accommodatissima. Qui
in narrando miræ est iucunditatis/clarissimiq; candoris: qui (vt veris
sime dixit Quintilianus) in contionibus supra q̄ narrari potest est
eloquētissimus: Cuius lactea vbertas lectorem detinet/auocat/pascit/
omnibusq; affectionibus validissime commouet/& quo vult maxi=
me impellit: cuius diuinæ facundiæ nihil addi potest: cuius orationi
si quid demas ex elegantia detraxeris quēadmodum de Platonis ora
tione Phauorinus dicere solebat. Idem grandiloquus est & sententia
rum grauitate/& maiestate verborū: idē copiosissimus/ nec tamē lon=
gus. Nam (vt inquit egregie Martialis) Non sunt longa quibus nihil
est quod demere possis. Non igit immerito diuus Hieronymus testa=
tur quosdam ex vltimis Hispaniæ/ Galliarumq; finibus viros illu=
stres Romam venisse/vel ob hoc solum vt Titum Liuium lacteo elo
quentiæ fonte manantē contuerentur: qui vt Plynius in epistolis in
quit) postea q̄ hominē videre statim in patriam repedarunt. O te feli

cem/o'te beatum Tite Liui:cuius vnius videndi causa viri nobiles tot milia passuũ confecerũt ex penitissimis regionibus proficiscẽtes. tot mõtes incultos.tot inuia loca superarũt. Illa pfecto illa diuina virtus est existimanda quæ in vno hoie tantũ polluit/tantũ effulsit vt ad eũ visendũ tanq̃ ingens/celebrandũq; miraculũ Galli/Hispaniq; sollicitarẽtur.merito Quintilianus Liuiũ inter cæteros scriptores legendũ esse præcipit in scholis quoniã scilicet candidissimus est & maximus auctor historiæ. Merito & nos Liuiũ ex omnibus vnum delegisse videmur quẽ publice hoc anno pfiteremur:cuius libri omnes cũ lectitãdi sint & in manibus quotidie habendi. Nõne hæc decas liuiana quã dijs bene auspicantibus ordimur enarrare reliquis decadibus est ante ponenda? Nonne hæc in primis volumina a Liuio diuinitus scripta fuisse censendũ est? Et hęc profecto decas (hoc em̃ nomine Liuiani libri a numero denario nũcupãtur) quãto bella quæ cõtinet cæteris bellis maiora fuerũt:tanto reliquas decades antecellit. Laudat Origenẽ adamantiũ Hieronymus q; cum in cæteris voluminibus omnes superauerit in Cãtico cãticorũ ipse si vicerit. Laudatur a Cicerone Crassus orator quẽ cũ in agendis causis consensu oĩm cunctos semper exuperauerit in extrema actione a semetipso superatũ esse testatur. Praxiteles inter statuarios a Plynio celebrat.perinde ac marmoris gloria superauerit etiã semet.hoc idem & nos hodierno die de Liuio merito dicere possumus.qui cum in cæteris decadibus cæteros antecelluerit in hac semetipsum vicit. Et me Hercules vt dicã viri clarissimi qd̃ sentio eodem animo Liuius bella scriptitauit quo romani gesserunt:eodẽ ingenij fulmine stilum exercuit quo romanus populus arma tractauit: eadẽ vigilantia incubuit chartis:qua Romani milites disciplinæ militari incubuerũt:& mediusfidius videt populus Romanus vel ob hoc vnũ tã memoranda facinora gerere voluisse vt illa a tam luculẽto scriptore describerentur:qui res haud dubie luculentas verbis luculentis æquauit:quẽ quotiẽscũq; in manus sumo:nõ legere videor bella: sed tractare. Et (vt inqt Hieronymus de Paulo) nõ audire verba: sed tonitrua. In Liuianis voluminibus videre videor imperatores conciona bundos/militesq; suos exhortãtes ad prelia alacri animo capessenda Senatũ de rebus dubijs cõsultantẽ:hostes hinc formidosos trepidare:Romanos illinc furibũdos inuadere. Deniq; apud Liuiũ omis rei militaris disciplina cõtinetur:omia stratagemata:omnes calliditates impatoriæ demonstrãtur. Leges senatus/populiq; decreta: omnes deniq; artes:quibus domi/ foriscq; viuitur conspiciuntur. Sed prohdolor quantam iacturam passi sunt omnes litterarum studiosi ex centũ & decem voluminibus Liuianis deperditis:qui omnia quę vnq̃ Ro-

Decas.

Origenes.

Crassus.

Praxiteles.

mani per septingentos annos gesserũt ꝑclara facinora veluti in vnũ redacta corpus noscere potuissent. Quãto dispendio affectus est Romanus po. Cuius tot ac tantarũ rerũ gestarũ memoria cũ libris Liuij pariter interijt. Quantũ verę famę detrimentũ illustrissimi impatores subierunt: quorũ nomina fuissent sempiterna & gesta memorarẽt: Si liuiana volumina nõ intercidissent: qd si defunctis vllus est sensus ꝓfecto liuianos manes ingemiscere credendũ est tot labores incassum sibi fuisse susceptos: tot nequicq̃ vigilatas noctes: tot frustra conscripta volumina. quę si extarent omnia: nihil ꝑterea nobis foret desiderandũ. haberemus in quo ocium/in quo tẽpus bene collocare possemus: & tamen nobis vtpote somniculosis vix ætas suppeteret ad legendum: quæ illi diuina quadã benignitate prædito suppeditauit ad scribendũ: qui etiã Dialogos (vt inquit Seneca) philosophorꝫ more conscripsit: sed querelæ ab exordio nostro enarrationis ꝑcul absint: nihil nec nobis/nec ipsi Liuio profuturæ. Cęterũ cum sapiẽtis sit seruire tẽporibus: nos quoq; tẽporibus his seruiamus: quib⁹ cum arma vigeant: bella horrida perstrepant: Cũ omnis Italia bellicis tumultibus fęuiat: classica personent: Cũ Mauors telum suũ quatiat: bellona dominetur: idoneũ esse videtur vt scriptores eos potissimũ legamus qui bella describunt: hęc ergo sit nostra militia. alij bella gerent: nos legemus: alij sub Dio in campis patentib⁹ intuti pugnabũt: nos pugnas confectas in vmbra/in scholis tuti recensebimus. hinc aures nostras Liuius personabit: inde Sylius. Ambo eadẽ bella facundissime narrantes ille soluta oratione: hic versu heroico: qui nõ minus historicus q̃ poeta iudicãdus est: Qui stilo Cothurnato & charactere grandiloquo tonare ac fulminare videtur: qui bella nõ scribere sed bellare Cui optime conuenit illud Horatianũ: Audire magnos iã videor duces. Nõ indecoro puluere sordidos. Ardẽs est: cõcitat⁹: erectus: idem candidus: copiosus: atq; sublimis: multũ habet neruorũ: plurimũ lacertorũ: totus bellicis rebus accõmodatus: qui nõ minus eruditionis afferre possit: q̃ iucũditatis: mira est in Sylio rerũ reconditarũ copia varia ac multiplex locorũ & maxime Italicarũ vrbiũ descriptio: multa hystoriarũ cognitio. Et cum Virgilium illa felicitas ingenij soluta oratione reliquerit: Cũ Ciceronẽ facũdia illa genuina in carminibus destituerit: Sylio contigit id qd paucissimis dij dederũt vt idem esset & maximus poeta: & summus orator: qui vtrũq; & Maronis & Ciceronis opus fœlicissime impleuerit: qd epigrãmaticus poeta elegãtissime demonstrat his versibus cum de Sylio loqueretur.

Sacra cothurnati non attigit ante Maronis:
Impleuit magni q̃ Ciceronis opus.

183

Idem; alibi Sylium musarum decus appellat: Sed quid plura? Liuij & Silij facūdia: vires: ingeniū: eruditio: cęterę q̃ virtutes eximię sese no nobis quotidiana enarratione exhibebūt: sese offerēt: ostentabūt clarius sole fulgentes. Ego vero omni diligētia: studio: vigilantia elaborabo: enitar atq; contendā: ita singulos nodos enodare: ita implicita explicare: vt quēadmodū vos mihi ornamēto maximo futuri estis: ita ego vobis sim nō minimo emolumento. hoc mihi in aīo est velle prodesse: vobis sit velle proficere. Dij, faxint vt vtriq; vtrūq; propositum implere possimus.

Philippi Beroaldi Oratio habita in enerratione epistolarum Ciceronis & Lucani continens laudem poetices.

MAximum deorum munus est viri circūspectissimi: & quo nullum maius excogitari potest eloquentia: qua vna vel maxime separauit hominem a cæteris mutis animātibus deus ille parens & mundi fabricator: quæ quia sermone carent irrationabilia merito vocantur. Eloquentia homines palabundos in agris atq; dispersos congregauit in populum: & ex feris atq; immanibus mites reddidit & mansuetos. Eloquētia multę vrbes constitutę sunt: plurima bella restincta: Firmissimæ societates: sanctissimæ amicitiæ cōparatę. Eloquentia mortales immortales efficiuntur. Merito itaq; flexanima & omnium regina rerum oratio a doctissimis nuncupatur Cuius tanta est dignitas: tanta potentia: tanta maiestas: vt duce eloquentia dijs similimi esse videamur. Et homines eloquentes: qui oratores nominantur tantum reliquis hominibus præstare creduntur: quantū homines bestijs antecellunt. Nihil Mediusfidius eloquentia diuinius reperiri potest: nihil cōsummato oratore præstantius. Cæterum cum eloquētię partes omnes sacræ sint ac venerabiles: cæterisq; aliarum artium studijs anteponendæ. Poetica in primis sacratissima est: quā antiqui primariā quandam philosophiam esse tradiderunt: Quæ ab ineunte nos ætate viuendi formulam doceret: quæ mores: quæ affectiones ostenderet: quæ res gerendas cum iucunditate præciperet. Vnde non minus vere q̃ luculenter dixit Horatius. Os pueri tenerum balbumq; poeta figurat. Mox etiam pectus pręceptis format amicis: Instruit exemplis: inopem solatur & ægrum. Quāobrem ciuitates græcorū erudissimæ liberos in poetica in primis erudiebant: solum poetam sapientem esse dictitantes. Et vt diuus Augustinus scriptum reliquit poetæ theologi nuncupati fuerūt. Cum de dijs immortalibus diuinitus multa conscriberent. Quales Orpheus, museus, linus fuisse tradūtur: Enūero artis poeticę studia (vt Cicero facundis-

Palabundos. i. errabūdos Cicero in prologo rhe. ve.

Poetica

lime scribit) adolescētiam agunt: senectutem oblectant: secundas res ornant: aduersis perfugium ac solatium prębent: delectant domi: nō impediunt foris: per noctant nobscum: peregrinantur/ rusticantur. Huc adde q̄ poeticus decor exercetur ab oratore vt testis est Cornelius: q̄ oratori lectionem poetarum plurimū conferre Theophrastus affirmat: apud quos in rebus spiritus. in verbis sublimitas. in affectibus motus omnis: & in personis decor exprimit: ideoq̄ in hac lectione. M. Tullius putat esse quiescendū: existimatq̄ omnem loquēdi elegantiam expoliri/ augeriq̄ poetis lectitandis. Est enim finitimus oratori poeta: suntq̄ inter se cognatione quadam copulati. Cęterū cū cęterarum rerum studia præceptis cōstent atq̄ doctrina Poetę soli ipsa natura valent/ & mentis viribus excitantur: & quasi diuino quodam spiritu inflāmantur: vnde Plato diuinitus scripsit libro tertio de legibus poetarū genus esse diuinum: & idem tradit in phedro: Vates furore diuino concitatos multa commoda gręcis hominibus attulisse: ab eodem perq̄ eleganter dictum est in libello de furore poetico: poetas diuino instinctu concitatos eundem furorem interpretibus quos rapsodos appellat infundere: imitariq̄ magnetis lapidis naturam: qui non solum ferreos annulos trahit: sed eandem trahēdi vim ipsis annulis latenter insinuat: Origenes quoq̄ ille magister ecclesiæ in libris: quibus titulus est Periarchum virtutem quandam esse docet spiritalem: quę poeticam inspiret: cuius inspiratione poetæ repleantur. Platoni/ Origeniq̄ astipulatur Ouidius sic scribens. Est deus in nobis: agitante calescimus illo: Et alibi. Est deus in nobis: sunt & cōmertia cœli: Sedibus ęthereis spiritus ille venit. Quapropter haud īmerito poetas antiqui sacros nominarunt. Vnde ab eodem scriptum est. At sacri vates & diuum cura vocamur.

Et Calpurnius in bucolicis inqnit. Ille fuit vates sacer: Et Lucanus noster scriptum reliquit. O sacer & magnus vatū labor. Aennio vero sanctos poetas appellat: q̄ quasi deorum aliquo dono & munere præditi esse videantur. Hinc est q̄ poetę antiquitō in maxima veneratiōe māximoq̄ p̄cio habebātur q̄ a principibus fouebant: q̄ a regibō ditabantur: q̄ ab omnibus certatim amabātur. Vnde nō minus vere: q̄ discrete cecinit naso: Cura Ducum fuerant olim Regūq̄ poetæ. Pręmiaq̄ antiq magna tulere chori. Sanctaq̄ maiestas: & erat venerabile nomen. Vatibus & largę sępe dabātur opes. Charus fuit Scipioni Aphricano Aennio: Charō Archias; mario atq̄ lucullis. Cherilum poetā q̄uis ignobilē in delitijs habuit Alexāder. Vergiliū fouit Augustus: cuiō versiculos cū in theatro: po. Ro. audisset surrexit vniuersus & pręsentem spectantemq̄ Vergilium tanq̄ Augustum veneratus est.

Horatium mecœnas adamauit: Tybullum messala dilexit. Papiniũ Domitianus auro palladio coronauit. Ausonium Gratian⁹ cõsulatu decorauit. Neq; solum viuentes poetę qui honorificentius vates dici existimant: sed etiam defuncti venerabiles extiterunt: Siquidem Alexander magnus: cum inter spolia Darij persarum regis Scriniolũ cepisset auro/gemmisq; ac margaritis preciosum in eo libros homericos reposuit: vt preciosissimũ humani ingenij opus opere ditissimo seruaretur. Idem Homerũ adeo diligebat: vt eius Iliada. qd diuinum poema ediderat: qd viaticum rei militaris appellabat noctu sub pulueino vna cũ pugione subijceret: & ita cum Homero potarũ principe vigilabat: cũ Homero dormiebat: idem Pĩdari inter Lyricos poetas prestantissimi familię ac penatibus parci iussit. cũ Thebas euerteret. Alter vero Alexander qui romano prefuit imperio Vergilium adeo admirabat vt eũ platonem poetarũ vocitaret eiusq; imaginem in Larario cõsecraret. Quinetiam Elius verus Romanus iperator Martialem epigrãmaticum poetã suum Vergilium nũcupabat. Huc addeq; etiam dij amatores vltoresq; extitere poetarũ. Siquidẽ Apollinis oraculum (vt inquit Eusebius pãphilus) Euripidem laudibus in cœlum tulit: & Archiam tanq̃ scelestum ac pphanum iussit exire de templo q; Archilochum poetã interemisset. Sophoclen quoq; tragici cothurni principem liber pater tãq̃ delitias suas sepeliri iussit. Præterea poetæ quadam suauiloquẽtia adeo sunt dulces: vt non legantur modo: sed etiã ediscantur: quorũ authoritas tanta est: vt illorũ dicta pro certissimis testimonijs habeãtur. Nam & Plato & Aristoteles principes philosophorum Homeri aliorũq; poetarũ carminibus sua dicta persæpe corroborant. Quinetiam iuriscõsulti illi sanctissimi in libris Digestorum frequenter allegant poeticos versus: & maxime scribentes de cõtrahenda emptione: & venditiõe: & in titulo de gradibus: & de verborum significatione: & ad legem aquiliã: & de rerũ diuisione: sexcẽtisq; in locis citant testimonia poetarum. In Decretis quoq; Vergilianum carmen ex georgicis: & Horatij versus ex epistolis afferuntur. Quid nõne ecclesiastici scriptores & in primis Augustinus Hieronym⁹ atq; Lactantius Tria christiani dogmatis lumina clarissima scatent authoritatibus poetarũ? Quid maius loquor? Nõne apostolus Paulus vas electionis tuba euangelij & sanctarum scriptuarum armariũ poetas studiose lectitasse videtur? Qui ad Titum scribens versiculũ vsurpat Epimenidis poetę. Cretes semper mendaces malę bestię vẽtres pigri. In alia quoq; epistola Menãdri carmen allegat: corrũpũt bonos mores/confabulationes pessimæ. Et apud Athenienses in Areopago. hoc est Martis curia disputans: Aratum poetam testẽ citat. Præterea

vt in Decretis scriptũ est. dñs ꝑcepit israheliticis: vt ęgyptios argento spoliarent Tropologice intelligens vt argentũ. i. eloquentiã apud poetas inuentam colligerent atq; possiderent. Dauid quoq; ille psalmographus psalteriũ numeris poeticis cõcinnauit. Q d (vt inqt Hieronymus) in morem Horatij flacci & Pindari nunc iambo currit: nũc alchaico personat: nũc saphico tumet: nũc semipede ĩgredit. Deniq; Esaię & Iob: & Salamonis luculenta volumina: hexametris & pentametris versibus: vt Iosephus & Origenes scribunt apud hebræos cõposita decurrũt. Quinetiam vt Cassiodorus testatur: omnis poetica elocutio a diuinis scripturis sumpsit exordiũ: adeo musica venustas Leposq; poeticus existimat⁹ est omni esse suauitate refertissim⁹: adeo carmina moduliq; generosi placuerũt vt deos existimarent esse placabiliores: si eos versibus adorarẽt: vt carminibus precarẽtur. Vnde ab Horatio dictum est luculenter.

Carmine dij superi placantur carmine manes:

Et non minus vere q̃ facunde cecinit Lucretius.

Calliope requies hominũ diuumq; voluptas.

Sit igitur apud vos viri præstantissimi sanctum ac venerabile nomẽ poetarũ: qui principibus chari sunt: qui fouent a bonis: quorũ carmina ediscũtur a litteratis: quorũ versus tersissimi aures deorũ mulcent eosq; exorabiles mortalibus faciunt: qui quibusdã figmentis adumbrati multa saluberrima præcipiunt: sententias e penitissima philosophia deprõptas dissimulãter interserũt: mentes nostras optimis præceptis frequenter instituũt & vt author est Manlius. Omne genus rerum docti cecinere poetæ. Idem linguam ornant: facundiã augent: & supellectilem verborũ faciunt copiosissimã. Deniq; solis pene poetis datum est: vt ad laudandũ & vituperãdũ pariter sint accõmodati & quẽadmodũ immortali laude donantur illi: quos carminib⁹ extollunt: ita sempiterna illi pulsant infamia: quos maledicis versibus insectantur. merito nos monet Socrates platonicus vt diligẽter caueamus: ne poeticũ hoiem quẽpiã nobis infensũ habeamus. Et pricipes quos carminib⁹ celebrãt ĩmortales efficiuntur: q d elegãter expressit Horati⁹ illo versiculo. Dignũ laude virũ: musa vetat mori: Celo musa beat Si aliqñ lasciuire: & obscœna scribere: & ludicra atq; amatoria decãtare/& impudica ꝓmere vident: nõ ꝓpterea sunt poetę repudiandi: cũ neq; scriptoꝝ mores ex versibus iudicãdi: neq; lepidiora carmina ꝑ argumẽto ĩpudicitię sint habenda: licet lasciuire criminib⁹ citra impudicitiã: licet iocari versiculis citra obscœnitatẽ morum: licet lingua & calamo ludere pudenda: aĩo & corpore exercere ꝓbanda: nemo poetas explodendos esse censeat: ꝓpter versus melliculos: & amato-

rios: imo quilibet existimet poetas esse amandos/ fouendos/ sectitandos ppter singularē eruditionē: rerūq; doctrinā copiosissimā: quæ cū in oibus magna cōspiciatur/ in Lucano maxima redundat. Namq; in geographia hoc est locorū descriptione est eminentissimus: in astrologia eruditissimus: in historiarū enarratione facūdissimus: in orationibus eloquentissimus: in stilo heroico sublatissimus: in rebus describendis cōpositissimus: idē ardens est & cōcitatus: & sentētijs clarissim⁹: & vt inqt Quintilian⁹ oratorib⁹ magis q̄ poetis imitādus. Qui qm̄ magis scribit historiā q̄ figmenta componat: a nōnullis & maxime a Seruio ex familia poetarū exterminatur: ex quo & ipse apud Martialē illudens ait. Sunt quidā qui me dicūt non esse poetā: sed qui me vendit bibliopola putat. At qui diuus Hieronymus nō solū poetā eū appellat: sed etiā ardentē esse dicit. Papinius in syluis oibus poetis Lucanū nō veretur anteponere vnico excepto Virgilio: in cui⁹ comparationē ita scribit. Quid maius loquor ipsa te latinis Aeneis venerabitur canentē Et alibi metaphoricos inquit. Bethym Mantua prouocare noli: hoc idem sensit Martialis inquiēs. Phœbe veni: sed quantus eras cū bella canenti: Ipse dares latiæ plectra secunda lyræ. Enarrabimus itaq; dijs bene auspicātibus poema Lucani poetæ Cordubensis: Tersum eruditum: luculentū. Cuius lectio multū pderit: nec minus delectabit: qd si Ciceroni olim legere cōtigisset: nunq̄ profecto scripsisset. Cordubēses poetas pingue quiddā somniare: atq; peregrinū: ego in primis elaborabo enodare nodos q̄plurimos: quos vel paucissimi explicare potuerunt. Lectioni Lucani cōiuncta erit lectio epistolarum Ciceronis: & ita cū poeta illustrissimo copulabit orator inclytissimus: de quo meli⁹ est tacere sicut de carthagine scribit historicus q̄ pauca dicere: de quo cū proximis annis multa dixerimus in pręsentiarū hoc solū dixisse cōtenti erimus. Q; character Ciceronis epistolicus ad elocutionē in adolescentiorib⁹ scholasticis formandā ad facilitatē extemporalē comparandā est maxime conducibilis: cū leniter fluat: & ipsa epistolarum dialectos habeat quandā quasi genuinā iucunditatē in quib⁹ vincula quidem sunt: sed laxiora neq; tā numerosa q̄ in orationibus: & cū epistolæ quotidianis verbis texendæ sint: Cū nihil accercitū habere debeant vt inquit Seneca. nihil affectatum Ciceroniana in epistolis elocutio facilis est & illaborata/ & ex quodā veluti promptuario copiosissimo deprompta: q̄ cū imitanda sit & maxime imitabilis. Nemo non sperat se epistolarē Ciceronis eloquentiā effingere atq; emulari posse: verum vt inquit Horatius. Sudet multū frustraq; laboret ausus idem. Cæterum cū Liuius in epistola ad filium scripta legendū in primis esse Ciceronē præscribat: Opinor me facturū operæprecium si Ciceronis epostolas

publico auditorio hoc anno pfitebor. ex quarũ enarratione nõ parũ studiosi eloquẽtiæ iuuabũtur: ipse equidem quod ad me attinet omni studio vigilãtiaq; cõtendam vt oibus satisfaciã: vt neminem ad nostras lectiones audiendas venisse pœniteat: pręterea q̃dã scitu digna annotabimus: quæ ad epistolas cõponendas pertinere videbũtur vt scholastici nõ solũ ex viua (vt aiunt) voce: sed etiã ex scriptis litterulas nostras quãtulæcũq; sũt cognoscere possint. Sed iam tẽpus ẽ ad ea nos transire: quæ nationi ipsi sint accõmodata. Quæ dũ breuiter expono: quęso vt fecistis adhuc diligẽter attendite: mihi onerosum non est dicere: vobis molestum non sit audire. Dixi.

Philippi Beroaldi oratio habita in enarratione rhetoricorũ: continens laudationem eloquẽtiæ atq; Ciceronis.

SAepenumero admirari soleo Viri circũspectissimi: q̃ cum ex animo cõstemus & corpore: animũ: qui diuinus est paucissimi colant: corpus qd̃ fluxũ est & caducum q̃ plurimi Homines me hercle præposteri atq; peruersi: qui id quod deterius est pluris faciunt: eo q̃ preciosius est: qui bona corporis bonis animi anteponere non verentur: qui in voluptatibus belluinis summũ bonũ collocandum esse censent. Atqui quanto rectius: quanto laudabilius est ita instituere vitam nostram: vt corpus animo ancilletur vt bona animi prima & in primis capessenda esse existimemus vt corpus causa animi: nõ animũ causa corporis ab omnipotentissimo ac vltramũdano deo fabricatum esse credamus: vt deniq; hominem interiorem: hoc est animũ: qui verus homo est. colamus ac honorem⁹ hoc in primis iubet Plato ille philosophorum deus: hoc Platonic⁹ Apuleius facit andum esse demonstrat: hoc efficere debet: quisquis de seipso bene sentit. Cultura vero animi est: peioribus repudiatis meliora sectari: et id quod optimũ est potissimum capessere. Cultura animi est ingenuas disciplinas amplexari: cultura animi est ipsa eloquẽtia: quæ vna ẽ de summis virtutibus: quæ sacra ac venerabilis: quæ rerum publicarum gubernatrix præclara esse fertur. Quã. M. Tullius primam artem appellat: quam Cor. Tacitus autumat cęteris aliarum artium studiis esse anteponendam: in qua præsidium simul & telum est: Quo propugnare pariter & incessere possimus: Quæ flexanima: Quæ omnium regina rerum aluculentis scriptoribus nuncupatur: Q na qui præditus est inter homines (vt ita dicam) deus putatur: qua deniq; efficitur: vt reliquis hominibus tanto præstemus: quanto homines bestiis antecellunt. Eloquentiam ergo viri pręstantissimi totis viribus capessere: eloquentiæ dies ac noctes impendere: eloquẽtię iugiter inuigilare debemus: hoc sit ociũ nostrũ: hoc negociũ: in hoc

186

labor:in hoc quies reponat:& vt Horatianos versus vsurpem. Hoc opus:hoc studium parui ꝓperemus & ampli Si patriæ volum⁹ si nobis viuere chari: In cubiculũ autẽ eloquentiæ introducet nos ille qui claues habet. M. T. Ci. Qui eloquentiæ clauiger:ĩmo alumnus:ĩmo partus dici meret:hic nobis cũctas eloquentiæ diuitias reserabit. cũcta peristromata explicabit:oñes ornatus ostẽdet. hoc duce:hoc deprecatore nobis vtendũ est:si insinuare nos in amicicią cũ eloquẽtia concupiscimus. Hic enĩ ille est qui eloquentiã ipsam locupletauit: q ad ornamentũ patrii sermonis complura vocabula excogitauit:quaꝗ alia sunt:beatitas(beatitudo/syllabatim:&ꝓ orizonte finiẽdus multaꝗ alia id genus:quę primus Cicero cõmẽtus esse fertur:ideoꝗ incertum est:vtrũ ipse plus eloquentiæ debeat:an ipsi eloquẽtia:quẽ eloquentiæ archetypon & simulachrũ nuncupare meriro possum⁹ :qui apud posteros id est cõsecutus:vt Cicero iam nõ hominis nomẽ sed eloquẽtiæ habeatur:de cui⁹ laudib⁹ sicut inquit Salustius de carthagine. Melius esset tacere q̃ pauca dicere & nos anno ꝓximo non pauca cõmemorauimus. Sed qm̃ vt autumat Plato. Nõ nocet bis dicere quod bene dicit. vt ait Seneca. Nũq̃ nimis dicit qd̃ nunq̃ satis. Repetamus in pręsentiarꝫ nõnulla de Cicerone:quę neqꝫ vos audiuisse? neqꝫ nos dixisse pœniteat. M. Antonius orator. cui vel primas eloquẽtiæ partes maiores nostri tribuerunt dicere solebat:multos sevidisse disertos:eloquẽtem oĩno neminem:eloquentię videlicet formã quã animo cernebat:re ipsa videre non poterat. Vtinã hic Antoni⁹ Ciceronẽ in foro romano causas actitãtẽ:vel semel audiuisset profecto dixisset hũc esse illũ:quem q̃rebat:quẽ nusq̃ videre poterat :eũqꝫ nõ solũ eloquẽtem:sed eloquẽtissimũ: sed eloquẽtię ipsi⁹ imaginem esse asseruisset:& merito. Nã vt facũdissime Quintilianus tradit. Cicero vnus dono quodã ꝓuidẽtiæ genitus videtur : in quo totas vires suas eloquẽtia experiret. qui effinxit vim Demosthenis. copiã Platonis:iucunditatẽ Isocratis:in quo oñs orãdi virtutes cõgestæ fuerunt:q̃ in alijs oratorib⁹ singulę cõspiciunt. Laudamus in Cęsare calorem:in Seneca copiã:in Quintiliano diligẽtiã:in Plinio nitorem. Laudauerũt prisci in Graccho ĩperiũ:in Lęlio lenitatẽ. in Catõe gratitatẽ. in Caluo sanctitatẽ:in Hortẽsio partitionẽ:at. M. T. in oñib⁹ his quę in singulis singula laudãtur est eminentissimus :a quo oñis dicendi copia:velut a copiossimo fonte procurrit:a quo sicut de Homero cecinit Mãnili⁹:Oĩs posteritas latices in pocula duxit de quo id dici merito potest verbis paulũ immutatis:quod de Epicuro dixit Lucretius. Hic gen⁹ humanũ eloquio superauit: & omnes Restinxit stellas exortus vt ęthereus sol. Et cum ab alijs scriptoribus rerũ :ab

Ciceroĩs laus.

alijs verborum doctrina quæratur. Cicero doctrinam/facundiamq; abunde suppeditat. Et cum tria sint genera dicendi: quos græci characteras appellant. Cum sint grandiloqui qui sentētiarum grauitate & maiestate præpollēt: cum sint graciles in quib⁹ subtilitas ac venustas est: cum sint intermedij qui in cōfinio vtrorūq; temperati florēt: in his omnibus Cicero absolutissimus/cōsummatissimusq; cōspicit. Laudat Homerus in Vlysse orationem quā niuibus hibernis simillimam illo versu esse pronunciat. Instar erāt imbris fluitātia verba niualis. Talis in Cicerone haud dubie esse cognoscitur. videlicet plena/larga/magnifica/excelsa/breuiterq; cœlestis. Pericles ab Aristophane poeta comico dictus est: fulgurare: tonare: cūcta oratione perturbare atq; ingeminescere. Hoc idē de Marco Tullio dicere possum⁹ cuius sentētiæ fulmina: verba tonitrua mihi vidētur. Et sicut apostolus Paulus tuba euangelij a diuo Hieronymo nūcupatur: ita ipse tuba eloquedtiæ nuncupari potest: in cuius labris illā persuadendi deā sessitauisse credimus: quæ a græcis Pitho. a latinis Suada/siue Suadela nominatur: quā in ore periclis apud græcos: in ore cethegi apd Romanos sedisse scriptores idonei tradiderūt. Merito igitur rex oratorum & latinę linguæ illustrator dictus est. Merito arcem eloquentiæ tenere & in iudiciis regnare existimatus. Merito ob eius os Graij ora obuertebant sua. Ex cuius libris deprēdere licet: vt Cornelius tacitus auctor est. nullius ingenuę disciplinę sciētiam ei defuisse. ille nō solum grāmmaticę: & poeticæ. & rhetoricæ artis crateras ebibit: sed etiam auidissime hausit crateram dialecticę austeram: musicę dulcem geometricę limpidam. & vniuersę philosophię nectareā: quā quidem philosophiam: cum Romę prius peregrinaretur: & vt vtar vocabulo Plautino tantūmodo atticissaret: prim⁹ fere Romana ciuitate donauit: & latina linguā opulentam ac pollentem fecit. nāq; verbis pluribus græcanicis verba latina accomodauit. Quę enim philosophi græce dicunt Catorthomata: Cicero latine Recte facta nominauit: q̄ illi Catalepsis hic compressiones: qd illi Axioma hic pronūciatum quæ illi fantasias hic visa nuncupauit: & sexcenta alia id genus primus effinxit: idem vt nihil intactum relinqueret iuri operā dedit & de legibus volumina concinnauit. In omibus vero quę scripsit tanta authoritas inest vt pratione dicta ipsius habeantur: vt iurisconsulti pluribus in locis testimonio Ciceronis vtantur. Namq; in libro de verbo. signif. definitio littoris ex eius sentētia cōprobatur. & Digestis & origine iuris fit mentio orationis quę pligario scripta est. & in titulo de pœnis exemplū orationis pcluentio habite mutuant. Igit cū tam varijs /tāq; multiiugis disciplinis esset refertissim⁹ fact⁹

Græca latine dicta

cōsummatus orator: & vt dicam qd̄ sentio incomparabilis. & qd̄ de Varrone dixit Terentianus vir doctissimus vndecūq; Varro: id nos de. M. T. C. dicamus. Vir doctissimus vndecūq; Marcus q mihi hac peculiari laudatione laudādus videtur vt tribus hisce noībus cognominetur quæ illi optime quadrāt: videlicet Polyhistor: Philosophotatos. Poligraphotatos. i. multiscius philosophię scientissimus: & rerum plurimarū scriptor luculentissim⁹: hic enī est ille quē ob eximias excellētesq; virtutes omnes in cœlū laudibus certatim ferunt: de quo præconia poetarū vulgatissima celebrā tur: de quo ita cecinit catull⁹. Disertissime romuli nepotū quot sūt quotq; fuere Marce Tullii quot q; post aliis erūt in annis. De quo ita Lucanus. Romani maxim⁹ auctor Tullius eloquii. De quo Silius Furialia bella. Fulmine compescet linguæ: nec deinde relinquet Par decus eloquio cuiq̄ sperate nepotum. De quo epigrammaticus poeta Martialis. Illud laurigeros ageres cum lęta triumphos. Hoc tibi Roma caput cū loquereris erat Qui ita laudat a Manilio. Et censu Tullius oris emeritus cœlū. Quē cū græce declamantē Apollonius rhetor audiuisset mirabūdus paulisper obticuit: moxq; in hæc verba prupit. te nempe Cicero laudo & admiror: sed græcorū fortunę me miseret. Cū video eloquētiam quę virtutū sola nobis græcis relicta erat per te Romā trāsmigrare: extat luculentū epigrāma. dignūq; vbiq; legi qd̄ Tullius laurea Ciceronis libertus in laudē patroni concinnauit cū aquas Ciceronianas oculis medētes: his versibus celebraret. Quo tua romanæ vindex clarissime linguæ: Silua loco melius surgere iussa viret. Atq; Academiæ celebratā noīe villam. Nunc reparat cultu sub potiore vetus. Hic etiam apparent lymphæ non ante repertę: Languida quę infuso lumina rore leuant. Nimirū locus ipse sui Ciceronis honori Hoc dedit: hac fontes cum patefecit ope: Vt qm̄ totū legitur sine fine p orbē. Sint plures oculis quæ medeantur aquę. Quid multa? Nōne & Plini⁹ Ciceronem extra oēm ingenii aleam collocat: & doctrinarū lucē appellat qui in. vii. natu. histo. de laudibus Ciceronis luculētissimū scripsit elogium. Et ab oībus Ciceronianę virtutis amatorib⁹ ediscendū: quod hoc est. Sed quo te Marce Tullii piaculo taceā: quo ve maxime excellentē insigni prędicē? te dicente legē Agrariā: hoc est alimenta suaab dicarūt tribus. Te suadente roscio theatralis seditionis authori leges ignouerūt: notatasq; se sedes ignominię discrimine equo animo tulerūt: te orante pscriptorū liberos honores petere puduit. Tuū Catilina fugit ingeniū: tu Marcū anthoniū pscripsisti. Salue primus oīm pater patrię appellate: primus in toga triumphū: lingnęq; laureū megite: & facūdię litterarū latinarū parens: atq; vt dictator Cęsar hostis

quondam tuus de te scripsit: omniũ triumphorum laudem adepte maiorem: quãto plus est ingenij Romani terminos in tantũ promouisse q̃ imperij. Hæc obiter dicta sint de viro nunq̃ satis laudato: cuius libros omnis diuinitus scriptos. Vtinam tam studiose legeremus: q̃ studiose diuus Hieronymus lectitauit: qui ob id ipsum Ciceronian⁹ ante dei tribunal meruit appellari. Sicut in libello ad Eustochium ipse meminit. & Rufinus affirmat. Cuius rei etiam mentio fit in decretis dist. xxxvij. Nos vero ex immensa Ciceronianæ bibliothecæ silua Rethoricos ad Herennium potissimum excerpsimus: quos publico auditorio hoc anno profiteremur: in quibus præcepta docendi oratorias artes plurima & pene omnia adamussim perscribũtur: quos libros quidam non Ciceronis: sed alterius oratoris & potissimum cornificij esse contendunt. super qua re nunc mihi nõ est disputandi locus. hoc vero exploratissimũ est: hos libros rhetoricos: siue a Cicerone cõpositi fuerint vt Priscianus existimat: siue ab alio nescio quo: vt nõnulli ex neotericis autumant: esse luculentos limatos emunctos & in primis cõducibiles ad docendã eloquentiã: quæ in canonicis scripturis argento cõparatur: quã sub noĩe argenti ęgyptijs eripiendã esse dominus p̃cepit. sicut in Pentateuco & maxime in Exodo a Moyse relatum est: in Leuitico etiam primicias mellis domino iubemur offerre quod tropologice significat dulcedinem eloquentiæ: quo nulla dulcedo mellea dulcior esse existimatur: cui omnis suauitas comparata fatiscet: & austeritatis ac amaroris plena videbitur: hoc verum esse omnes eloquentiæ professores affirmant: hoc nemo vestrum inficiabitur: vbi præcepta rhetorice optime didiceritis. Quam nõnulli in latinum transferentes. Tum oratoriam: tum oratricem nominauerunt. Eritis autem haud dubie eloquentes: si eloquentissimi oratoris volumina in manibus frequenter habebitis: si Tullianæ lectionis eritis studiosissimi. ille enim (vt Quintilianus ait) se profecisse sciat: cui Cicero valde placebit. Lectioni Ciceronis copulata erit lectio siluarum: quas Papinius statius poeta Neapolitanus: poetico quodam calore conscripsit: vnde & siluæ merito nuncupantur. Nam siluam Prisci vocarunt poema stilo q̃ velocissimo compositum. Quando Poeta calorem sequens ad impetum: ex tempore scribit. Et vt inquit Plato: In musæ tripode sedens furoris afflatu concitatur. Præterea in silua in alia significatione apud eruditos accipitur pro vbertate ac copia rerum cateruatim congestarum. Vnde ait Cicero in Oratore. Omnis silua dicendi ducta ab illis est: Et Tranquillus in libro de grammaticis. Reliquit (inquit) nõ mediocrem siluam obseruationũ sermonis antiqui. Et diuus Hieronymus in prologo Iosue & in prologo Paralypomenon

Silua.

ſiluam hebraicorum nominũ appellat multitudinem copioſiſſimam In hoc vero poemate perinde ac in ſiluis/ nemoribuſq; ſunt cũcta cõgeſta & agminatim coaceruata. incredibilis rerum reconditarũ cõmemoratio immenſa multiiugæ doctrinæ deſcriptio hyſtoriarũ: ac rerũ ſcitu dignarũ luculenta narratio. In ſumma q̃ plurima leguntur in ſiluis ſtatij: quę prophanũ vulgus ignorat in quibus grãmatiſtæ alluci nãtur: in quib⁹ cõmentatores ſubinde labũtur. hęc & id genus reliqua nos ea vigilantia/eo ſtudio/ ea diligentia explicare conabimur: atq; p virili parte enodare curabimus: vt nullus auditor noſtrorũ enarrationes noſtras merito poſſit criminari. Cæterũ qm̃ Ciceronis rhetoricos enarraturi ſumus: ne illotis (vt aiũt) pedibus in ipſa penetralia ingrediamur. De Ciceronis vita & obitu pauca dicam⁹ quæ vobis voluptati ſit audiuiſſe: vſui & ornamento meminiſſe: vos (vt cœpiſtis) quæſo diligenter attendite. Dixi.

Philippi Beroaldi Oratio habita in enarratione Iuuenalis atq; Salluſtij.

Etuſtiſſimi græcorũ viri clariſſimi maximos honores/cõſtituerunt nobilibus athletis qui in ludis olympicis/ pythijs/ iſthmijs/neemeis victoriã reportaſſent. Nã cũ palma & corona decorarẽtur in ſuas mox ciuitates reuertentes quadrigis triũphalibus inuicti cõſpiciebãtur: & quoad viuerẽt vectigalibus publicis alebãtur. Quod me cogitãte ſubijt admiratio: cur nõ ijdem honores vel potius maiores: luculentioraq; emolumẽta cõſtituta fuerint rerũ ſcriptoribus: qui infinitas voluptates cũctis mortalib⁹ præſtãt: & de toto humano genere optime mererent: q tãto athletis anteponẽdi ſunt: quãto animi corporib⁹ antecellũt. Etem̃ ab athletis corpora a ſcriptorib⁹ animi exercent: illi corpora ſaginãt: iſti animis pabulũ ſuggerũt copioſum: & ſolã imortalitatẽ aucupãt. Quocirca cũ multũ debeamus ſingulis ſingularũ rerũ cõditoribus tũ plurimũ profecto debem⁹ inuẽtorib⁹ lr̃arũ. quib⁹ nihil p̃ſtãtius: nihil excellẽtius: nihil vtilius vllo vnq̃ tpe excogitatũ eſt. Em̃uero lr̃is cõſtat imortalitas hoim: & memoriæ fulcit ęternitas: litterę res multis retro ſęculis a multis nationib⁹ geſtas nobis oſtentãt. lr̃is cognitio oim diſciplinarũ pcepta eſt: cõmerciũ lr̃arũ tolle ex hoibus: ſolẽ ex ipſo mũdo ſuſtuleris. Huius tam excellẽtis/tam neceſſarij boni quiſnã fuerit repertor ambigitur. Alij a Mercurio litteras repertas arbitrãtur. Alij a phœnicibus inuẽtas eſſe tradunt. Cuius rei argumentũ eſt q; phænicia litterarum elemẽta primi poetę nũcuparunt. In gręciam autẽ e phœnicia litteras Cadmũ attuliſſe ferũt: mox e gręcia in latinũ attulere Pelaſgi. Quidã autumãt litteras Aſſyrias fuiſſe ſemp. Eccleſiaſtici vero ſcri-

Litterarũ laus & inuentio.

ptores ab hebręis repertas esse cō tendunt. Idq; validissimo argumē to probare nitunt: q; videlicet apud hebręos singula litterarū elemē ta aliquid significēt qd neq; apud gręcos: neq; apud latinos vllomo do fieri potest: verbi gratia. Prima hębreorum littera Aleph nūcupa tur: qd latine significat disciplinam. Secūda beth. qd domus interp̄ tatur. Gymel plenitudo. Deleth tabularū siue librorum: & ita reliquæ litteræ hebræorū alicuius rei significatiuæ/esse traduntur: qd neq; de gręcis /neq; de latinis fertur. Hęc sunt quæ ab eruditis memorātur de origine litterarum: q bus qui imbuti fuerint: tm̄ illitteratis hominibus antecellunt: quātum homines cęteris animātibus pręstant. Cæterum ipse mecum interdū quęrere soleo: quid est q; cum tot fuerint populi: tot gentes toto terrarum orbe diffusętam paucę nationes in littera rum studio efflorueriut. Soliq; fere græci & Italici litteras excoluerint Nāq; plures (vt ego opinor) in sola gręcia/ Italiaq; scriptores extite runt: q̄ in omnibus alijs per longa sęcula nationibus: huiusce rei nimi rum illa potissima causa esse creditur. aeris videlicet subtilitas atq; tē peries. Non enim temere dixit Heraclitus. aer siccior. anima prudēti or & melior. hinc thebani pingues hebetesq; existimati sunt: q; thebis cœlum esset crassissimū. Cōtra Attici putantur acutiores: q; Athenis aer tenuis atq; salubris. hinc septētrionales mentibus stupētibus esse tradunt: q; propter cœli crassitudinem: īmodicūq; aeris humorem re frigerētur: quæ res haud dubie efficit animos tardiores/hebetioresq;. Verum propter sanguinis/humorisq; abundantiā ferro resistunt sine timore: Ecōtrario qui proximi sunt ad axem meridianū feruētissimis æstibus obnoxij exiguum habēt sanguinem: ideoq; timidiores sunt pauidioresq;: & q̄ uis sint animis acutissimis: summaq; solertia prædi ti: exustas tamen habent a sole vires animorū. Nimirum hoc illud est qd philosophorū princeps Aristoteles scribit in Politicis. Gētes q̄ in frigidis regionibus incolunt/ainmo quidē abūdare. Ingenij vero & artificij habere q̄ minimum. Asiaticos aūt ingeniosos quidem esse sed minime animosos: at genus gręcorum sicut in meditullio regio nis situm est: ita animo pollere & ingenio. Italia quoq; cū inter septē trionalem: meridionalēq; palam collocata sit: mixtionibus diuersis efficitur tēperatissima: quēadmodū Iouis stella inter Martem feruen tissimum: & Saturnum frigidissimum media currens temperata salu tarisq; sit: Quocirca Italia omnium terrarum alumna ac parens nun cupatur. Eadem cunctarum gentium in toto orbe prima esse traditur Quæ omnes nationes sine cōtrouersia antecellit: Viris/fœminis/duci bus/artium pręstantia ingeniorum claritatib⁹. Ipsa vero vrbs Roma vt inquit Ammianus Marcellinus virtutū oīm fuit domicilīū. Cum

viri diuino pene ingenio pręclari: & etiam inumerabilles in Italia per varias ætates extiterint. Duobus potissimũ temporibus q̃plurimi efloruerunt: videlicet circa tempora Augusti & mox circa tẽpora Domitiani atq; Traiani. Illa profecto sęcula aurea cognominari merito possunt: Illa fœlicissima tempora nuncupanda: quibus Cicero. Asinius pollio: Cælius: messalla: Caluus: Iulius Cęsar. M. Varro: & mox Vergilius: Ouidius/Varro attacinus/Propertius/Tibullus: & sexcenti doctissimi floruerunt. Altera vero ętate non pauciores extiterunt. Inter quos Quintilianus/Duo Plinij/Tacitus/Trãquillus/Gellius. Martialisq; excelluerunt: & in primis Iuuenalis aquinas: qui quemadmodum ipse poemate Satyrico eluxit in hac posteriori ętate. ita in superiori Crispus Salustius in scribẽda historia immortalitatem sibi cõparauit. Quos ambos hoc anno ideo publice pfiteri destinaui: quoniam ex vtriusq; lectione. Confido auditores maximam vtilitatẽ cũ voluptate esse capturos. Nam Crispus Salustius ob elegantiam imitabilemq; in scribendo breuitatem assecutus est primas inter historicos partes: quos epigrãmaticus poeta illo disticho expressit. Hic erit vt perhibent doctorum corda virorũ Crispus romana primus in hystoria Etenim ita creber rerum frequẽtia est vt verborum ꝓpe numerum sententiarum numero sequatur: ita verbis quoq; nouator dictus est cõcinnus ita elegans/ita pressus: vt nescias vtrũ res verbis: an verba rebus illustentur. Salustium Quintilian⁹ Thuccydidi celeberrimo apud gręcos non dubitauit opponere: in quo cum sit pręcipua virtus breuitas: vt Seneca refert: hac eum Salustius vicit: ex cuius oratione nil demi sine detrimento sententię potest. Vnde haud immerito dixit Macrobius Salustium in genere dicendi breuissimo dominari. Et magnam profecto iacturam passa est latina lingua deperditis Salustii libris: quibus gesta Romanorum cõplectebat nobis tantũmodo supsunt illius diuini viri Catilina atq; Iugurtha. Salusti⁹ ab Augustino ita laudatur: vt eum appellet nobilitate veritatis historicum. Cuius orationes (vt inquit Seneca) leguntur in honore historiarum: quæ haud dubie volumina indicant quanta in scribendo maiestate: q̃q; diuino fuerit decoratus ingenio: sed quẽadmodũ in historia eximius est Salustius: ita iu Satyra eminentissimus est Iuuenalis. Cuius poemate eruditissimo nobis abunde declaratur: nõ pauciora priscis temporibus q̃ nostris flagitia extitisse. Nec flagitiosos pauciores: huius itaq; lectione affatim cognoscetur: quãtis vitijs illa ętas infecta fuerit: quantisq; libidinibus cõmaculata: ita vt vitupetatio talũ flagitiorum: nobis maximo esse possit documẽto: vt qd turpe est fugiamus: qd honestum est id tota mente capiamus. Ex Satyrici poetæ lectiõe

Salusti⁹.

aperte cognoscemus id qd̃ nos conquerimur Maiores nostros conquestos fuisse. Videlicet corruptos esse mores vigere nequitiam: luxuriam: libidinemq; dominari. Maximã profecto nobis exhibebit vtilitatem: nec minorem voluptatem Iuuenalis: in quo eruditio mira est: Varietas rerũ iucundissima: Stilus tersus. libertas Satyrica. Sententiæ scitu dignæ innumerabiles: laudatio virtutum: vituperatio vitiorum. Enarrabimus ergo diis bene iuuantibus celeberrimũ satyricum & hystoricum luculentum: & pro mediocritate huiusce meę quantulęcunq; in profitendo facultatis elaborabo vt cunctis satisfaciã: vt recondita illustrem. Et in primis quæ cõmentatoribus omissa sunt: vel parum diligenter interpretata: ea enarrare conabimur. in summa illa omnia qualiacunq; sunt: quę longis vigiliis/& iugi labore didicimus vobiscum libentissime cõmunicabimus: Vos quæso aurium operam nobis accõmodate. Dixi.

Philippi Beroaldi Oratio habita in enarratione Quæstionum Thusculanarũ & Horatij Flacci: continens laudem musices.

MAgna res est ac venerabilis: omniũq; mortalium votis expetenda viri clarissimi philosophia: quã gręci Ethicen: latini moralem nominauerunt: quę cum animorũ nostrorũ medicina sit efficacissima: tanto reliquis disciplinis est excellentior: quanto animi corporibus antecellunt. Nam cũ constemus ex anima & corpore. Cumq; corpis seruitio animi vtamur imperio. Magis nos decet animum curare q̃ corpus. Nihil autem peræque pertinet ad animorum sanationem: q̃ philosophia & ea potissimum: quæ de vita tractat & moribus. Siquidem cũ plures perniciosioresq; sint animi morbi q̃ corporis: qui dies noctesq; nostras mentes exedũt. Cum cupiditatibus insatiabilibus sollicitemur: cum perturbationibus innumerabilibus simus obnoxij: hos omnes morbos sola sanare potest philosophia moralis. Quę haud immerito vitę dux: & virtutis indagatrix expultrixq; vitiorum a luculentis scriptoribus nuncupatur. Cuius documentis qui fuerit imbutus: is facile casus contemnet humanos. fortunamq; floccifaciet imperterritus/ imperturbatus/ inuictus. Et cum plura sint studia: quæ liberalia nominantur: quia homine libero digna sunt. Hoc vnum philosophiæ studium vere liberale est: quod homines liberos facit sublimes fortes/ atq; magnanimos. Quocirca illi valde vituperandi esse creduntur: quorum corpora in sagina sunt: animi in macie veternoq; tabescunt: apud quos appetitus rationi imperat: Virtus voluptati obsequitur: corpus animo dominatur. Quorũ deus venter est: quiq; in voluptatibus/ libidinibusq; summum bonum collocarunt. At quanto maiores nostri prudentiores/

Ethice.

laudabilioresq; extiterunt: qui virtutē ad beate viuendum solam suf
ficere crediderunt: qui vnicæ philosophię diuitias omnes postposue
runt. Solam virtutē contemplantes: soli sapientiæ inhiantes/ solam
Socrates doctrinā amplexantes. Inter quos imprimis Socrates philosophorum fons nuncupatus excelluit qui primus philosophiā deuocauit a cœlo. Docuitq; de vita & moribus rebusq; bonis ac malis inquirere. Nam cum philosophię tres partes esse tradiderint eximij scriptores: Physicen: Dialecticen: atq; Ethicen: quarū physice: quæ a nobis naturalis appellatur rerū naturā perscrutatur. Dialectice: quā rationalē nominamus: ꝓprietates verborū structuramq; requirit. Ethica q̄ dicitur moralis animū componit atq; omnes animorū perturbationes sedat: hāc postremā Socrates cōplexus est. Ethicā Socrates in scholis edocuit/ ethicam adamauit/ illustrauit/ excoluit: ad quā cū transiret illud vulgatissimū vsurpauit. Quæ supra nos nihil ad nos: tanq̄ sola philosophia moralis esset mortalibus maxime necessaria atq; frugifera: plurimūq; vtilitatis afferret. Cum reliquas partes nō multum probaret. Ideoq; neq; de natura rerū: neq; de altioribus sublimioribusq; rebus Socrates vnq̄ disputabat: sed de sola morali philosophia assidue disserebat ac meditabatur. Cuius discipulus diuinus ille Plato doctoris dogmata in omnibus fere voluminibus mirabiliter expressit. Eiusq; ingenium varioq; sermones immortalitati cōmendauit: cum ipse litteram Socrates nullā reliquisset. Cęterum philosophia omnis ac reliquæ liberales disciplinæ diu in solis græcorū gymnasijs floruerant: diu a solis græcis tractatæ/ excultæ/ illustratæ sunt: cū Romani latiniq; arma magis q̄ studia litterarꝫ exercerent: cum imperiū magis ꝓpagare q̄ disciplinas percipere meditarētur. Antiquitus sophia dicebatur quæ nunc philosophia nūcupabatur. Et qui hanc ꝓfitebātur Sophi. i. sapientes appellati: primus Pythagoras philosophiam nominauit seq; philosophum hoc est sapientiæ studiosum: a quo illud philosophiæ genus emanauit: qd̄ italicum scriptores appellāt: ab eo q; Pythagoras (vt plurimū) in Italia philosophatus sit: cum Ionica philosophia ab Anaximandro defluxerit discipulo Thaletis Ionici Cæterū cum indies magis ingenia gręcorū efflorescerent: cum studia litterarū magis ac magis excolerētur: apud Athenienses illos Catos atq; legiferos domiciliū philosophorū constitutū est. illic academia Platonis. Lycium Aristotelis: porticus Zenonis effloruerunt: ex ea ciuitate complures philosophorū sectæ tanq̄ ex equo Troiano innumeri principes prodierūt. illinc academici hoc est Platonici ab academia schola nūcupati: illinc Stoici a porticu Zenonis nomiati: illinc peripatheci ab ambulatione Aristotelis nomen sortiti processerunt:

illinc secta Epicureorũ: illinc manauit secta Cynicorũ: quos ita a pro bris moribusq; caninis appellitauerũt: quorum princeps & auctor p hibetur Anthistenes & illustrator Diogenes. In atticorũ gymnasijs dogmata philosophorum didicerũt Aristippus conditor cyrenaicæ sectæ Archesilaus princeps nouę academię: phedon a quo heliaca se cta profluxit. Euclides a quo megarica: & Menedemus: quem auctorem Eretricorũ secta cõcelebrat. & vt semel finiam: nulli fere illustres philosophi extiterunt: qui nõ Athenas studiorũ causa pficiscerentur Illic diu litterę habitarunt: illic philosophia habuit domiciliũ: illic in genuæ ac liberales artes diutissime diuersatæ sunt: quę sero quidẽ: sed tamen aliqñ ad Romanos transmigrarũt: qui vt erant oim vtilitatũ ac virtutũ rapacissimi cognitis grecorũ disciplinis incredibili litterarum studio flagrare cœperunt: multiq; philosophiã latinis litteris excolere atq; illustrare: conati sunt. Sed duo potissimũ excellẽti ac pene diuino ingenio viri id efficere potuerunt. M. Varro qui a Terentiano vndecũq; doctissimus nũcupatur. & M. T. Cicero extra oẽm ingenij aleam collocatus: qui cum oratoriã disciplinã illustrauisset: philosophiam quoq; sua industria illustrandã excolendamq; suscepit. vt qui occupatus Romanis pfuisset: etiã prodesset ociosus. Et cũ vbiq; Platonis æmulus ac imitator existeret Dialogos in philosophia & potissimũ morali plurimos diuinitus conscripsit: & in primis quęstionũ libros quinq; quas a villa sua Thusculana: quæ fuerat antea Syllæ dictatoris Thusculanas noiauit: quarũ lectio cũ sit futura auditoribus vtilissima ac saluberrima. Cũq; multũ eruditionis: multũ sententiarũ: multũ exemplorũ in his cõtineatur: eas publico auditorio institui pfiteri: meq; facturũ operæpreciũ esse censui si id pluribus mea industria cognitũ fieret & apertũ: qd prius incognitũ erat & obscurũ. Vos itaq; hortor & moneo: vt Cicerõis libros lectitare ediscere & in manib⁹ quotidie habere velitis: hũc spectemus: hoc ppositũ nobis sit exemplum: ille (vt Quintilian⁹ ait) se pfecisse sciat: cui Cicero valde placebit. Cętera quantũ Ciceronis lectio nobis vtilitatis est allatura: tantũ carmina Horatij flacci modulata afferent iucũditatis: & quẽadmodũ philosophia salubris est: ita musica delectabilis. Cuius dulcedine cuncta viuẽtia capiũtur: cui⁹ origo cœlestis memoratur: ipsiusq; ratione mundũ esse cõpositũ pythagorici vulgauerũt. Vnde theologi nouẽ musas esse dixerũt ppter octo spherarũ cœlestiũ musicos cõcentus & vnã maximã cõcinentiã: quæ cõstat ex omnibus: quã harmoniã nominauerunt: cœlũq; ipsum canere asseruerũt. Musicam antiquis illis tẽporibus in veneratione maxima fuisse memorię proditũ est: ac maximos duces fidibus tybijsq; cecinisse: quinetiã apud priscos tã græ-

Sectarũ pricipes

Thuscũlanæ

Horatius

Musicæ laus.

Cõcinentia cõcentus.

eos q̃ Romanos in cõuiuijs post cænam lyra circũferebatur: qua laudes atq; virtutes virorum fortiũ canebantur: quã cum olim themistocles recusasset habitus est indoctior. Cõtra laudatus Epaminondas q; Cytharizare & cãtare ad chordarũ sonum esset eruditus. Socrates quoq; iam senio confectus institui lyra nõ erubuit: & Plato ciuili viro quẽ politicon vocat: musicã credit esse necessariã. Et Aristoteles in politicis author est Musicã inter disciplinas ingenuas esse collocatã quã vna cũ litteris & gymnastica adolescẽtes priscis tẽporibus discere consueuerũt. & si volumus (inquit idem) delere in ocio. Musica est habenda: quę habet naturalẽ voluptatem quæ ex iucundissimis est: quam Museus dulcissimã dixit esse mortalibus. Musica antiquitus sacrificijs ac funeribus adhibebatur. Musica curas abigit: clæmentiam suadet: & ad leniendos affectus plurimũ valet: & vt inquit eleganter apud philostratũ Canius tybicen. Musica mœrẽtibus adimit mœrorem: hylares efficit hylariores: amatorẽ calidiorẽ: religiosũ ad deos laudandos paratiorẽ: eademq; varijs moribus accõmodata animos auditorũ quocunq; vult sensim trahit. Pythagoricis certe moris fuit animos ad lyram excitare vel lenire: neq; solum perturbationib⁹ animorũ: sed etiã corporis morbis medetur musica modulatio. Cum ad febrem quoq; ac vulnera cantiones quotidie adhibeantur. Qua propter laudandus est Xenocrates: qui organicis modulis lymphaticos liberabat: & Asclepiades: qui tubarum cantu surdissimis medebatur. Theophrastus quoq; ad affectiones animi moderandas: tybias adhibuisse fertur. Quinetiam traditum est Thaletem Cretensem cytharæ suauitate morbos ac pestilentiã fugauisse. & cantus tybicinũ mederi credũtur ischiacis: & in instrumento veteri scriptũ est: quẽadmodum dauide cytharizante Saul refocillabatur a furore dementiæ: quo idẽtidem corripiebatur. Quid nõne bella musicis modulationibus accẽdũtur? quid aliud in. R. legionibus litui tubæ cornuaq; moliebãtur? Quorum cõcentus equos militesq; pariter acuebat. Præterea Cretenses ad cytharam dimicabant. Lacedęmonij in gręcia: in Italia Sybaritæ ad tybias. Nõne amazones ad calamos arma tractabant? nõne hyliattes lydorũ rex: vt auctor est Herodotus in exercitu habuit concinentes fistulatores atq; fidicinas? Tymotheus quoq; Musicus eruditorum pręconio celebratur: q; Alexandrũ magnum musici cantus modulatione ad arma corripienda inflãmaret: idem inflammatũ mutatis modulationibus cohiberet. Quid pacis munia nõne apud antiquos musicis cãtibus celebrata fuere? Eteiã plures græcorũ ciuitates vt Martianus affirmat ad lyram leges decretaq; pu. recitabãt. Quid multa? Musices disciplina non solũ homines verũetiam bruta aialia

Themistocles lyræ expers

Tymotheus

demulcet. Cerui fistularũ cantu capiũtur. Delphines musica arte mulcentur. Aues fistulis alliciuntur. Architectus quoq; citra musicen perfectus non erit: quæ in primis efficax est: vt inquit Vitruuius ad balistarũ catapultarũ scorpionũ temperaturas: hydraulicas quoq; machinas efficere nemo poterit sine musices ratiotinationibus. Cum ergo inter homines reliquaq; animantia musicæ tanta sit dñatio. eiusq; dulcedine capiatur omne quod viuit. Celeberrimi scriptores extiterũt qui ad lyram carmina cõponerẽt: & rythmis musicis numerosisq; modulationibus sua scripta cõtexerent. Q d̃ non solũ a græcis latinisq; verũ etiam ab hebręis factitatum. Tanta quippe est suauitas: tantaq; voluptas musicæ modulationis. Quid enim psalterio Dauidico modulatius? Quid canorum magis? Q d̃ in morẽ Horatij Pindariq; decurrit? Quid Deuteronomij & Esaiæ cantico pulchrius? Quid Salomone grauius? Quid perfectius Iob? Quę omnia hexametris & penthametris versibus: vt eruditi testantur. apud hebręos cõposita citra salebrosam aspredinem progrediuntur. Cæterũ cum antiquiores numeri rusticis & incõditis similes essent: poetica vt auctor est Cẽsorin⁹ veluti legitima musica compositior magisq; modulata pfluxit: quæ modulatione metrica asperitudinem leuigaret: & cuncta venustaret. Etenim ryhmos numerosq; musicos ac pedes peculiariter complexi sunt poetæ illi qui lyrici cognominãtur ab eo q; ad lyram illorũ carmina condecenter canebãtur: quorum apud priscos tanta fuit copia: ac tantus numerus: vt Cicero neget si sibi duplicetur ætas se habiturum tempus: quo lyricos poetas omnes perlegat: quorum apud græcos longe Pindarus princrpes extitit: apud Latinos Horatius qui vt auctor est Quintilianus fere solus lyricorum poetarũ legi dignus est. Nam & insurgit aliquando & plenus est iucunditatis: & gratiæ: & variis figuris & verbis fœlicissime audax. Idem in Satyra scribrnda tersus & purus: & ad notandos hominum mores præcipuus. In eo graues crebræq; sententiæ. Eruditio varia & multiplex elegantia cum nitore tersissima. Horatij itaq; poema canorum non minus delectabit q̃ proderit. Non minus animo q̃ auribus pabulum suppedit abit. Cuius lectio non minus frugifera erit: q̃ iucunda. Ego vero pro viribus connitar in enarratione Ciceronis & Horatii cunctis auditoribus satisfacere: & nihil earum rerum prorsus omittere: quæ ipsorũ declarationi sint futurę accommodatæ. Vosipsi testes eritis locupletissimi: quos omnis rogo & hortor: vt tam libenter audire velitis: q̃ nos diligenter cuncta enodare curabimus. Sed iam nonnulla scitu digna de Cicerone dicem⁹: paulo post de Horatio flacco dicturi. Vos (vt cœpistis) quæso attente audiatis. Dixi.

Lyrici.

Horatij laus.

192

Philippi Beroaldi oro habita in enarratione Persij poetę Satyrici.

MVltæ res sunt parui corporis viri clarissimi: quæ rebus magnis proculdubio anteponunt: & multo preciosiores esse iudicatur. hoc in primis gemę lapilliq; testatur. Quid em est minutius carbunculis? Quid breuius adamate? Quid hiacyntho magis pusillu? & nihil tame his pręciosi9/nobiliusve reperit. Scribit eloquetię parens Homerus Tideu paruo fuisse corpusculo decoratu: in quo tamen anima esset maxima: & vires ingetissimę. Vnde decenter in priapeis a poeta scriptum est.

Vtilior Tideus: qui si quid credis Homero.
Ingenio pugnax/corpore paruus erat:

Et a Papinio non minus vere q̃ diserte dictum.

Maior in exiguo regnabat corpore virtus.

Et Xantyppus Lacedęmoni9/qui breui statura erat ita laudat a Sylio

Exiguis vigor admirabile membris.
Viuidus & magnos nisu qui vinceret artus.

Eniuero mihi curiosissime circuspectanti & diligetissime pensitati videt res fere omnes virtute magis q̃ magnitudine estimadas esse ac metiendas: Neq; querendu quatus sit quisq;: sed qualis: neq; q̃ procerus: sed q̃ pbus ac eruditus. Quis vnq̃ librũ laudauit ob id tantũmodo q; magnus foret ac copiosus? Quis oratione duxit esse luculenta propterea q; verbosa esset & enormis? quis poema ob magnitudine vbertateq; celebrauit vnq̃? nemo mediusfidius vel modice eruditus id asseruit. Immo contra laudamus libellos qui sunt diserti/eruditi/& doctissime cõcinnati: eosq; haud dubie anteponimus maximis voluminibus: in quib9 nulla sit eruditio minimaq; facundia: Huiusce aũt rei nobis locupletissimũ quottidie testinoniũ exhibet Persius poeta Satyricus: qui quanto minor est: tãto ẽ elegantior: quanto minus habet ponderis: tanto plus habet auctoriatis. Vnde luculenter cecinit epigrammaticus poeta Martialis.

Sæpius in libro memoratur Persius vno:
Q̃ leuis in tota marsus amazonide.

Et de eodem Quintilianus ait. Multũ & veræ gloriæ q̃uis vno libro persius meruit. & a diuo Hieronymo Satiricus disertissimus nuncupat. nec imerito. Nã & sanctitate scribendi/& sententiarũ grauitate & verborũ pondere/& Satirica vrbanitate nulli postponẽdus esse videtur: Insectat vitia/Sõtes carpit. pręceptisq; legetiũ animos sanctissimis format & imbuit: aliquãto subobscurus esse credit: ppter hominum temporũq; inscitiã & rerũ ignoratione: Sed si quis curiosius poema luculentũ introspexerit pculdubio cognoscet id esse tersissimum

atq; elegantissimum: qd (vt opinor) vbi a nobis enarratũ fuerit: facile omnes iudicabitis verissima esse quæ dicim⁹: & pfecto post enarrationem Iuuenalis: nullus nobis scriptor magis idoneus ipso Persio occurrere potuisset. vterq; Satyricus: vterq; in eodem scribẽdi genere versatur: vterq; vitę mortaliũ formandę accõmodatissimus est. Enarrabimus itaq; diis bene iuuantibus Persium Satyricum poetã: Cuius opusculum nõ minus nobis iucũditatis dabit q̃ vtilitatis: qui nõ min⁹ gratus erit vobis audiẽtibus: q̃ nobis enarrantib⁹. Sed ne morosior sit prolog⁹ q̃ poema iam interpretationem ipsam inceptabimus. Vos quęso diligenter attendite. Dixi.

Philippi Beroaldi Oratio dicta apud rectorem scolastici cõuent⁹ ineuntem scolasticam præfecturam.

MAiores nostri quirem publicam Bononiensem institutis optimis legibusq; formarunt. Cum viderent bona animi corporis bonis lõge esse anteponẽda: solertissime ac prudentissime sanxerunt: vt gymnasia cõstituerentur: quæ essent domicilia doctrinarũ: & asyla bonarũ littetarũ: in quibus viri sapientes ac eruditi ingenuas disciplinas profiterentur. Sed quia sine gubernatore nauigium periclitatur: sine auriga quadrigæ pręcipites ruunt: sine rectore cũcta labascunt atq; vacillant. Ideo iidem illi conditores annuos gymnasiarchas hoc est pręfectos gymnasii litteratorii esse voluerunt: qui ordini scholasticorum honestissimo p̃ficerentur: qui cuncta ad scholasticos pertinentia auctoritate regerent: prudentia pensitarent: dexteritate moderarentur. Mos hic optim⁹ tanq̃ per manus posteriorum in hodiernũ vsq; diem propagat⁹ est: nuperrimeq; oĩm suffragiis atq; consensu designatus fuit Rector vtriusq; scolastici conuentus: hoc est tam Italicorũ q̃ prouincialium. Vir magnificus ac circũspectissimus Thomas Anglic⁹: vel vt latine loquar Britãnicus qui & natalibus & familiæ nobilitate charissimus est: idem fortunæ bonis opulentus: animi dotibus excellens: Cui genitale solũ Anglia est: quã maximam illustrissimamq; esse insularum nullus ignorat. Cui antiquitus Albion nomen fuit: quã mox Britãniam nuncupauerunt: a quo omnes vicinę insulæ Britanniæ nominatæ fuerunt. Angliam vulgo recentiores appellitant. Regio est clara latinorum græcorumq; monumentis: fœcunda frugibus: Copiosa pecoribus: Referta auri argẽti plumbiq; metallis: ex qua escaria vasa generosa olim Romam missitabantur: quę bascaudæ ab eruditis nuncupant. externorum imperium semper aspernata: indigenis contenta principibus: ingenia Britãnorum non fraudulenta sed simplicia laudauit antiquitas. In re militari præstantissimi fuere. Non equitatu modo

193

peditatuq; polentes: sed etiam curribus: quos partim couinos vocitant/partim esseda instructi preliabant: quo genere pugnæ vsi sunt/ aduersum Cæsarem dictatorem belligerantes. Inde Essedarij/Couinarijq; ab historicis nominati. In studijs litterarum neq; hebetes/neq; obtusi iudicati sunt. Cum ex aere temperato ingeniorum acumen vegetetur: hinc (vt opinor) exiit illud vulgatissimum.

Gallia causidicos docuit facunda Britānos.

Dies me deficeret si singillatim/minutatimq; recensere vellē: quibus dotibus ac bonis fuerit decorata Britānia: velut a Neotericis dicere didicim⁹: Anglia quæ per longa retro sæcula multos viros generosos procreauit: hac vero tempestate hominem nobis dedit summa nobilitate: summa dignitate: summa virtute præditum Thomā qui hodierno die init magistratum honoratissimū gymnasticæ præfecturę gubernacula moderaturus: vt nō solum pro rectore: sed etiā pro rectoribus præsit scolasticis tam Italicis q̄ prouincialibus: & instar boni gubernatoris nauigium dirigat in portum trāquillissimū. Ingenij hominis mores: Auita nobilitas: adolescentia modestissima probitas circūspecta. Virtus excellens pollicētur ac spondēt habituros nos talem rectorem: quale nec probatiorem/nec meliorem/ nec amabiliorem optare possemus. Superest vt scolastici omnes ei prēsto sint/ac optemperent tanq̄ legitimo rectori: vt ipsi ab eo tanq̄ scholastici haberi mereantur. Scitum est illud Domitij oratoris. Cur ego te inquit habeam vt principem: cum tu me non habeas vt Senatorem? Illd̄ corpus bene compactum est in quo capiti membra consentiūt. illa res publica optime instituta: in qua deteriores melioribⁿ obsequuntur: ille scholasticorum conuentus bene moratus/beneq; constitutus iudicatur: in quo scolastici rectorem venerantur: rectori prēsto sunt: rectorem tanq̄ ducem affectantur. hoc si fiet: ordo scholasticorum erit apd̄ Nostrates fauorabilior: rector ipse venerabilior: & Gymnasio Bononiensi pristina dignitas restituetur: qd̄ olim gymnasijs Atticorum/Alexādrinorum/atq; Tharsensium: quæ antiquitas admirata est meruit equi parari. Te aūt clarissime rector non moneo: non hortor. nec enim tu meæ indiges aut monitionis/aut hortationis: sed tuapte sponte currētem incito/stimulo/impello: vt tutelā gymnasij gymnasticęq; dignitatis tota mente suscipias: susceptam ita foueas ac modereris: vt celeberrimus hic ordo scholasticorū tua diligentia/probitate/vigilantia conformetur/augeatur/illustreť. nō deerūt tibi suffragatores ad omnia peragēda illustres principes mei Bentiuoli cum genitore absente prēsentes filij: quorum fulgorem nuper fortuna paulū obnubilauit: vt purior deinde lucidiorq; enitesce-

ret. Sicut solem videm⁹ interdum post dispulsam nebulam: post dissipatas nubes: post edomitam coacti aeris crassitudinẽ fulgere splendidius: radiare flagrãtius: torrere vehementius. Tu magnifice rector enitere meditare contende vt expectationi: quã de te concitasti satisfacias. id erit tibi tuęq; genti maximo ornamẽto & successoribus exemplar esse poteris ad imitandum. Dixi.

Philippi Beroaldi Oratio habita dum Rector scolasticus nomine Melior accepit magistratus insignia.

EGregia res est Viri prestantissimi atq; laudabilis rebus omnibus administrandis aliquem preficere qui cuncta prudenter exanimet: docte dispenset: sapienter administret. Cui⁹ nutui ac iussis reliqui obediant atq; obsequantur quem vnum cuncti sectentur vt ducem. colãt vt principem. reuereãtur vt rectorem. hoc in rebus etiam minimis licet inspicere. Nauis vnum habet gubernatorem: cuius peritiæ nautę omnes ac remiges obsequũtur. Arx vnũ habet prefectum: qui reliquos custodes in officio continet: & nullus ab eius prescripto vel digitum transuersum discedere tẽtat. Et vt ad maiora veniam⁹. Nulla ciuitas bene potest gubernari sine magistratibus: Nulla castra sine imperatoribus: nulla prouincia sine præsidibus. Nihil est profecto præstantius: nihil vtilius bono sanctoq; rectore: qui subiectis concordiam suadeat: bonitatem laudet: virtutes precipiat: & officia capessenda præscribat. Merito itaq; viri clarissimi laudandi sunt Bononienses: qui inter reliqua sancte/prudenterq; instituta hoc in primis sanxerunt atq; instituerunt vt ornatissim⁹ ordo scholasticorum rectorem habeat: qui sua prudentia atq; solertia cuncta regeret ac moderaretur: qui facienda preciperet: vitãda monstraret: sub cuius oculis atq; vigilantia scolastici vitam in litteris quieteq; traducerent: & illius præceptis obediẽter obsequerẽtur: hoc cum per multos annos diligentissime in vrbe nostra custoditum sit. Nuper quoq; vt maiorum vestigia custodirentur: Designatus fuit rector vir præstantissimus & omni laude cumulatissimus: qui celeberrimo scolasticorum ordini præficeretur: de cuius virtute/moribus/atq; præstantia abunde iudicatum esse videtur: cum eum non solum pro rectore: sed etiam pro rectoribus elegerint/& omnib⁹ suffragijs declararint: qui solus officio fungeretur vtriusq; rectoris: & illius qui Italicis scolasticis præest: & illius qui prouinciales moderatur. Ego vero viri circumspectissimi magnopere laudo consilium illorum: qui vite duorum præfectorum vnicum tantum præfectum scholasticorum creandum esse duxerunt. Neq; enim vlla po-

testas potest habere consortem: & hoc nobis ipsa rerũ natura demõstrat. Rex vnus est apibus: & dux vnus in gregibus: & in armẽtis rector vnus: Vnum grues ducem sequũtur ordine litterato. Quid multa? Vnus est mundi rector atq; gubernator beatificus innominabilis vltra mundanus: qui solus cuncta ratione dispẽsat: virtute gubernat: nutu moderatur. Talis itaq; erit in laudatissimo scholasticorum ordine regendo: hic nuperus rector: qualis est in gubernãda naue gubernator, in custodienda arce pręfectus. in regenda ciuitate magistratus. in ad ministrãda prouincia pręses. hic cũ in Iuuenili ętate nestoream habeat sapientiam. Cum bonitate nomini respondeat: cum sit ex omni parte laudabilis: omnia illa strẽnue & diligenter efficiet: quę magistraui suo accommodata: quæ clarissimo ordini scolastico conducibilia: q̃ honori & dignitati cõuenientia esse cognoscet. Valete.

Philippi Beroaldi Oratio ad Tribunos plebis.

Nihil mihi, Viri clarissimi solet esse iucundius: nihil antiquius. q̃ in celeberrimo conuentu qualis hic est: q̃ coram magistratibus: quales estis vos de re publica capessenda contionari: de qua is quoq; bene mereri videtur: q oratione vtiẽ ad animos eorum: qui magistratum ineunt incitandos. Cotis vice fungẽs quę vt inquit Horatius Cum ipsa exors secandi sit: ferrum tamẽ acutum reddere potest: q̃ obrem hodierno die hoc dicendi munꝰ mihi iniunctum libentissime subiui: & ego quidẽ libentius q̃ de magistratibus qui sacrosancti: de Tribunitia potestate: quę amplissima: de Tribunorũ iure: qd̃ populare est: mihi dicendum esse video: nec ignoro quid hic locus: quid ista contio: quid dignitas vestra postulet: & qd̃ meipsum decere videat̃: quocirca diligentissime ꝓspiciã: vt neq; ineptus appareã: neq; nimis effusus, neq; nimis astrictus fuisse deprehendar: & vt ordini Tribunorũ satisfaciam ꝓ virili parte conabor q̃ inter ęteros popularium magistratuũ ordines est eminẽtissimus: qd̃ sacrosanctum collegiũ haud dubie declarat: maiores nostros multa per se prudentissime constituisse, aut accepta ab aliis meliora reddidisse. Nam quãta inter Romanos, Tribunos & Nostrates: qui ab illi fluxerunt differentia sit, quęso diligenter attendite.

Romanis discordię ciuiles & intestina dissentio Tribunos ple. pererũt: quãdo in sacro monte Romana plebes: quę a patribꝰ vexata secesserat: peculiares sibi magistratus creauit: Qui Tribuni plebis nũcupãtur. Nobis vero iura, leges, atq; cũcordia Tribunos ple. tradiderunt. Apud Romanos nemini patritio Tribunatũ capere licebat vtpote plebeium magistratum. Ideoq; Clodius perniciosissimus Tri. ple. iudicatus. Qui relicta claudia gente patritia. C. Fõteio

homini plebeio se in adoptionem tradiderit vt Tribunatū cōsequeretur. At qui apud nos plebei patritiiq; promiscue Tribuni designātur. nullo liuore: nulla contentione: nulla discordia. Romæ ab initio Tribuni tres tantūmodo fuerunt a quo numero Tribunos nominatos iure consultus opinatur: vel vt Liuius / Dionysiusq; tradiderūt quinq;: quorum numerus ad decem vsq; puenit: quibus annua est finita potestas. Nostra autem ciuitas cum in regiones quattuor distincta sit: ex singulis quaterni eligūtur: quorū auctoritas quattuor mēsium interuallo concluditur: ita fit vt quotannis duode quinquaginta Tribunos ciuitas nostra sortiatur: quæ cum a romanis. M. fuluio & C. Manlio cōsulibus Colonia latina deducta fuerit in creādis magistratibus & potissimū Tribunis religiosior atq; secūdior ipsa parēte fuisse cognoscitur. Quāto Bononienses beatiores Philippus macedonum rex inclytissimus esse dixisset: qui beatos Atheniēses nūcupabat: q; singulis annis prętores decem cū imperio crearent: & ex suis ciuib⁹ facillime reperirēt. Præterea apud Rom. Tribunorū ple. potestas magis ad impediēdū q̄ ad agēdū erat accōmodata: vt Plutarchus & Appian⁹ memoriæ prodiderūt: & vt Cicero meminit ita cōsulib⁹ erāt oppositi. Tri. quēadmodū apud Lacedęmonios ephori aduersus reges collocati. Et cū Tribunis intrare curiā nō liceret: aū valuas positis subsellis Senatus decreta pēsitātes q̄ plurima rescindebāt / nec rata esse patiebāt. Cōtra nostri q̄ agēda sunt agūt: q̄ omittenda pariter omittūt. Cōsulibus vero altisq; magistratib⁹ adeo coniūcti / adeo cōnexi: vt ad res obeūdas illis adiutorib⁹ vtant: & nō pauca ex illorū cōsilio administrare cōperiāt. Quāto ergo vester o Tribuni q̄ Romanorū Tribunorū maior est ordo / quato numerosior / quāto cōpositior: tāto vos magis eniti decet ac elaborare: ne virtute ac rebus agēdis inferior iudicet. Et qm̄ discordia ordinū venenū est ciuitatū. Quę Romanos Tri. cū cōsulibus altercātes sępissime labefactauit. Vos cōcordiā potissimū custodite. sit inter vos omnes in administranda re publica stabilis & firma consentio. in ore atq; animis vestris versetur semper salustiana illa sentētia: qua historicus ille clarissimus demōstrauit. Cōcordia paruas res crescere: Discordia maximas dissipari: propter quā. M. agrippa se virū bonum factū esse gloriabatur. Vobis exemplo sit prudētissimū illud Siluri factum. Qui lxxx. filis decoratus cum iam morti proximus esset. Virgam fascem vnicuiq; natorum porrexit iubens vt illum confringerēt. Id autem singulis facere nequeuntibus: ipse sigillatim virgas omnes facile cōfregit: quo callidissimo cōmēto solertissimus pater filios admonuit eos firmos ac potentes tātisper futuros: dum inter se cōcordes & ani-

mis conglutinati esse perseueraret: imbecilles vero & infirmos si discordia seiungerentur. O diuina concordię vis quæ dissipata connectit/infirma corroborat: sine qua magistratus nō salutares: sed detrimentosi in suis vrbibus efficiuntur. Conspirate itaq; Tribuni & vno consensu descendite ad rem publicam capessendam: quæ omnib⁹ profecto rebus anteponenda est: cuius causa. M. lepidus cum. M. fuluio Collega: quo die censor factus est homine inimicissimo statim rediit in gratiā: & simultates/inimiciciasq; deposuit. Induite psonā publicam exuite priuatam. Mens vestra prēter publicum cōmodum nihil spectet: huc oculos: animum: cogitationes: huc studia vestra conuertite: æquitatem vero in primis custodite/& iusticiam amplexamini. Sine qua (vt inquit Augustinus) Reges tyranni nuncupantur: sine qua optimatium cōsensus factio est: sine qua nec dom⁹/nec ciuitas/nec hominum genus vniuersum: nec ipse mundus consistere potest iustitię patrocinari est ipsam virtutem colere. Cuius hęc vis est efficacissima: Hostem esse atq; inimicum hominum/morumq; malorum: contra defensorem hominum morumq; bonorū: Cōmoda prēterea patriæ sibi primat putare. Deinde parētum. tertia iam supremaq; nostra. Quos lucillianos versus Tribuni non solum vobis ediscēdos sed quotidie in manibus/in ore/in intimis præcordiis habendos esse censeo: & sicut Crysipp⁹ imaginem iustitię faciendam esse docet: forma virginali: aspectu vehementi: luminibus oculorum acriorib⁹: ita oportet magistratū: qui iustitiæ antistes est: esse grauem/sanctum/incorruptū: cōtra improbros/nocentesq; inexorabilē. Enimuero concordi & iusto magistratu nihil prēstantius/nihil vtilius in bene constituta repupblica reperiri potest. Discordi vero & iniusto nihil perniciosius. Cōcordes duce iustitia. R. P. seruāt incoiumē. Discordes iniustitia dominātē labefactant & euertunt. Estote ergo Tri. iustitię cultores acerrimi: & ęquo honestoq; patrocinamini. in hoc versetur omne vestrum ocium/omne negociū: in hoc quies & labor reponatur. in hoc studium & diligentiam collocatote: sit quoad fieri potest magistratus vester portus bonorum/scopulus reorum: & quoniam Tribun⁹ popularis est magistratus: populares vos plebicolasq; præbetote: & populi cōmoda pro virili parte defendite. Cæterum cū plures sint rerum publicarum species: Platone & Aristotele princibus ita tradentibus. Cum sit principatus regius quā monarchiam appellant: cum sit optimatium quæ græce Aristocratia nuncupatur: cum sit popularis status. Cui Democratiæ nomen est: cum sit oligarchia id est paucorum quando magistratus a censu eliguntur: cum sit etiā tyrannica administratio, vestrę sunt partes Tribuni/vestrum mun⁹

Lepidi factum

Iusticia.

Monachia aristocratia democratia Oligarchia.

vestræ est diligentiæ: vestræq; vigilantiæ eniti contendere elaborare pro viribus : vt principatus hui⁹ vrbis: qui ex Aristocratia/Democratiaq; compositus est: nulli aliorũ cędere: nulli postponendus esse videatur. Tribuni pro populo excubare debēt: & munia rei publicæ saluberrima capessere: id qd priscorũ Romanorum instituta declarant: quib⁹ nullum diem integrum Tribunis plebis abesse Roma licebat: quēadmodum nec prouinciarum rectores extra puincias ab noctare iura permittunt: vt videlicet semper pręsto essent: & si quando op⁹ foret: ne vnq̃ eorũ opera a plebeis desideraretur: Hinc etiam ianuæ antiquitus die nocteq; patebant Tribunorum: tanq̃ portus/ & refugium laborantibus semp paratum esset: quibus foret opitulandum: quinetiam Tribuni purpuram minime gestare consueuerunt: vt popularis magistratus in omni victu ac cultu popularibus similis conspiceretur. Et vt Curio dicere solebat. Tribuno conuenit prębere se multitudini cõmodum atq; tractabilem & in adeundo se facilem: qd etiam a iurisconsulto non solũ de præside : sed de omnibus quoq; magistratibus dictum esse existimare debemus. Plurimum in re publica administranda valet magistrat⁹: maxima in rebus obeundis est magistratus authoritas. quod in oculo pupilla: in naui gubernator: in quadrigis auriga: hoc in ciuitate pollet magistratus: quemadmodum oculorum acies sine pupilla hebetatur : sine gubernatore nauis periclitatur: sine auriga currus sępe conuertitur. Ita sine magistratib⁹ ciuitas labascit atq; vacillat. Quid enim aliud significat magistratus: q̃ rectorem ac reipublicę moderatorem? Vnde a magistrãdo id est moderando magistratus nomen ipsum deriuatur. Et quemadmodum magistratibus leges : ita populo præsunt magistrat⁹. Et quemadmodum legem dicimus mutum esse magistratum: ita elegãter & vere dici potest magistratum legem esse loquentem. Vos ergo Tribuni qui magistratus estis & quidem sacrosancti: rebus moderandis incumbite: publica cõmoda pro virili portione fouete : & quod rectum erit id solum vtile existimatote : & quod iureiurando astricti facturos vos esse promittitis: id rebus comprobate. Imprimisq; diuina illa Catonis censorii verba semper in memoria atq; in pectore habetote. Si quid vos per laborem recte feceritis labor ille a vobis cito recedet: bene factum a vobis dum viuetis non abscedet. Sed si quid per voluptatem nequiter feceritis: voluptas cito abibit: nequiter factum illud apud vos semper remanebit. Ita Tribuni ad bene faciendum mentem/studium/operam/industriam applicantes : vobis honori: amicis ornamento reipublicæ vtilitati: & posteris exemplo esse poteritis. Dixi.

Ad illustrissimũ principẽ Ludouicũ Sportiã Phi. Bero. Epistoliũ.

QVemadmodũ Partorum regem nemo sine numere salutat: ita ego te illustrissime princeps salutaturus attuli tibi pro munuscnlo panegyricũ quẽ leta fronte/ac hilari vultu accipias queso. Non enim min⁹ regia res est pauca benigne ac comiter accipere: q̃ magna largiri. Multa ideo p̃ciosa existimãtur: quia dijs ĩmortalibus sunt dicata. Libell⁹ hic ad famã fortasse perueniet: quia tuũ clarissimum nomen gestat in titulo: cũ alioquin subire posset infamiam. quicqd id est qualecũq; est boni cõsulito: et cũ ociosus eris ac feriatus ab occupationibus rerũ amplissimarũ: quib⁹ iugiter distineris: tũc in manus accipito: & succisiuis temporibus perlegito. In summa cũ nihil agere voles: hoc agito. Dii faxint vt istud sit perpetuũ pignus ac monumẽtum meę erga te fidei ac obseruantię. Vale et me qui tibi mancipatus sum in clientelam ascribito.

Philippi Beroaldi Panegyricus ad illustrissimum principem Ludouicum Sphortiam.

SAepe numero ipse mecũ dubitaui illustrissime principes Ludouice Sportia vtrũ ne fortuito ac casu principes terris darẽtur. an ab omni potentissimo rerũ omniũ cõditore deo; traderentur. Sed hęc omnis iam ex animo sublata dubitatio est: postq̃ tu inclytissimi ducatus Mediolanẽsis habenas gubernare cœpisti. Liquet em̃ te principẽ diuinit⁹ cõstitutum. Tu ab ipso deo reptus electus atq; missus esse videris ad hoc amplissimũ imperiũ moderandũ. qd̃ aliquãdiu rectore viduatũ labasse atq; titubasse accepim⁹: sicuti cymba sine gubernatore a procellosa tempestate deprehẽsa inter fluctus vndabũdos agitatur. Deus itaq; cum labanti ac nutabũdo insubrium statui subuenire ac opitulari vellet: te vnũ ex omnib⁹ potissimum delegit: qui tua singulari virtute fulcires titubãtia: recreares afflicta: sedares tumultuosa: qui denique cuncta redigeres ad trãquillitatẽ. Non poterat mediusfidius illustrissimus dux ad huc pupillus/adhuc puer tutorem proximiorem: sanctiorẽ: cordatiorẽq; vsq̃ reperire q̃ Ludouicum Sportiam: qui cõsanguinitatis gradu arctissimo cõiunctissimus est: vtpote germanus ipsius genitoris: qui probitate/ innocentia/ integritate nulli principum postponendus est: qui prudentia/solertiaq; tanta splendescit: vt cordat⁹ merito cognominari possit: hæc summatim & in transcursu magis signata q̃ dicta latius iam explicanda sunt/& copiosius narranda: quod vt commodius/luculentiusq; perficere possim: vellem mihi a diis immortalib⁹ dari fluuium Tullianæ eloquẽtiæ: & torrentẽ Demosthenis facundiam. Grãdes em̃ materias ingenia parua nõ sufferũt: & in ip̃o conatu

ſubinde ſuccũbunt: grandis ĩmo ingens hęc eſt materia quam aggere dior. Ingeniũ mihi perq̃ mediocre: nec infitior vires tenuiſſimę. Sed in magnis voluiſſe abunde magnificũ ac pulchrum exiſtimaẽ: etiã ſi aſſequi nequiueris: proinde hoc nos auſos eſſe non improbabis illuſtriſſime princeps etiam ſi vires ipſę defecerint. Cęterũ nõ auſpicabimur laudes tuas a cunabulis ipſiſq; crepũdijs: ſicut nõnulli laudatores factitare cõſueuerũt: non ſtẽmata generoſiſſimę familię recenſebimus: de qua melius eſt tacere q̃ pauca dicere: non fortunas luculẽtiſſimas: neq; eximias corporis dotes referem⁹: quæ neq; tu magni facis neq; inter principes ſolus poſſides. nihil niſi propriũ/ niſi genuinum niſi tuũ laudabimus illuſtriſſime princeps hoc eſt ſolas ipſi⁹ animi tui dotes: quæ in homine ſunt bona principalia cõmemorabimus. Nam diuitias: generoſitatẽ. humores: formoſitatẽ: vires: hoc eſt fortunę & corporis bona magis circa nos q̃ in nobis eſſe ſcriptores idonei tradiderunt: & aliena bona nuncupanẽ. Ipſas vero animi virtutes: quæ neq; ab ætate mutabiles/ neq; vllo infortunio caducæ. noſtra & vera bona nominare ſolemus: quę quidem dotes tanto precioſiores iudicãtur: quãto maior eſt ille in quo enitesſunt: quas in te optime princeps tanto ſplẽdidiores exiſtimamus: quãto tu inter reliquos principes enitescis. quæ in præſentiarum mihi de laudibus tuis dicturienti agminatim ſe ingerunt & cateruatim: ita quælibet feſtinabũda ſe offert: vt a nobis in hoc panegyrico prima promatur: quæ res mediuſfidius hæſitantẽ me fecit & cunctabundũ. Namq; ſi cœpero de prudẽtia tua ſingulari prędicare occurret iuſtitia: quę poſtponi gemebunda dolebit. Si dixero de fortitudine triſtabitur temperãtia. Si laudauero liberalitatẽ frugalitas ipſa ſe cõtemni exiſtimabit. Si clęmentiam extulero. ſeueritas indignabitur. Deniq; quãcũq; primam arripuero: illi cęterę inuidebunt. ita enĩ in ſingulis virtutibus emines. quaſi reliquas non poſſideas. Ego tamẽ p virili parte ita cõtendam ac elaborabo: & tale temperamentũ adhibebo: vt ſingulis qd̃ ſuum eſt tribuiſſe videamur. Sed vnde prius ordiar q̃ a prudentia: quę (vt ſcribit plato) diuinitus cęterarũ virtutũ dux eſt: qnę in te adeo fulget atq; ſplendeſcit: vt neq; in Neſtore maior: neq; in Catone præſentior fuiſſe credatur: prudẽtia cum omnes mortales: tum potiſſimum principes decet qui hac duce nihil inſipienter. nihil temere in gubernandis ſubiectis agere: neq; volunt: neq; poſſunt: prudentiam Solomon in parœmiis amicam vocandam eſſe pręcepit. Hec tibi eſt prudentiſſime princeps amica peculiaris: hęc te dies: hęc te noctes fouet ac amplexatur: hanc ne trãſuerſo quidẽm digito abs re digredi ſinis: hac aurigante habenas ĩperij cõſultiſſime moderaris: hac duce cũcta prudẽtiſſime diſpo

Virtutus accumulatio.

Prudẽtia

Parœmia ẽ puerbiũ

Iustitia. nis. hac adiutrice nihil in te reprehensibile conspicitur. Prudētiæ germana iustitia te iugiter comitatur: sine qua priuceps principum nomen amittunt: & in tyranni nomen detestabile transgrediuntur: quę si Ciceroni credimꝰ: omnium est domina: & regina virtutum: ad quā nos esse natos intelligere debemus: quę auro p̄ciosior: vt inquit Plato iudicanda est. Quę suum cuiq; tribuit: alienum non inuadit & propria vtilitate neglecta: publicam vtilitatem fouet atq; tutatur. Cui fruendæ causa videntur olim bene morati reges constituti. Tu vero iustissime princeps ius sanctissime dicis. Et cuncta velut in librili pendens oīm beniuolentiam promereris: audis desideria cunctorum & tanq̄ alter Alexander ex duabus auribus: alterā accusatori prębes alteram reo tradis. Te nulla largitio: nulla gratia: nulla cupiditas trāsuersum trudit a recte cōsulendo recteq; iudicando. ad amussim singula pensitas: & cōtrouersias omnis diligentissime componis: nullum a sermone tuo tristem discedere permittis: qd olim Titum Vespasianū factitasse tradunt. Hæ sunt partes regię: hæc sunt munia Imperatoria Cōponere lites: decidere negotia: satisfacere desideriis mortalium citra odiū cuiuspiam ac maliuolentiam. Sūma æquitate nec minori lenitate ius dixisse laudatur Augustus. Cuius vestigia tu ęmulatus seueritati misces comitatem: & quoddā ex vtroq; efficis salubertimū temperamentū: habes horas quotidianas & statas: quas audiendis cōtrouersiis impēdere memoraris. quibus tam humili q̄ potenti: tā egestoso q̄ luculento licet ad te adire desideria expromere: & lites explicare: et profecto nihil præstabilius esse potest: & potissimum in principe: q̄ habere tempora distincta: & horas negotiosas a feriatis sequestratas: vt enim certus syderū cursus: ita certa vita hominū delectat: & principum pręsertim. Namq; in de efficitur: vt ciues ac subiecti minime tos dies conterant: dum colloquium principis aucupātur. Nouerunt tempora: nouerunt horas: horarumq; momēta: quibus possint apud te suas controuersias enarrare & petitiones exponere. Cæterum cum principales virtutes ita intra se connexæ sint: prout Philosophi autumant vt inuicem nequeant dissociari: ita in te prudentia: & iustitia inclytissime princeps effulgent: vt tamen & fortitudo / et temperantia non sordescant: nam quanta fortitudine præditus esses in erumnis ex anclandis haud dubie demōstrasti. Etenim cum fortitudinis peculiare munus sit toleranter calamitates perpeti: neq; rebus aduersis succumbere. Tu olim fulminibus fortunæ impotentis semiustulatus virum te fortissimum magnanimūq; præstitisti: Cum neq; fortunæ cederes: neq; afflictus iaceres: neq; in gurgustio plorabundis ingemisceres. Immo quēadmodum nemo te vnq̄ in rebus secundis superbū

Fortitudo

ac insolentem conspicatus est: ita aduersus nullus vnq̃ succubuisse cognouit. Voluit mihi crede fortuna paulisper tecum colluctari: vt ingenium tuum periclitaretur. Sicut enim ignis aurum probat: ita calamitas viros fortes explorat: & vt aduersa ex secundis: ita ex aduersis secunda noscuntur. Cognitum in te est fortissime princeps Horatianum illud eulogium esse verissimum.

Si fractus illabatur orbis
Iam pauidum ferient ruinæ.

Quanta vero dij boni in Ludouico Sphortia temperãtia moderatio q̃ florescit: qui in medijs delitijs collocatus: delitias nõ amplexatur qui inter sexcenta milia voluptatum positus abstinet a voluptatib⁹: qui inter incentiua libidinum instrumentaq̃ luxuriantis fortunæ. Castum agit principem & frugi. Tẽperantia.

Ardua res hæc est opibus non tradere mores:
Et cum tot crœsos viceris: esse Numam.

¶ Curium atq̃ fabriciũ duo Romanę frugalitatis exempla maiores nostri laudibus extulerũt: q̃ paruo cõtenti vixerint. & frugalissimi inter romanos extiterint. Verum nulla vel minima laudatione illi mihi digni esse videtur: q̃ in paupertate collocati egestosis similes viuere: & iubẽte necessitate voluptates eliminare cogebãtur. Sed da mihi aliquẽ Crœso aut Midę diuitijs ęquiparandũ: qui opibus affluens/ auro abũdãs: q̃ pollẽs ac potẽs frugaliter viuat: q̃ abstinentiã appetitionibus coercẽdis adhibeat: q̃ bellũ titillãtibus voluptatib⁹ indicat: illũ deo simillimũ iudicabo. adeo male cõueniunt/ maleq̃ coeũt virtus & voluptas: frugalitas & luxuria. Maxima est igit̃ in te hæc vel potius diuina virtus in sũma peccandi licẽtia nõ peccare: inter blandissimas ac illicibiles voluptates cohibere seipsum & appetitũ obedientẽ efficere rationi. Quid ergo p̃stãtius: q̃d admirabili⁹ excogitari põt principe prudentissimo/iustissimo/ fortissimo/ tẽperatissimo? Quæ quidẽ virtutes cũctarũ reginę virtutũ in paucissimis principibus iugatæ cõspiciũtur. Aliq̃s prudentia enituit: sed iniustitia obsoleuit. Aliũ fortitudo decorauit: sed intemperantia ac libido dehonestauerũt. Deniq̃ nulli vel rari extiterũt: in q̃b⁹ quattuor istę virtutes simul enitescerẽt. At qui nemo admiretur: si nũc prudentiã a iustitia: fortitudinẽ a temperãtia. Aliãq̃ ab alia ita seiungã: quasi possit quisq̃ prudẽs esse citra iustitiã: fortis citra tẽperãtiã: cũ inter philosophos & maxime stoicos cõstet: qui vnã habuerit omnes habere. Et qui vna caruerit: omnib⁹ carere virtutibus. Alia est illa philosophorũ limata & nimis spinosa subtilitas. Alia est ex cõmuni opinione ducta sententia. Vt ergo vulgus ita nos hoc loco sermocinamur: vt alios iustos: alios prudentes

esse dicamus:popularibusq; verbis vtimur de populari opinione loquētes. Sed vt ad te perfectissime princeps nostra remigret oratio:si cut quadriga illa virtutū principaliū te vehere ac gestare existimatur qđ q̄ paucissimis dij dederūt/ita illæ quoq; virtutes:quæ minoris dicuntur te ornatū faciunt atq; mōstrabilem. Clæmentia:liberalitas:indulgētia:affabilitas. Reliquæq; id genus: quæ principes amabiles efficiunt atq; fauorabiles:quę populos reddūt fideles deuotos ac mancipatos. Ēnuero clæmētia vt elegāter docet Flauius vobiscus. Dos prima est imperatorū/& nullū magis ex omnib⁹ (vt sanctissime inqt Seneca) q̄ regem & principē decet:hæc est illa virtus quā in Cęsare dictatore luculenti scriptores laudant & extollūt:qua principes omnes exuperasse fertur. Vnde Cicero ad Cæsarē. Nulla inquit de virtutibus tuis plurimis:nec gratior:nec admirabilior misericordia ē: nihil profecto laudabilius:nihil magno & pręclaro viro dignius placabilitate atq; clęmētia. Nihil deniq; gratius esse pōt eo principe:qui talē se ciuibus exhibeat quales sibi deos esse vellet. Clæmētia regis (Vt ait Salomon) quasi imber serotinus est. Clæmentia facit|vt princeps animus ciuitatis:ciuitas corpus principis esse dicatur. Clæmentia facit vt tu clæmētissime princeps certatim ameris ab omnib⁹: vt te sit incolumi vna mens omnib⁹. Clæmētię tuæ ac ciuilitatis multa & magna|documenta præbuisti. Clæmētia ita te gratum ac fauorabilem insubribus reddit:sicut olim Augustū Romanis effecit. Tu natura beniuolentissimus:tu indulgētissimus:tu deniq; optimus clęmentiā amplecteris: quæ bonis principibus iucunda est. Crudelitatem detestaris qua sanguinarij tyranni ꝑ voluptate ferunt. Age vero q̄ munificus/q̄ liberalis erga omne hoīm genus existis. Quanta beneficētia:quāta benignitate foues professores artiū & ingenia litteratorū:nihil est me Hercules in principe amabilius ipsa liberalitate:sicuti nullum vitium tetri⁹ auaritia. A liberali principe cuncta bona sperantur. ab auaro cuncta mala timentur. Munificijs princeps charus est omnibus. Sordib⁹ & deparcus inuisus est omnib⁹:in omnes malus:in se pessimus. At tu liberalissime princeps & rei & famę bene consulis tua munificentia. Lucraris enim gloriā cum des pecuniā:& dando pecuniā teipsum ditas cum id propriū principū esse dicatur:qđ dono dederunt iuxta illum Rabirij poetę versiculum. Hoc habeo quodcunq; dedi.

Clęmētia

Liberalitas.

Optimi principis est nihil magis suū credere q̄ id qđ amicis cōdonauit. Hæ sunt certę diuitię:& extra fortunā collocatæ:hi sunt thesauri: quibus Cyrus ille clarissimus gloriabat. Nam vt apud Zenophontē scriptum est Thesauros sibi custodesq; fidissimos parabat amicos: quos diuites efficiebat. Iidem regis oculi:regis aurea dicebantur:qui

Amici.

cuncta quæ videbant:cuncta quæ audiebant:quæ futura essent Cyro conducibilia referebant.Multæ sunt aures:multi sunt oculi principis munifici:qui quot amicos sibi liberalitate cōparauit: totidē auribus quæ audienda sunt audit. Totidē oculis quæ videnda sunt videt: vt docet verissime Diony. Tu quoq; Cyro simillimus beneficentia multas aures & multos oculos tibi cōparasti:& quotidie nouos cōparas. Tu amicos ditas:clientibus opitularis. Tu decus & præsidiū es eruditorū:ac te tanq̄ ad anchorā hac tēpestate litterati decurrūt. Et ꝓfecto nihil melius agere possunt optimi principes: q̄ subleuare doctos fouere eruditos:quorū scriptis īmortales efficiūtur. Quis em̄ noscet cæsarē immo cęsares q̄plurimos nisi Suetonius Tranquillus extitisset? Quis Alexandrū Macedonē fuisse sciret nisi Qu.Curtius & Plutharcus illius gesta scribendo posteris lactitanda reliquissent? Quis Scipionē īmo vero Scipiones? Quis.C. Pompeiū tribus fulgentē triūphis hac tēpestate cognosceret? nisi Titus Liuius &.M. Tullius eorū cōmendatores/laudatoresq; fuissent. Deniq; Romanos/ Græcos/& externos omnis nōne tenebrę occupassent:& situs obduxisset:nisi illos luculenti scriptores in litteras retulissent? Bene igit̄ facis optime princeps:qui litteratos amas:qui eruditis suffragaris:qui tibi cumulatissimā gratiā referre queunt:de te scribentes/ & tua præclara facinora celebrantes.Illud vero in te laudabile est:q̄ inter tot curas: tot negocia:tot domesticas & externas rerū maximarū occupationes audire vis quotidie quippiam historicon ac memorabile.&.sicut.C.Pompeius & Cæsar Augustus inter bellicos tumultus non intermisisse dicuntur cōsuetudinē declamādi:ita tu inter multiplices curas nō intermittis studia litterarū.cū negocijs ocium diuidis:& historicis lectitandis succisiuas horas impendis:in quorū lectione tanq̄ in diuersorio suauissimo cōquiescis.ita nullo tempore desidiæ te dedis/ aut inertiæ neq; vnq̄ marcore torpescis.Et certe vita bonorū principum:qualis es tu:cœlesti naturę q̄simillima esse creditur. Vt em̄ indefessa vertigo cœlum rotat:vt sol & luna stare loco nesciunt:ita tu cōtinuatis negocijs semper irrequietus es/& semp exercit⁹. Semper habes qd̄ tractes: qd̄ agas:qd̄ mediteris.Et cum sit turpissimū viro primario:cuius tutelæ populi cōmissi sunt:solidam dormire noctem:vt ab Homero elegantissime traditum est.Tu vigilantissimus es/somniq; parcissimus. Qualis Vticensis Cato:qualis Brutus fuisse memorantur. Vigilas tu de nocte:& cæteris dormientibus:ea quæ ad statū publicum pertinēt tūc optime ꝓuides:& solertissime pensitas. Vigilia & lucubratio principes decent ac rempublicā gubernātes. Nam somnus multus vt tradit Plato diuinitus:nec corpibus/nec animis:neq; reb⁹ oībus geren-

dis natura conducit:& haud dubie nemo dum dormit alicuius preciſ
eſt:non magis q̃ ſi non viueret:& vt eccinit optime Silius.
Turpe duci totam ſomno conſumere noctem.
¶ Inde parcus & breuis ſomnus in Traiano laudatur a Plynio. Sũt
hæc magna & admiranda in cæteris principibus. In te vero illuſtriſſi
me princeps:ſi cæteris virtutib⁹ tuis cõparentur: erũt mediocria. Lau
damus omnes tuã in colloquijs affabilitatẽ: in omnibus admittẽdis
facilitatẽ:in negocijs cõponẽdis dexteritatẽ. Et illam qua in primis
polles genuinã peculiarẽq; facundiã:quæ omnia principes tutoreſq;
publici ſtatus: a ciuibus amari faciunt vltra priuatas neceſſitudines.
Laudat Cicero Pompeiũ:q; ad eũ faciles aditus eſſent etiã priuatorũ.
Tu vero quib⁹ preconijs laudari mereris mitiſſime princeps:q omni
bus etiã humillimis tã faciles aditus eſſe vis:vt qui dignitate princi-
pibus excellis:facilitate infimis par eſſe videaris. Et cũ fœliciũ pediſ
ſequa ſuperbia eſſe dicat̃:Tibi manſuetudo:tibi humanitas:tibi leni-
tas ancillari vident̃. Neq; te Moſes apud hebręos:neq; te Titus apud
Romanos comitate vincũt ac mãſuetudine. Tu cũctos comiter exci
pis. Tu bonitate quadam genuina omẽs tibi deuotiſſimos reddis ac
obnoxios. In ſumma agis pricipẽ ciuilem & bonũ. qd̃ plauſibile:qd̃
amabile:qd̃ fauorabile eſt. Nihil eſt em̃(vt inquit Cicero)tam popula
re:q̃ bonitas:nullus murus firmior:nulla arx validior eſſe poteſt ad
principes cuſtodiẽdos:q̃ ſuorũ ciuiũ,beniuolentia:hæc aũt cõciliatur
mãſuetudine ac bonitate. Deteſtando eſt, pfecto Dionyſij tyrãniſen-
tentia illa tyrãnica adamantina vincula eſſe metũ violentiã:claſſem:
& dena milia armatorũ.immo beniuolẽtia/mãſuetudo/gratia/affabi-
litas(vt Plutarchus ait(vincula ſunt adamantina:quibus principem
oportet eſſe ſeptũ atq; ſtipatũ:& cũ bonus princeps amari malit q̃ ti-
meri:tu,p virili parte cõtendis ac eniteris:vt amicis ſis iucundus:ciui
bus charus:apud omẽs gratioſus & amabilis. Neq; tamẽ qd̃ plærũq;
fieri ſolet iſta tua ĩmodica ciuilitas te cõtemptibilẽ facit.ĩmo tanta au
ctoritate polles:tãta exiſtimatione decoraris:vt multa p te:nihil ſine
te in tota geratur Italia. Longũ eſſet ac prope infinitũ:ſi ſingula:quę
in te fulgent ornamẽta virtutũ minuatim ſingillatimq; recenſere vel
lemus. Magna inter te & reliquos principes differentia eſt. In illis vir
tutes ſi quæ ſunt:enormibus ſubinde vitijs obruũtur ac decolorãtur
Tu vero quẽadmodũ fœcundus es virtutum: ita pareus es vitiorum
Non tu luxu ac intemperantia deffluis.nõ iracundia agitaris/nõ cupi-
ditatibus diſtraheris:non affectionibus ancillaris:quibus rebus ob-
noxij ac mancipati principes eſſe conſuetunt: propterea q; in licẽtia
magna peccandi cõſtituti ſeipſos cohibere nõ poſſunt:& imperioſiſ-

ſimas appetitiones coercere. Vnde olim Aſcurra neſcio quo benedictum eſt. bonos principes in annulo poſſe perſcribi atq; depingi. Et Diocletianum dictitare ſolitum accepimus: nihil eſſe difficilius q̃ bñ imperare. Boni principes a Ioue imperium habere dicunt: mali vero minime. Pricipes boni in beniuolētia Iouis ſunt: mali vero nequaq̃ et hęc eſt Homerica ſententia. Cui dion pruſenſis aſtipulat: itaq; cū tu Ludouice Sphortia inter bonos principes ſis optimus: inter optimos clariſſimus. Merito te a deo vitramūdano datum eſſe credimus & tibi verſiculum illum optime conuenire exiſtimamus.

Solus habes laudum quicquid poſſedimus omnes.

Ea in te abundant bonitatis & virtutis exempla: quæ ſequi cupiat vētura poſteritas. Apparent in te paternę virtutis expreſſa veſtigia patrem in filio recognoſcimus: & quemadmodum in iuuēcis & equis genitorum virt⁹ ſubinde conſpicitur. ita in Ludouico Sphortia viua paternæ probitatis imago refulget: ita prorſus paternas virtutes effingit ac repręſentat: vt patris in filio ęquitas: ſenilis in iuuene prudentia conſpicianṫ: immo vt quæ ſentio eloquar filius in multis genitore maior exiſtit.

Egea ſic theſeus: ſic pelea vicit achilles:

Has tantas principis noſtri virtutes: ex quibus compactus ac cōglutinatus eſſe creditur: ornat & illuſtrat procera ſtatura: facies luculenta: os probum: frons verenda. & vultus amabilis: quæ et ſi ſunt corporis bona nō animi: de quibus tantum modo me dicturum eſſe promiſi: tamen principi plurimum venerationis acquirere: & virtutes in principe gratiores efficere vidētur: quoniā (vt inquit Pacat⁹) virtuti additi forma ſuffragium. Et vt cecinit poeta.

Gratior eſt pulchro veniens in corpore virtus.

Solent qui Panegyricos ſcribunt deſtituti veris principum laudibus vanas laudationes comminiſci. Ego vero illuſtriſſime princeps ex tuis q̃ plurimis virtutibus multas cogor præterire: ne in immenſum creſcat oratio. Citius enim mihi verba deeſſent: q̃ ſcribendi materia: Citius articuli digitorum ſcribendo laſſeſcerēt: q̃ cuncta in te laudabilia perſcribere poſſem. Quocirca concludam deinceps orationē meam. Et epilogo relligioſo omnipotentiſſimū rerū omniū conditorem deū deprecabundus adorabo. Sūme & exuperātiſſime mūdi opiſex principio antiquior: fine diuturnior: cui⁹ numē meffabile eſt: & maieſtas innoīabilis Te oro ac deprecor: vt Ludouicum Sphortiam principem optimū ac irrepręhēſibilem diutiſſime foueas ac tuearis: vt ei annos nęſtoreos largiaris: vt ei⁹ votis ānuas

200

vt eum beneficijs tuis cumules: omnes illustres. Tu veto optime princeps perge quo cœpisti nitere semper ad optima. Esto tibi ipse archetypon & exemplar: teipsum imitare: ita ciues tuos ex malis bonos: ex bonis optimos efficies. Nam vita principũ censura est: & qualis princeps: tales reliqui ciues esse solent qui ad illius exemplũ cõponũtur: ita apud mortales immortalem tibi famam comparabis: & post obitũ in cælo inter beatorum domicilia locum sortieris. Vbi beatissimus æuo sempiterno perfruaris.

Ad eundem eiusdem Epigramma.

Hesperios inter ductores inclyte princeps
Principe quo status hic sospite: sospes erit.
Imperij columen rerum tutela salusq;
Eximia proauos qui probitate refers.
Suscipe pacata deuotum fronte clientem.
Mancipiumq; recens: Seruitiumq; foue.
Sunt tibi complures ex omni parte diserti
Est tibi pierius turba verenda chorus
Inter quos cupio numerari maxime princeps
Inter quos vnum da mihi quæso locum.
Non erimus certe indecores: nec rustica nostra est
Calliope: & nobis dexter Apollo fauet.
Accipe sinceri munusculа parua Philippi.
Inspice: si quid inest quod placuisse queat.
Post lites & post decisa negotia rerum
Post bene formatum compositumq; statum:
Tunc liber vacuusq; meum percurre libellum.
Atq; hylari nugas perlege fronte meas.
Sesquihoram scriptis nostris impende: Sed hora
Sufficit. hoc nimium est: subtrahe dimidium.
Vix legere incipies succincti scripta libelli
Pagina principium prima modumq; dabit.
Iamq; vale: viuasq; diu mitissime princeps.
Et superes phrygios nestoreosq; dies.
Dii tibi dent quodcũq; cupis/quodcũq; mereris.
Dii mihi dent cupias: vt meminisse mei.

Sesqhorã. i. horã cum dimidiata.

Ad magnificũ & ornatissimũ virũ Bartholomeũ chalcũ Ducalẽ Secretariũ Philippi Beroaldi Bononiensis Epistola.

Pusculũ de nuptijs Bentiuolorũ: quod nup excudi tibi vir præstãtissime dicare cõstitui: quẽ non solũ studiorũ: sz etiã studiosorũ amantissimũ cognoui: q me istic ociantẽ sũma

tibi beniuolētia copulasti:ad quē tanq̃ ad anchorā litterati decurrūt & quia vt est in veteri prouerbio Docti doctos amāt tu eruditus eruditos foues/& de litteratis litterat⁹ optime mereris. Te ob singulares tuas virtutes illustrissimi prīcipes tui auriculariū a secretis & omniū arcanorum participem esse voluerūt. Te ordini scribarum ornatissimo præfecerunt:tu archigrāmatheus nuncuparis. Accipe igitur vir clarissime eo vultu libellū nuptialē quo nuptiales voluptates spectare solem⁹.& si scio quosdā obtrectatores caprata frōte hæc esse lecturos:quibus nihil placet nisi triuiale:quibus ita respondere iure optimo possum. Significatissimis vocabulis cūcta pro virili parte enarrare cōtendimus & verba reb⁹ accōmodare:quę rerū causa inuēta fuerunt:quę si vobis subobscura videtur nō est hæc mea sed vestra culpa qui nihil vnq̃ luculentū nihil nisi protritum lectitatis : qui duob⁹ tribusue ad summū libellis cōtenti reliquos scriptores nō attingitis/ & nihil latinū esse creditis nisi qd in vestris vulgatissimis volumini b⁹ didicistis. At nos latine scribim⁹ & verba ex latinissimis scriptori b⁹ sumpta depromim⁹.Nolite edētuli inuidere dētatis:nolite oculatos talpę cōtemnere.q̃ cęcus lucē nō videt nō est vitiū solis sed oculorū:q̃ vos scripta nostra nō intelligitis & ob idipsum culpatis non est scriptoris vitiū sed lectoris.Neq; nos Tharentinis & Cōsentinis scribimus(vt ait Lucillus)sed eruditis:quorū iudicio cōtentus quid de me imperitorū rumusculi iactitēt floccipēdo. Et vt inquit epigrāmaticus poeta.Me raris iuuat auriḃ⁹ placere.me scriptio non triualis sed erudita delectat:quę neq; per periodos/neq; per longos verbor ambitus:sed verbis significātib⁹ & proprijs cūcta exprimat ac effingat.Hęc obiter dicta sint aduersus vitupatores q obtrectatione alienæ sciētiæ sibi famā aucupantur. Tu vero vir præstātissime cū facultas tibi dabitur paulū respirandi ab occupationibus quibus iugiter distineris:libellū a Philippo tuo concinatū in manum sumito:& vbi sumpseris perlegito:& vbi perlegeris iudicato vtrū in publicum p̄dire mereatur an potius(qd timeo)sit futurus pabulū tinearū. Vale decus meum & me qui tibi mancipatus sum mutuo dilige.

Quot celebrata fuit genialis pompa diebus.
Per totidem scripta est hęc mihi pompa dies.

Philippi Beroaldi Bononiēsis nuptiæ Bentiuolorū.

OEntem Bentiuolorū multos iam annos Bononiæ florentissimā/honoratissimāq; fuisse adeo notū est vt res probatione non egeat.in qua multi insignes clariq; homines exstiterunt:quorū multa ęgregia merita in rem publicā Bononiensem quotidie cōmemorant:sed omniū clarissimus ętatis nostræ vir extat

Ioannes Bentiuolus: familię illustrator: patrię splendor: ciuium cō lumē: domi forisq; fauorabilis: cunctis Italię principibus aut amicitia/aut affinitate copulatus: in quo deniq; omnia sunt quæ aut fortuna hominibus/aut natura largiūtur. Is nuptias filii primogeniti Hannibalis celebraturus: vt essent omnium nuptiarum Magnificentissimę: eas per æstiuum tempus vtpote cōmodius conficere decreuerat. sed Hercules estensis Ferrariæ Dux illustrissimus cum filiam Lucretiam Hannibali despōsatam iam nubilem ac viro maturā esse videret cūq; peregrinationem religiosissimam extra Italiam pararet vt nuptiæ maturarentur instabat & omnem procrastinationē detrimētosam esse asseuerabat. Quāobrem princeps Bentiuolus cōsiliū mutat & ex consoceri sententia nuptialem festiuitatē diebus brumalib⁹ parat q̄uis non pauca dehortarentur: & in primis festinatio magnis apparatib⁹ semper infensa. Verum multa quæ impedita natura sunt consilio expediūtur: & summæ virtuti/summęq; fortunæ nihil factu difficile est. Igitur indicto per præconem publicitus die nuptiarum qui dies erat futurus ad quintum kalen. Februarij ea Bētiuolus intra dimestre spacium factitauit: quæ princeps alius annuo tempore facere nequiuisset. Quę omnia speciatim/generatimq; explicare pro virili parte conabimur. Primū omniū forum qd̄ ante Bētiuolorū ædes erat perq̄ angustum vt laxius fieret: proximas domos a possessoribus emit/emptasq; demolitur: idq; spacijs temporum iniquis exclusus cū sylice sternere non posset asseribus contabulat. Iubet & operimentū laneumper sarcinatores concinnari ad forum contegendum vt sub eo nuptiales lux⁹ spectatores salubrius/ ociosiusq; cōtemplarentur. Idem domū quæ alioquin pulcherrima est & cū laudatissimis totius Italiæ domibus certat magnifice exornat: parietes oēs intrinsecus inducto tectorio nouo leuigantur: columnę q̄in peristyllo striatæ sunt marmoreis simillimæ efficiūtur: fenestræ mutuli super limiariaq; ostiorum tota inaurantur. Quæ imperfecta sunt absoluuntur: Squalentia reconcinnātur: vbiq; pictor/vbiq; materiarius/vbiq; architectus cōspiciuntur. Feruet per totas Bentiuolorum ædes apparatus nuptialis: conclauia oīa atq; cubicula tapetibus stragulaq; veste consternuntur: ornatur & lectus genialis in thalamo sponsi magnificentissime. Dij boni qualis ille q̄q; pręclarus apparatus quo exornatum est cubiculum principi Ferrariensi destinatum: Hic conopea aurea. Lodices regales conchiliata peristromata visentium oculos pascebāt gratissimo spectaculo. Ipsum vero Triclinium in quo fieri debebat nuptiale conuiuium reliqua antecellit ornamenta: hic toti parietes belluatis parapetasmatibus vestiuntur: supra peripetasmata

Inducto.

coronamenta miro artificio concinnata disponuntur: in quibus in signia Italicorũ principum summo cum decore inclusa videbantur In eodem cænaculo tabulatum fit paulum accliue tapetibus stratis opertum: vbi principes procerescq; illustriores vna cũ sponsa discũberent. Erigitur & Abacus in quo vasa aurea & argentea varij generis preciosissima exponũtur: hic potoria gemmata: hic lances ex argento quinquagenarię: hic escaria ex auro cum emblematis faberrime celata. hic quicquid vascularíorum ac celatorum probatissimorũ arte perfectum est esse diceres: adeo vt mentoris manu cuncta fabrefacta viderentur. Huic abaco appositi erant custodes duo ad hominum effugiẽ formati: alter claua/alter falcato ense propinquantibus minitabantur: hunc macheroforum ilium corynephotum nõ indocte nuncupaueris. fulgore huius Abaci reliquus perstringebatur ornatus: quem ornamenti causa magis q̃ vsu: effecerant: namq; in alia domus parte alter erat Abacus concinnatus in quo conuiualia vasa innumera erant, collata: quorum vsus erat futurus ad coepulones accipiendos. Dum hæc intra ædes strennue properantur forinsecus non minora efficiuntur: nam a domo principis Bentiuoli ad portã vsq; galeriam quã vocant: q; illac ventura erat sponsa: multiplici ornamentorum genere cuncta condecorantur. Domus senio collabẽtes reficiũtur: parietes ad libellam reformantur. columnę lapideę ad perpendiculũ exigũtur: ciues ipsi per eum vicum certatim ornamenta parare. sub dio sub porticibus per intercolumnia coronas ex herbis virentibus cõsertas suspendere: vestibula ædium myrtho/lauro/hederaq; vestire. Multa topiarii operis egregia coronamenta cõficere: in quib⁹ insignia Bẽtiuolorum inclusa cum venustate visebant: diceres ostiatim celebrari nuptialem festiuitatem. Deniq; in hac ciuitatis regione nõ brumalis rigor: sed verna tẽperies videri: hic bux⁹ hic iuniper⁹ virescere: hic multiiuga species herbescentis viriditatis. Totum iter florulẽtum ad viridarii cõsiti specimen gratiam viroris recẽtissimi prę se ferebat: vt nõ solum peregrini: sed etiã nostrates admirarentur cõtemplantes tantam alieno tempore copiam, viridioq; Præterea Bentiuolus machinatores opimos & topiarios artifices probatissimos acciri iubet: qui solertia quadam genuina miroq; artificio præditi noui generis ornamenta excogitarunt: ex quib⁹ vn⁹ nomine Zephirannus: qui non minus facetus est scurra q̃ artifex ingeniosus: septem portas ligneas affabre cõfecit quæ picturatæ & fructicib⁹/herbisq; viridantib⁹ decoratę exornabãt viã nuptialẽ iter uall' ppe parib⁹ iter se distãtes ad imaginẽ portarũ vrbicarũ: nisi qd catharactas nõ habebãt: sed illa q̃ ædib⁹ Bentiuolis erat pxima reli-

quas decore vimcebat: in qua simulacrum Herculis cum leone congredientis visebatur aspectu truci formidādi. visebatur & e regione altera Herculis effigies repullescentis hydræ capita amputātis. Cæterum cū nihil in omni vita pulchri⁹ sit ordine: sine quo nec militarē disciplinā imperatores valent explicare: nec gubernatores regere naiuigia: Bentiuolus vt omnia sint dispositissima procurat. Nā homines idoneos deligit inter quos dispertita sint officia nuptialia ne quid tumultuosæ perturbationis oriatur. hūc lectisterniatorē esse iubet: iliū obsonatorem: hunc prefectū popinarū: illum bellatorium. alius promus: alius cōdus designatur: est qui procurator peni cōstituatur: est qui cellæ vinariæ præficiatur: ita vnusquisq; curando qd̄ suū est aliena nō turbat. In primis iuuenes numero sex & vigīti ex nobiliotib⁹ ditioribusq; nostræ ciuitatis deliguntur qui sint architriclini siue Archiposias dicere malis: quos vulgus Sescalcos appellat. Vtendum est enim popularibus verbis ad rem popularem declarādam. Ex his singuli senos ministros eligere iubētur: quoq; opera naua & strēnua in cōuiuiis nuptialibus vtātur. Ex hoc architriclinorū ordine nullus fuit qui nō impendia prope regalia fecerit & immēsas pecuniarū summas profuderit: dū se quisq; suosq; ministros nuptialibus vestimentis exornat. Designant & sex alij architriclini maiores qui dicuntur omnes fere ex ordine senatorio: pręterea adolescentuli octo luculenti summoq; genere nati euocantur: quibus iniunctum est vt spōsam introeuntem a porta domū vsq; deducant instar stipulatorum: quos prisci Laterones nuncuparunt. Et quoniā aduenarum ad nuptias celebrādas vēturorū innumera multitudo expectabatur: ordinat Bētiuolus vt omnes honorificentissime, cōmodissimeq; accipiantur. In domibus ciuium ornatioribus hospitia magnificētissime parantur: et pro diuersorij amplitudine alij plures: alij pauciores assignantur. Iam cūcta apparatus nuptialis diligentissime comparauerat. Iā appetebat condictus dies festiuitatis: cum sponsus ad cōiugale fœdus cum sponsa ineūdum Ferrariam proficiscitur comitatu prope regio decoratus. Ducenti ferme euntem prosequūtur inter quos supra viginti haut dubie nobilissimi & ipsius spōsi frater minor natu protho notarius. Nos quoq; discipulum officij causa summus prosecuti: omnes magnificentissime accipimur a principe Ferrariensi: ibiq; biduum cōmoramur donec celebrentur ex ritu fœdera nuptialia & annulo pronubo digitum sponsæ sponsus oppigneret: amboq; sacerdoti a paranymphis offerātur: quibus rite peractis domutionem capessimus: aliquot ex primoribus cum prothonotario relictis ad spōsam prosequēdam. Cum genero socer aulicique interiores nauem cō-

Archiposiæ.

ſcendunt noctęq; intempeſta appellunt ad prętorium Bentiuolũ;qd vocant:qd magnificentiſſimum/pulcherrimũq; in agro Bononienſi princeps Bentiuolus extruxit:diſtatq; ab vrbe millibus paſſuũ decem. Poſtridie eius diei Bononiam ingredienti Herculi heſtẽſi obuiam it Bẽtiuolus comitante maxima caterua virorum ſplẽdidiſſimorum non ſolum noſtratium:ſed etiam externorum qui iam cõuenerant ad officium nuptiale. Illuxit demum dies nuptiis deſtinat⁹: qui imbribus fœdus. omẽs & potiſſimum Bentiuolum dolore confecit ſecum reputantẽ: quãtos rerũ apparatus/quantamq; nuptialẽ pompam eſſet imber ille deturbaturus:Omnes deprecabundi deum omnipotentiſſimũ orare vt tantiſper pluuia cohiberetur donec introit⁹ ſponſę in vrbem põpaticus perageretur. Verum inexorabile eſt fatũ & inuidenti fortunæ repugnare non licuit nolenti vt ex omi parte beatas nuptias videremʼ & lactiſſima voluptate permulceremur Iam aderat hora condicta qua obuiam cũcti prodire cœperũt ſpõſę veniẽti ex prętorio Bentiuolo:vbi noctem vnam cõmorata feſtinabunda peruenerat ad villam ſuburbanã:ibiq; ſubſtiterat obuios aduentantes operiẽs. Omnis ętas ſexus ordo viam galeriam agminatim cõpleuerant ſtudio viſendi exoptatiſſimã ſponſam ſpõſæq; apparatum. Vix locus q̃uis latus & longʼ capax erat tantæ multitudinis cateruatim cõfluetis. Ciuitas omnis/peregrini omẽs/mira denſitate cuncta ſtipauerãt. multi columnis implexi:non pauci e feneſtris ſemi conſpicui/plęriq; ſub dio inter imbres proſpectabant: tanta eſt mortalibus inſita cupiditas nouitatis. Gliſcente in horas pluuia nullamq; pauſam faciente:Bentiuolus hanc ſibi curam ſumit vt cuncti ordine & ſine tumultu pompaliter incedant. Lõgum eſſet referre ſigillatim quo ordine principes/oratoreſq; principũ inceſſerint : ſummatim exponã illuſtriora ac ſplendidiora. Principes Italici partim ipſi venerãt : partim vicarios miſerãt adnuptias illuſtrãdas :qui omẽs in ſuis quiſq; ordinibus collocati ingrediebantur. Intereũ dũ inſpectione digni potiſſimũ fuere equeſtres lancearij principis Mantuani qui turcharũ habitu ingredientes ritu militari lanceas manu reciprocabãt:tales macedonũ haſtatos fuiſſe crediderim quos Sariſſophoros appellitabant:hos vulgus corrupto paulũ vocabulo Stradioticos appellat cũ ſtratioticos græcanica dictione nũcupare debuiſſet: hos ſequebãtur Hipotoxotæ:q ſunt ex equis ſagittarij induti praſinos amictʼ:architriclini architriclinorũq; pediſſequi ordine inceſſerunt. Vidimus hac pompa nymphas ritu amazonio obequitãtes: q̃ ſublimatæ in equo non ſedebant : ſed ſtabant. Vidimus Gigantem ſtaturoſam obambulantem. quã ars emula naturæ ſimilliimã veræ eſ

Sariſſophori.
Stratioticí.

figiauit. Vidimus gralatorē in longurijs passus grandissimos diuari cantem. Audiuimus sonitū tintinabulorū/crepitū sclopūq; tormē torū bellicorū: quibus cuncta personabāt. Pręterea ibat ordo tibici num/tubicinūq; populosus adeo vt clangore tubarum/ac stridore li tuorum cœlū reboaret aureq; audientiū obsurdescerent. Post lōgū pompę ordinem incedit nouissimo loco noua nupta sedens in equo cādidissimo atq; pulcherrimo: qui ephippiis aureis præfulgens pha leriq; preciosis ornat⁹ tollutim gradiebat: quales Prisci tollutarios asturcones magnosq; vocitarunt. hunc gradarium equū sponsæ ad duxerant octo illi adolescentuli qui munia obibant stipatorum: qui vestes breuiores induti argēto textili cōfectas per imbrem/lutumq; sponsam cōstipabant: ex quibus aliquot vniones/gemmasq; in cal ciamentis gestare cōspexim⁹. Cantata sunt carmina sponsa trāseū te partim latino: partim vernaculo sermone cōposita in singulis illis septē portis: quas tēporarias ex ligno frondibusq; virentibus a Ze phirano scurra fabricatas supra docuim⁹: quę singulę sub tutela vir tutum singularum erāt cōsecratæ: ex quib⁹ quattuor philosophicas: tres theologicas appellant. Cōstat inter omnes spectatores nihil fieri potuisse splendidius hac pōpa nuptiali: nisi pluuia cōtinens ac iugis obstitisset: quę effecit vt nemo vestes preciosas ostētaret vt oēs ince derent penulati/pileatiq;. Rimata est hoc inuidia telum quo nuptias disturbaret. Nā perdius & pernox imber diem etiā posterū ex magna parte fœdauit: quæ res impedimēto fuit quo minus sponsa ex cōsti tuto ædem diui Petronij pompabiliter adiret: quē Bononienses deū tutelarem veuerantur. Cęterū non semper habet fortuna longas ma nus & interdum aduersa ratione superant: nam princeps Bentiuol⁹ vt semper est pręsentissimo cōsilio viam inuenit qua intra priuatos parietes ostētaret principibus cūctisq; pceribus magnificentiā appa ratus nuptialis. Cōgregatis in cęnaculo oibus illustriorib⁹ ex thala mo geniali sponsa progreditur vētura in cetum principū augustissi mum antecedentibus ministris architriclinorū numero cetū. lvj. qui omnes sericati formosum exhibuere spectaculū: alij purpureo: alij hia cynthino: alij prasino colore mōstrabiles: quorū erāt calciamēta cō similia vtpote consuta ad insignia Bentiuolorū: sed longe formosis mum spectaculū præbuere ipsi Architriclini togas ex argēto textili talares induti exceptis duobus: qui q; erant equestri dignitate deco rati aurea vestimenta gestabāt: hiq; in nouissimo loco vtpote hono ratiores agmē claudebāt. In singulorū manib⁹ Scipiones erāt pictu rati peculiaria ipsius architricliniat⁹ insignia. Ex his complures tor quati sunt cōplecti torquibus aureis in summo pectore fulgentibus:

Tollutarij.

Petroni⁹

omnes stupere/omnes admirari tantum rerũ fulgorẽ: tantas impẽsas quibus regia vectigalia vix sufficere possent. Idem omnibus ornatus idem vestimenti genus: omnes principatu digni videri: omnes incessu maiestatem quãdam pręse ferre. Et profecto cultus magnificꝰ addit hominibꝰ auctoritatem. Subsequebãtur reliqui sex maiores architriclini virgas auratas manu ferentes: quorũ tres in vestimẽtis aureis ꝓfulgebant: duo cõcinnati: Sextus in argentea veste splendescẽs. Deinde incedit sposa incessu matronali mũdo nuptiali decenter ornata quã omnes fere nostrę ciuitatis primarię matronę comitabãtur nõ solum formositate conspicuę: sed & vestimẽtis radiãtibus monilibusq; gemmosis cõdecoratę: & medius fidius cultꝰ formã maximopere venustat. Ibi princeps Ferrariensis natam osculabundus amplectitur: ibi ex ritu christianorum celebrantur diuina mysteria: episcopusq; vrbinas a pontifice maximo destinatus Diploma põtificale palã recitat: quo nouis maritis connubium fortunatũ auctoritate qua pollet in terris amplissima denũciat. Iam dies (vt inquit Plautus) ad vmbilicũ erat dimidiatus mortuus: iam prandẽdi tẽpus instabat. repente omnes se accingere & sua quisq; munia diligẽter obire. Lectisterniatores mẽsas apponere: omnes ex ordine accubare. Princeps vna cũ spõsa in tribunali celsiores eminere. Optabat princeps Bẽtiuolus & esse et dici cõuiuator absolutissimus. cupiebatq; istud nuptiale cõuiuium si fieri posset esse posteris exemplũ: itaq; cum sciret in rebus omnibꝰ domini plurimum pollere pręsentiam: & frontẽ occipitio vt veteri adagio testatum est esse priorem: instituit nõ solum interesse: sed etiã præesse pompæ conuiuali. Singulis mensis binos architriclinos assignat/eosq; bifariam diuidit: vt alteris dapes integras inferẽtibus alteri efferant iam semesas: alteris scandẽtibus descẽdant alteri: vicissimq; laborent & quiescãt. Ex hoc ordine effectum est vt pręter luxũ atq; opulentiã esset ordinatissimum cõpositissimũq; cõuiuium. Bẽtiuolus ipse discursare: satagere rebus omnibus pręsto esse: ipse iubere omnes iussa obediẽter exequi. adeo reuerentia rebus obeũdis efficax est. Dantur manibus aquæ odoratissimę ex aquiminariis argenteis: quæ gutturnia alio nomine guttiq; dicuntur: inferuntur ex saccario/ nucleisq; pineis cõcinnata cibaria: inferũtur & panes dulciarii simulq; vinũ generosissimũ: qd̃ prisci passum (vt opinor) neoterici malua ticũ appellãt: cui tãta auctoritas inest vt singulę ex eo potiões trimodo dẽt. In cęsaris dictatoris epulo q̃ttuor vini gña apposita cõstat: idq; ꝓ lautissimo celebrat: at i hoc i numera exhibita fuerũt dulce: austerũ: tenue: firmũ. Aliꝰ cõuiua meracas potiones hauriebat: aliꝰ dilutas: hunc suauia/illum subaustera delectãt: pocillatores p̃sto sunt vt

Passum aliud est

Cyathíssent epulonib⁹ prout síngulorũ stomach⁹ & gust⁹ expoſcit Primis ferculis duobus aut ad ſummũ tribus exempta eſt fames eſu rientium. Reliqua magnificẽtiæ cauſa ſunt illata : in quibus ſeruatũ eſt vt altilia in ſingulis fere miſſibus menſe principiũ viuentia impor tarẽtur. Vidimus porcellos grunientes capreolos per tricliniũ curſi tantes: hiſtrices aculeos ſubrigentes: vidimus paſtillos quos vocãt auiculas coquinatoria diſciplina in cõuiuio emittẽtes: quæ per cæna tionem volitantes effugiũ quęritabãt. Vidimus inferri pauones flã miuomos plumis verſicoloribus veſtitos: oculoſq; gẽmatis caudis rotantes. Illati ſunt & phaſiani cũ pennis: cuniculi/lepuſculiq; cũ pel libus: quæ omnia oblectamẽto fuere pranſorib⁹. Illata ſunt & ſecũdæ menſæ bellaria: ex ſaccaro poma/nuceſq; omnis generis tãta arte cõ fectæ vt a veris fructibus nõ internoſcerẽtur. Quid teſtuacea ſcitiſſi mi ſaporis quid mellitiſſimas ex ſaccaro placentas? Quid tuceta p̃ cioſa? quid aſſatutas? quid cõdituras exoticas enumerẽ? Quid tra gemata cęnam ex more claudẽtia? quę ſermone vernaculo cõfectio nes nuncupant. Miſſus ferculorũ circiter triginta fuerunt. Conuiuę ferme cẽteni quinquageni diſcubuerũt. Structores adhibiti ſciẽtiſſi mi obſoniorũ ſcindendorũ in fruſtra nõ enormia. Quis tantus inge nio: quis tãta facundia præditus vt verbis idoneis poſſet multiiugũ minutatim explicare cõuiuiũ? Legim⁹ in heliogabali cõuiuijs exhi bita fuiſſe ſupra. xx. fercula ingẽtium epularũ. Legimus Antonij & Cleopatrę cęnas fuiſſe lautiſſimas: quas in imitabiles ipi nomiabãt. Legimus luxurioſiſſimas vitellij patinas Veri imperatoris cõuiuiũ pręcioſiſſimum: luxũ Luculi nepotalẽ: ſaliorum dapes: põtificũ cę nas. Legimus & illas apud priſcos fuiſſe epulares cænas quas luculẽ ti ſcriptores modo adiiciales: modo dubias: modo pollucibiles ap pellant: quę omnia epulũ iſtud Bentiuolorũ nuptiale aut æquat: aut antecedit: in quo omnia in argẽto puro edulia illata fuerũt: qd protra ctum eſt ab hora diei. xx. in horã noctis tertiã. & cũ de die epulari cœ piſſent noctu electis triclinaribus ſurrexerunt: omnes fere poti diſtẽ ti oſcitantes ſimillimiq; hallucinantibus. ipſius cõuiuii magna pars ad funalia lychnoſq; penſiles acta. Sub crepuſculum veſpertinum cęrei ex alba cera vtpote precioſiore confecti accenduntur: quorum tanta erat vis & copia vt nocturnas tenebras flammis exuperarent. Duo præterea candelabra ingentis magnitudinis deargentata ex la quearibus auratis demiſſa pendebãt ſimillima lucernis priſcorũ q̃s polymixos vocitarunt : in his lilia & flores artificio mœchanico concinnati viſebantur: qualia ornamenta fuiſſe legimus in cande labris Solomonicis. Erat præterea ignis intra candelabra furtim in

cluſus qui quaſi in radio diſcurrẽs hora ſtata lampades & cereos infi
xos accendit: omnes mirabũdi ſuſpicere tã nobile cõmentũ: laudare
tam fallacioſam machinationẽ: cõtemplari tã errabũdum igniculũ
in cauo ędium ipſoq; veſtibulo nocturni luminis inſtrumẽta globis
piceis referta collucebãt. cũctaq; illuminabãt. Finito cõuiuio remo
tiſq; menſis pauimẽta verrũtur ſcopis deauratis. Sũt hęc friuola nec
inficior: ſed curioſitas nihil recuſat & ex friuolis plęrũq; grauiora pẽ
ſitam⁹. Deinde ſalutatiões choreęq; matronales exhibent. Saltauit
& Ethruſca puellula exoſſam ſaltationẽ cũ oim qui aderant admira
tione Mox ſpelunca fictitia inſtar natiuæ ſiluoſæq; ſpelũcæ vna cõ
monte ligneo repſit intra tricliniũ: repſit & caſtelli ſimulachrum vna
cũ turri nemine qui geſtaret apparẽte. Intelleximus tũc illud epigrã
matici poetę carmẽ qd prius ſubobſcurũ nobis legẽtib⁹ erat. Repſe
rũt ſcopuli mirãdaq; ſilua cucurrit. Ex his oibus paulatim nymphæ
progrediũtur ad effigiem dearũ reformatæ. Credimus hoc Paridis
eſſe iudicium de trib⁹ deabus qm̃ Iuno & venus affuerunt. Sed loco
Mineruæ aderat Diana cũ Nymphis: q̃ ſaltare fabulam cœperũt in
qua nympharũ vna. tanq̃ trãſſuga ex caſtris Dianę cęlibis in caſtra
Iunonis que cõiugalibus vinculis p̃ſidet tranſmigrauit. Canticũ ce
cinerũt pueri ſymphoniaci voce canora cõcinnentes: ad quorum ry
thmos nymphæ corp⁹ mouebãt dantes ſtaticulos ſaltatorios. Ma=
gna deniq; patre noctis trãſacta inter ludos cõuiuales cũcti cubitũ fa
ceſſũt. Poſtridie ei⁹ diei aperit cœlum ſerenum ac ſudum & ſol radio
ſus exoritur cũcta illuſtrans. Quocirca deſtinat princeps Bentiuol⁹
vt ſpõſa ordie pompatico ad templũ diui Petronij religioſum profi
ciſcatur id qd pridie facere nequerãt. Cõuenũt e veſtigio matronę
oẽs: cõgregat omnis ordo noſtratiũ: p̃ſto ſunt Architriclini veſtiũ
argẽtearũ fulgore cõſpicui cũ populoſa miniſtrorum familia. Adſũt
principes ac proceres omns in aula Bentiuola cõgregati. Incipiũt bi
ni terniq; procedere gradu lẽto ac pompatico: ibãt ſinguli hoſpites
ſingulis ciuibus copulati: hac põpa nihil põpabili⁹: hoc ſpectaculo
nihil ſpecioſius excogitari cõtenderim. Via tota fulgebat ordie ince
dentiũ luminoſo: qui aut coccinati/aut argẽtati/aut aurati in inceſſu
videbãtur: nullus ſine oloſerica veſte in ea pompa cõſpectus. Nam
Bononienſes & ſi ſemper alias veſtitu cultuq; elegantiſſimo fuere at
tamen id tẽporis omnes vt nuptias exornarẽt veſtimẽta ſerica ac bõ
bicina p facultatib⁹ cõfecerãt. Tãta aũt fuit pompæ incedẽtis mul=
titudo vt primi iam in foro viſerẽtur quãdo nouiſſimi ex palatio Bẽ
tiuolorũ vix dum egrediebant. Res erat nõ min⁹ memoratu digna q̃
admiratiõe contẽplari tot clariſſimos pceres: tot illuſtriſſimos prin

cipes: tot summates matronas cocco argenteo auroq; fulgentes qui ad deum salutandũ simul incedebãt. Quicquid vsq̃ speciosi est: hic esse videbatur. Aedes est diui Petronii in foro Bononiensi amplissima: quæ & si latericia est: tamen ppter venustatem atq; simetriã marmoreis templis est ęquiparãda. Salutatis ex ritu christianorũ religiosissime numinibus/mysticisq; canticis peractis eodem quo venerant ordine ad ędes Bentiuolas reueniunt: ibi repotia ex more vetustissimo reparant: prandioq; lautissimo principes procerescq; cum matronis accipiũtur. Post prandium data sunt oculorũ varia oblectamẽta editum est & simulachrũ pugnæ gladiatoriæ. Nãq; in foro Bẽtiuolo qd̃ asseribus pauimẽtatum esse docuimus adolescentuli nostrates ad quinquaginta edocti a magistro armorum peritissimo: quales apud Romanos fuere lanistę: digladiari inter se cœperũt: & nũc punctim nunc cęsim ictus inferre: nũc illatos oculis vigilãtibus euitare modo assultibus variis aduersarios premere: modo pressi retrocedere: denique omnes armorum tractãdorũ numeros ĩplere: Formosum sane belli cũq; spectaculum: in quo manica ferrea in medio digladiantiũ collocata & circũ eam atrox certamen inter omnes exortum: dum singulis viribus corripere cõtendunt. Victor ludicri certaminis pronũciatus Nicolaus cognomento bazanus qui primus manicam sustulit. Sub eodem papilione quo forum Bentiuolum tegebatur ludus pilaris celebratus non sine maxima spectatorum voluptate destinati erant ad pilę lusionem hincinde quinquageni iuuenes lacertosi: valentissimi q; alteri amictu prasino cõspicui: alteri hiacynthino: ita enĩ colores appello: quos semidoctum vulgus viridem/cœlestẽq; nũcupare cõsueuit. Alteri fortunam ducem sequuntur. Alteri prudentiam vtraq; pars suam inuocat suffragraticem: in medio follis pugillatorius vetosa granditate tumescẽs locatur quem calcibus pugnisq; incursantes vtrinq; omnibus viribus/neruisq; contẽdũt vltra prędscriptos aduersariorũ terminos eiaculari. Non cro in hoc spectaculo describẽdo prolixior: cũ paucis ante ãnis id ludicri genus in foro Bononiẽsi exhibitum copiosissime explicauerim in epistola ad Frãciscum puteolanum pręceptorem meum scripta. Reliquum ante cœnam tẽpus saltationibus & choreis impensum. Post cœnam ingrediunt personati scęnico ornatu intra nemꝰ inclusi: qd̃ consitum viretis & arbusculis nihil pene distabat a vero nemore. cupidinis ludicrum egerũt homines feri ac siluatici clauam ligneam manu gestantes instar Herculis clauigeri. Cantata sunt carmina argumento discursibusq; reciprocis accõmodata. Ex his venꝰ leonem cicurem exarmatumq; loro trahebat. Erat autem homo leonina pelle vestitus tectusq; adeo graphice

Repotia ĩ tẽpestiua.

Venetũ cęlestẽ dicere potuit.

ac solerter: vt a nescientibus verus leo crederetur. Exhibitus est & in saltatione monoceros fictitius. Sequēti die qui dies erat pridie calen. Februarij simulachrum pugnę bellicę in foro maximo editum est: ad quod spectandū anteq iretur in aula Bentiuola Ientaculum regium/ dignūq; memoratu principibus matronisq; exhibet: qd inter cætera spectacula cū primis annumerari meretur. Nāq; per dulciarios artifices quos diu domi ob id ipsum habuerat princeps Bentiuolus cōcinnata sunt ex saccario edulia varij generis: quæ intra tricliniū ex ordine illata cunctorū oculos ad talē inspectionē cōuerterūt. Præcedebat carrus cupidinis triūphalis adamussim confectus: quem quattuor ex ministris baiulabant: subsequebant simulachra oppidorū: imagines elephantorū effigies volucrū: spectabātur & naues cum armentis: insignia principū & id genus q̄plurima: quę nemo a veris internoscere posset: adeo ingeniosa est natura mortaliū ad cūcta quæ velit imitanda. Omnia hæc importata fuere magis visui q̄ esui accōmodata: magis oculos satiatura q̄ stomachum. Singula singulis dono data principibus. Esculenta vero bellaria atq; tragemata omnis generis p Ientaculo inferūtur: quorꝝ magna pars in vulgus pro missilibus sparsa. Cum omnes lautissime ientassent itum est agminatim ad hasticos ludos contemplandos: quos sponsa cū omni comitatu matronali prospectauit e speculatorio: qd decentissimum in palatio senatorio ob id ipsum fieri iusserat Minus roscius id tēporis dictator homo oīum nobilium doctissimus omniū doctorum nobilissimus. Iam totus populus ac peregrini passim procurrentes forum compleuerant: & cuneos instar cuneorū theatralium e ligno fabricatos fartim constipauerant Multi cum periculo salutis culmina tectorum quibus forum cingitur conscenderant ex imbricibus tegulisq; speculaturi. Tres equitum turmæ totidemq; turmarum ductores apparatu magnifico spectabiles forū ingrediuntur. Ordo agminis turmatim euntis talis fuit. Primus Hannibal Bentiuolus equo inuehitur: quem antecedunt equi bellatores eximiæ magnitudinis aureis tegumentis velati. Circūstant stipatores candidati tanq̄ petitores magistratuū romanorū. Turmales regali cultu procedūt: ipse armatus fulget in equo. Arma radiantia aureo paludamento conteguntur: pompa prorsus regalis opulentiæ. Ex altera fori parte irrumpit Franciscus princeps Mantuanus: qui incomparabili magnificentia omnium oculos in se ac suos conuertit. Præibant lancearij habitu thurcarum de quibus ante dictum est. Lancearios sequebātur bipotoxatæ cum scorpionibus. equi duodecim sine sessoribus ingenti corporatura deducuntur operti velamētis: quæ auro erant purpuraq; distincta: quorum fulgore omnes fori

Monoceros vnicornis.

206

partes illuminabat:de quibus Vergilianum illud dici merito poterat. Bello armantur equi bellum hæc armenta minantur.

¶Proximi ibant Doriphori vt ita appellem⁹ gestatores hastarũ bellicarũ. Ipsius vero principis cultus inter p̃cipua spectabatur. Namq; equo vectabatur exuperãtissimo vigore & inusitata magnitudine & vectabat paludatus aureo paludamẽto: ornatuq; haud dispari suos exornauerat bellatores. præcurrebant spiculatores induti vestimẽta preciosa vtpote dimidiata ex auro/dimidiata ex serico contexta. Nouissimo loco introcessit Gibertus carpinas principis Bentiuoli gener & ipse visendo decore conspicuus ornamentis equorũ/ equitũq; p̃fulgentib⁹. Venerũt & alij pro facultatib⁹ ornati:sed super omnes Mãtuanus regulus existimatus est illud decorasse spectaculũ:cuius manica paludamẽti carbũculis:hiacynthis:saphiris:& id genus gemmis preciosissimis onusta prestringebat acies oculorũ. Ordo hasttci certaminis erat talis. Duo cataphrasti e regione collocantur qui in equo ĩmobili sedentes exciperẽt ictus incursantiũ:quibus post horę spaciũ totidem recentes succedere debebãt. Hæc bellicæ pugnę imago ex militari romanorũ disciplina mihi translata videt:apud quos tyrones exercebant ad palũ. qui instar bellatoris immobilis excipiebat ictus cõgredientiũ. pugnatũ est horis amplius tribus continẽter:complures hastæ & a bellatorib⁹ procurrẽtibus & a statarijs fractę:cõplures ictus armisoni vltro citroq; & illati & accepti foro clangẽtibus tubis rebo ante spectatoribusq; plausu & vociferatione fauentibus. Multorũ eo die viriliter dimicantiũ virtus spectata est:sed in primis Hannibalis Bentiuoli:qui ante annos gerens robur animumq; virilem specimen amplissimũ futurę virtutis ostẽdit:quæ in pulchro atq; puerili corpore veniens gratior fauorabiliorq; esse consueuit. Gaspar Roberti sancto/Seuerinatis filij⁹ paternæ virtutis emulator funct⁹ est officio acerrimi bellatoris:sed inter oẽs excelluit princeps Mantuanus quẽ post certamen iudices publico præconio victorẽ pnunciauerũt: brauioq; qd̃ erat argenteũ donauerũt. Transacto ludicro cũcti lætitia delibuti cũ oculorũ desideria satiassent foro facessunt:iam die in vesperã pręcipiti recta ad ædes Bentiuolas pergũt nouũ infrequensq; spectaculum speculaturi. Nã Florẽtinus quidã machinator egregius: & mœchanicæ artis scientissim⁹ machinã solertissimo artificio fabricauerat:quã girandolam vulgus appellat:quę nostra lingua orbis flammeus dici potest. Vtar em̃ hoc vocabulo quoad inuenero melius:erat hæc machina funib⁹ suspensa sub Papilione Bentiuoli fori ingẽtis magnitudinis in rotuuditatẽ circũacta:tribus circulis cingebatur medio extremos exuperãte:crrscebat in ventrẽ labris paulatim se restringẽtibus

cui nihil tam simile est q̃ calathi effigies. Ignis intra machinã furtim inclusus arte mœchanica alebatur p fomites incendiorũ discurrens quibus tota moles erat refertissima: debebatq; hora sub vesperũ stata cũ crepitu bomboq; maximo flagrãtes radios eiaculari. Machinator prędixerat post primã horam uocturnã futurã flammarũ eiaculationem. Iam sublato tentorio: reductisq; velis auidissime præstolabatur populus numerosus condictũ tẽpus cõflagrationis. Iam crepusculũ iam tenebrę densę/iam hora fatalis aduẽtat: cũ repẽte tanta vis flammæ & incendiorũ emicuit cũ crepitu eruptionis vehemẽtissimo vt cælum ipsum flagrare simul & ruere videret: vt multi præ pauore corruerint. fuligine/fumo/odoreq; sulphureo cuncta compleri. Radij igniti subinde erumpẽtes inter spectatores formidolosos volitare: horum facies afflatu fœdare: illorũ vestimenta cõburere: fuitq; plenũ horroris cũ voluptate spectaculũ: qd̃ nouissimũ inter nuptiales lusus exhibitum haud quaq̃ displicuit nouitate blandiente: quæ semp fere solet esse gratissima: cũ ad noua homines libentissime veniãt ad noua concurrant. exacta est cæna saltationibus nõ inuenustis & id genus voluptatis Calen. Februarijs. Cũ iã absoluta esset ex omni pte festiuitas nuptiarũ quæ quatriduũ celebratæ fuerũt: hospites tam principes q̃ priuati suas quisq; domos repetere & in patriã repedare cœperũt: oẽs imbuti hac persuasione vt Ioannẽ Bentiuolum magnificẽtissime ornatũ se vero honorificẽtissime acceptos arbitrarẽtur: crederentq; reliquos Italiæ principes facilius Bentiuolorũ nuptias imitaturos q̃ superaturos. Et me Hercules nemo nõ vehemẽter admirari incredibilẽ tot rebus peragendis celeritatẽ: secum quilibet reputare quãtas facturus fuisset princeps Bentiuolus nuptias si annuũ tempus ad ornamẽta cõparãda habuisset: cui bimestri spacio p brumales dies tanta cõficere licuisset. Ad nuptias celebrãdas hospitum circiter tria milia conuenisse memorant: qui per hospitia ciuiũ diuisi pastiq; esculenter cibarijs ex aula Bentiuola affatim suppeditatis. Cibus potioq; oĩbus esurientibus ac sitiẽtibus exhibita. illuc egestosi tanq̃ in asylũ cereris ac liberi patris cõfluebant. Tubicines/tibicinesq; ex oĩbus Italiæ partibus innumeri affuerũt: timpanistę. vtricularij. choraulæ & id genꝰ ferme oẽs organici/musici vndiq; conuenerunt: audiuimus petulantias scurrarũ. fatuitates morionũ: vidimus prestigia prestigiatorꝫ: nec pu milliones defuerũt. Ex hoc omni numero nemo nõ donatus a Bentiuolo principe discessit. Inter multa apparatus nuptialis | ornamẽta orna

lo principe discessit. Inter multa apparatus nuptialis ornamẽta orna

tissimus/magnificẽtissimusq; fuit ordo architriclinorũ: quorũ nemo per tot dies eandẽ vestẽ bis induit: eundẽ cultũ iterauit. Quinimmo singuli singulis diebus mutatoria subinde induebant. Idem quoq; a

Musicorꝫ nomina

principib⁹/matronisq; factitatũ: munera nuptialia certatim ab oĩbus collata. Ciues Bononiẽses publice ac priuatim q̃ plurima cõtulerunt. Alij maiora: alij minora p̃ facultatibus. Agricolę ac rusticani oẽs pagatim/oppidatimq; cũ donis nuptialib⁹ ad Bentiuolũ principẽ accesserũt. Principes Italici tã reges q̃ reguli/ legatiq; principũ ac dinastæ p̃ciosissima quisq; munera attulerũt. Sũma accepti haud dubie maxima æstimat̃: sed sũma expẽsi nõ mediocris. p̃ eosdẽ dies clausæ sũt tabernę: officinatores feriati: & letitię causa indictũ est iustitiũ: qd̃ prisci romani in luctu ac periculis indicere solebãt. Hactenus nuptialẽ festiuitatẽ scribendã esse diximꝰ. Alij minutiora scribãt & leuiora: q̃ nos cõsulto p̃termisimꝰ p̃bitura plꝰ fastidij q̃ oblectamẽti lectitãtibꝰ. Q d̃ supest deos/deasq; oĩs rogo & oro vt cõnubiũ istud velint eẽ fœlicissimũ ac fortunatissimũ: sicut nuptialis apparatꝰ fuit splẽdidissimus: vtq; nouis maritis annos Nestoreos cũ Metelli fœlicitate largiatur.

Eiusdem Endecasyllabon.

Quo tu quo properas recens libelle?
Extra limina cur cupis vagari?
Intra scrinia cur nequis manere?
Cur limam refugis meumq; cælum?
Cur optas volitare per tabernas?
Vendi plus minus assibus duobus?
Exi: sed video tibi paratos
Ronchos Rhinocerotas & malignos.
Rugoso aut piperi dabis cucullos:
Aut merces olidas salariorum
Infœlix gremio teges madenti.
Hæc incommoda si sapis libelle
Vitabis: via nam tibi parata est.
In chalci fugito sinum patroni
Qui iam suppetias feret clienti:
Qui te præsidio suo fouebit:
Qui doctos amat excolit venustat.
Hunc quæras: reuerenter hunc adito:
Huic post legitimam osculationem
Dices protinus. o decus bonorum
Te saluere meus iubet poeta:
Et te viuere Nestoris senectam:
Et te principibus diu placere
Optat: sisq; sui memor precatur:
Iam quo properas recens libelle.

Philippi Beroaldi Oratio nuptialis habita Mediolani.

INter multa viri præstãtissimi ac matronę venustissimę q̃ iucunda & vtilia mortalib⁹ cõparata sunt: iucũdissimũ & vtilissimũ est maritale cõiugiũ: qd̃ hoĩes disiũctos vinculo arctissimo coniungit: qd̃ familias dissociatas mutua affinitate cõsociat: qd̃ necessitudines cõciliat: qd̃ amicicias religiosas cõparat: qd̃ domos numerosa sobole fœcũdat: qd̃ vrbes legitimis ciuibus replet: qd̃ deniq; efficit: ne genus humanũ tẽporis longinquitate depereat: sine quo nulla ciuitas: nulla gens: nec ipse (vt ita loquar) mundus cõsistere potest: vnde non mediocri laude dignus existimandus est Cecrops ille priscus: qui diphyes cognominatus esse fertur: hoc est duplicis geminæq; naturę: propterea q̃ primus fœminã mari sacrosancto matrimonio copulauerit: quo dono nullũ donum maius excogitari posse cõtenderim: qd̃ non tam humanũ q̃ diuinum: cuius non tã Cecropem q̃ deum conditorem credere debem⁹: sicut & ecclesiasticum dogma præscribit. Merito iraq; ingeniorum fons Homerus populos in cælibatu viuentes Abios appellat quasi vita carentes: & mortaliũ vita sine cõnubio dimidiatã a luculentis scriptoribus nũcupat: tanq̃ absoluta ac perfecta vita ex maris/fœminæq; societate cõficiatur. Et quẽadmodum laudãdi sunt illi qui in ordine maritorum numerari cõcupiscunt: ita illi vituperandi qui in cælibatu viuere perseuerant iugũ cõiugale deprecantes. Quibus vero præconijs/quave laudatione celebrari merentur illi veteres Romani? quibus nulli vnq̃ nec sanctiores: nec bonis exemplis ditiores extiterũt: qui cęlibes puniebãt: mulctam irrogare soliti si quis vxorẽ ducere renuisset. Talesq; subinde censoria nota afficiebãtur. Qua quidẽ in re mihi vidẽtur Lycurgi & Platonis leges vtpote diuinitus cõditas esse imitati: quæ iubent eos omnis de decore afficiendos esse pecuniaq; mulctandos: qui rei vxoriæ nõ fuerint operati. Nãq; e scitis lycurgi arcebãtur cęlibes ab inspectione ludorũ gymnicorũ: & honore illo priuabãtur: quo iuuenes prosequi se niores cõsueuerunt & illud in dercyllida a iuuene spartano dictum nemo nõ ꝓbat: qui assurgere illi noluit: q̃q̃ imperatori non ĩprobo: neq; cedere sub sellio verbũ illud ꝓmens dignũ memoratu. Ideo tibi nõ assurgo. qm̃ neq; tu filium qui nihil crederet genuisti. Platonicæ vero leges tempus cõiugale prescribẽtes mulctã dicũt illi: qui a. xxx. ætatis anno vsq; ad trigesimũ quintum vxore ducenda supersederit. Aristoteles quoq; cũ præceptore Platone cõgruẽs præcipit in politicis fœminas circiter octauum decimũ ætatis annum nubere. Mares vero circiter annũ trigesimũ sextũ vxorẽ ducere debere. Hoc enĩ tẽpore vtrũq; copulari vigẽtibus corporibus. Cæterũ inter nationes oĩs Roma-

Cecrops.

ni coniugalia sacra reuerẽtissime coluerũt: & q̃ plurimis cerimoniis ornamentisq; honestãda atq; decorauda esse censuerũt. hinc illæ quinq; faces in nuptijs adhibebant: quas ex spina alba cõfectas pueri patrimi matrimiq; gestabant. Quo numero haud dubie significabat quinq; geminos vno mulieris puerperio progigni posse: velq; par numerus qui fœmineus est & impar qui masculus: simul copulati pgenerãt. Hinc aqua & ignis in nuptialibus sacris afferebãtur. Quę duo elemẽta vitam mortalium maxime cõtinẽt: vt videlicet ostenderent: ita virũ fœminãq; disiunctos steriles esse ac infœcundos sicuti sine calore humor: sine humore calor nihil gignere possunt. coniunctos vero vim habere generationis aptissimã. Hinc nubẽtes colus compta: & fusus cũ stamine comitabat: quę res plane demonstrabat vxorem in domo maritali lanificiũ excercere debere. Vnde & Thalasij nomen: qd lanificiũ significare autum ãt eruditi vsurpabatur in nuptijs. Quid in præsentia memorem quẽadmodũ nouæ nuptæ domũ mariti ingrediẽtes adipe suillo siue (vt Masurius inquit) lupino postes perungebant: ex quo vxores denominatæ credũtur. Longũ sane foret si causas rerum omniũ nuptialiũ singulatim recensere vellemus. Quocirca prudens pręteribo cur limen maritale nouæ nuptæ pedibus nõ tangebant: cur flaueo luteo caput obnubebãt. Cur cingulo nodo Herculaneo vincto cingebant: qd mox in cubiculo maritus dissoluebat. Illud p̃tereundũ non est farreũ nouæ nuptæ pręferri solitum ꝓpterea: q; nihil religiosi erat vinculo cõfarreationis: quæ solis (vt inquit Boetius) pontificib; cõueniebat. Vnde & matrimonia farracea a cõmunicatione farris nũcuparunt. Quanta veneratione cõnubia Romani ꝓsequerentur: hinc maxime dignoscit: q; cõplures deos nuptialibus peragendis præesse voluerũt. Nam deus iugatiuus nominat inuocabat: quãdo sponsus sese sponsę cõiungebat: iugũq; pariter maritale subibant. Domiduc adhibebat quãdo ad mariti domũ noua nupta ducebatur: cui Cumerum qd nuptiale vas est pręferri mos erat. deã vero Manturnã adorabant: vt scilicet cũ viro vxor iugiter maneret. Q; si rixæ iurgiaq; cõiugalia aliquando intercessissent: in sacello deæ viriplacæ recõciliabãtur. Deamq; virginensem idcirco venerabant vt virgini zona illa solueretur: de qua est illud Catullianum. Quod zonã soluit diu ligatam Quinetiã Iunonẽ cognomento cinxiam atq; vnxiam. Deũ subigũ: Deamq; premã atq; partundã, aliaq; numina compluscula in cõiugalibus sacris adhibuerũt. Adeo matrimoniũ sacrosanctũ atq; venerabile apud illos erat vt id nõ sub vno deo tutelari sed sub plurimis tutandum custodiendũq; cẽferent. Præterea eos qui in maritorũ ordine numerabãtur honoratiores his qui vitã cœlibem degebãt esse voluerũt.

Ceremonię nuptiales.

Thalasij

Farreum

Iugatius Domiducus.

Mãturna Viriplaca Virginẽsis.

Et olim Quintus Metellus numidicus in cēsura populū Romanum hortatus est ad vxores ducēdas causa liberorum creandorū luculenta quadam oratione: quā dein Augustus Cęsar cū & ipse de maritandis ordinibus ageret/& ad matrimonia capessēda quirites hortaret̄ cōmodissime vsurpauit: & mediusfidius si verū volumus cōfiteri adiutorium vxoris viro necessariū est. Nam quēadmodum vir fortis & sub dio negociatur: cōparatq; labore ac vigilantia facultates q̄ tectis recōdantur: ita mulier res paratas custodit & illa omnia curiose cōficit quæ domi debeāt administrari. Sic alterius opera a natura cōparata est ad exercitationē forensem & extraneā: alterius ad domesticā diligētiā. Præterea quid dulcius/quid iucūdius esse potest patrifamilias intra penates domesticos se recipienti: q̄ habere matrēfamilias cui⁹ tutelæ cūcta domestica negocia credat: cum qua curas partiat̄: cui cogitationes intimas/cui paruos liberos tradat: qnę marito iugi exercitatione fatigato sit requies atq; fomentū. Et cū nihil in domo maritali diuiduū cōspici debeat in cōmune ambo cōspirāt contubernio dulcissimo perfruētes. Merito igitur vas electionis Tuba euāgelij & sanctarum scripturarū armariū apostolus Paulus nuptias vocat honorabiles/& cubile immaculatū. Merito honorabiles a nobis hodiernæ nuptiæ appellari possunt: cū spōsus & sponsa honoratissimi cōspiciantur. cū ambo splēdido genere/clarisq; natalib⁹ orti sint. Quis em̄ nescit familiā Pirouanorū in hac vrbe esse vetustissimam/generosissimāq; vtpote quę olim rebus potita esse dicatur: quā nō pauci in studijs ingenuarū artiū & potissimū medicinę illustrauerunt. In qua nō solum litterę & disciplinę liberales: sed religio & cerimonię floruerūt Cū ex hac iampridē gente prodierit vir sanctitate vitę clarus/Diuus Galdinus: cuius nomen & sanctitudo apud Mediolanenses est venerabilis. Verum hac tempestate gen⁹ Pirouanorū illustrat̄/ornaturq; viro ornatissimo Gabriele. Cuius Neogami hoc est noui spōsi nuptias hodierno die nuptiali oratione prosequimur. Est em̄ hic multiiugis disciplinis decoratus. Astrologiæ peritissimus/philosophiæ cōsultissimus/& in primis medicinæ sciētissimus: quæ vel singulę ingenuæ artes quemuis hominē possent illustrare. Astrologia enim ab rerum terrenarū contemplatu mentes nostras euocat ad spectanda cælestia ac cursus syderum statos pensitādos: ad superas sedes noscitādas. hæc efficit vt homines parum a diis distare videantur. Philosophia quæ mater artium appellatur dux & vitæ mortalium. animorū morbis medetur: rerū causas solerter inquirit/& diuinę maiestatis archana rimatur quod fœlicissimum existimat Mantuanus Vates Medicina vero qua nulla ars fructuosior esse ferē salutē deploratis resti-

Neogamus.

sui :morbos expellit: afflicta recreat:lāguētia corroborat/& cū morte ipsa subinde colluctatur:has tantas/tāq; præclaras nuperi sponsi virtutes exornant suauissimi mores summa comitas dexteritas/affabilitas:quæ res illum haud dubie fecerunt apud Mediolanēses omnis fauorabilem:apud illustrissimos principes gratiosum.in summā charus est omnibus:inuisus nemini:omnium beniuolētiā genuina quadam probitate demeretur. Cuius consobrinum esse non pœnitet magnificum/ac circūspectissimum virum Bartholomeum chalcum: de cuius eximiis dotibus / ac probatissimis moribus abunde iudicauerunt illustrissimi principes Mediolanēses : qui eum archigrāmatheū hoc est principē scribarum ex omnibus vnum delegerunt quem omnium archanorum participem ac consiliarium esse voluerūt:sed hęc obiter pauca de multis. Cęterum quēadmodum sponsi familia generosa est:ita sponsæ genus illustre & peruetustum esse creditur. In quo multi in toga/multi in re militari excellentes extiterunt : qui suis ipsi virtutibus apud vos cognitissimi sunt : ita vt nostra laudatione non egeant. Ipsa vero sponsa omnibus quęcūq; in matronam cadūt dotibus prędita Familiæ est ornamento. Ingenui mores/matronalisq; venustas fœminam cōdecorant. Et cum quattuor sint quæ in sponsis quærantur forma/probitas/nobilitas/dos:hæc formosa/hæc proba / hæc nobilis / hæc dotata est. q̄uis ipsa non illā sibi dotem ducat esse quæ dos dicitur:sed pudicitiam/& pudorem/ & sedatum cupidinem. Deorum metum/parentū amorem/ & cognatum concordiam. Qualis dos probatur/& expetitur in primis ab Alcumena plautina. Deniq; vt semel finiam probata probatissimo : modesta modestissimo:laudata laudatissimo nubit:Quorū cōnubium sicuti compar est beneq; cōueniens:ita diij faxint sit fœlix,faustum atq; fortunatum vt diutissime viuant vitam cōcordissimam/iucūdissimāq;. & vt duldes natos suscipiant:& ex natis dulcissimos nepotulos aspiciant:quorū lusibus oblectentur:quorū blanditijs refoueantur:quorum fortunis ac fœlicitatibus cōdecorētur. Sed iā tempus est vt formulā a maioribus institutam vsurpemus:& vernacula lingua loquētes præfatione religiosa sponsum ac sponsam ita interrogemus.

Ad magnificum Minum Roscium Senatorem Bononiensem Philippi Beroaldi Bononiensis epistola.

IOannes Boccatius homo in lingua vernacula disertissim⁹ centum fabulosas historias stilo elegantissimo composuit ex quibus duas nos potissimum excerpsimus:easq; in latinum sermonem nuper exercendi ingenij causa transtulim⁹. Nā quēadmodū maiores nostri ex græco in latinum/& ex latino vertere in

græcum optimũ esse iudicabant id quod in primis L. Crassus & M. Cicero factitasse tradũtur: Ita nobis conducibile visum est ex vernaculo/ vulgatoq; sermone aliquid Mythicon / historiconq; cõuertere in Romanã linguam ex qua conuersione ingenium mediusfidius vegetatur. eloquutio expolitur: Supellex verborum optimorũ copiosissima comparatur: In hac autem interpretatione fateor me nõ vbiq; verbum e verbo sed sensum expressisse de sensu: quædã ptermisisse. nõnulla addidisse. Eatenus vt decorẽ in trãslatione pro virili parte conseruarenus. Et hoc fecimus sequuti Horatij pręceptum ita pręcipientis in arte poetica. Nec verbum verbo curabis reddere fidus interpres. qd etiam faciendũ docet diu⁹ Hieronymus scribens de optimo genere interpretandi. Accipe ergo vir pręstantissime & in studijs humanitatis/ litterisq; nostris politissime opusculum a Philippo tuo cõcinnatum. De alieno effigiatũ. de alieno nostrum: qd legas quæso cũ fueris ociosus/ cum animũ a senatorijs muneribus publicisq; negociis paulisper recreare decreueris: cum te in bibliotehcam tuã quæ te singulari eruditione decorauit: recõdideris. Tunc enim animus exuendus est curis grauioribus: demulcendus litteris amœnioribus & refouendus voluptatibus hylarioribus. Tunc hasce nugas poteris in manus sumere: poteris inspicere: & tuo polito/ limatoq; iudicio pẽsitare: Nũq d ad flosculos Boccatij in suo genuinoq; sermone præntentes aspirare potuerint nostra istæc latina interpretamenta: Quæ tibi peculiariter dicaui. Propterea q; veri amoris/ veręq; amicitię testimonia sũt locupletissima. qcqd id ẽ boni consule & me vti soles ama.

QVo tempore octauius Cęsar nõdum cognominatus Augustus in triũuiratu Romanũ regebat imperium: fuit romæ. P. Qu. Euluius homo patricius ac nobilis qui filium nomine Titum fuluium iuuenem singulari ingenio præditum athenas misit: vt philosophię studijs erudiret: eũq; etiã atq; etiã cõmẽdauit chremeti viro nobili amico vetustissimoq Titũ hospitio suscipiens voluit in cõtubernio filij Gisippi familiariter educaret: & vtrũq; Aristipo id tẽpis philosopho illustrissimo tradidit erudiẽdũ: vt hisdem pariter doctrinis imbuerẽtur. Cũ itaq; ambo iuuenes vitam degerent cõmunẽ: tãta similitudo morum repente apparuit vt summa germanitas/ summaq; beniuolẽtia inter ipsos coaluerit. adeo vt vix morte potuerit dissociari. simul ambo philosophiæ studijs incũbere. simul ambo ad fastigiũ diuini dogmatis ascẽdere. ambo excellentissimi ingenij dotibus pares existere. qui talem vitã duxere circiter triẽniũ maxima cũ voluptate chremetis. is vtrũq; pio amore psequens nec in filiũ q̃ in Titũ propensior cum iam esset senio confectus e vita-

210

migrauit. Cuius obitum tanq̃ cõmunis parẽtis Titus atq; Gisippus peræque defleuerũt/& pari lamentatione prosecuti sunt. adeo vt nec ipsius chremetis familiares/ac cognati satis dignoscere possent vter eorum iuuenum magis consolandus foret. Post aliquot menses amici necessariiq; Gisippi hominem cõueniunt/& ad vxorem ducendã pariter hortãtur puellam se reperisse dictitãtes Ciuem atticam incredibili formositate conspicuam & generosissima gẽte procreatã: Cui Sophroniæ nomẽ erat: & id temporis quintũdecimum agebat ætatis annum. Horum votis Gisippus vtpote iuuenili ardore calescens libenter annuit. Iamq; appetebat tempus nuptiarum. Cum sponsus vna cũ Tito ad spõsam visendam ꝓficiscitur: iam ambo intra ædes sponsę penetrauerant: iam inter Gisippũ Sophroniamq; facetissimi sermones serebant. Cum Titus quasi elegãs spectator fœmninæ formositatis adhibitus cœpit curiosis oculs cuncta perspicere & singula Sophronię membra callẽter pensitare: quę cum mirandum in modum tota cõplacuisset ipse secum illam speciosissimæ puellę venustatem illud decus: illam exuperatissimã pulchritudinẽ subinde memoria repetens tãto amoris incẽdio cœpit æstuare: quãdo nullus priscis tẽporibus amator cõflagrauerat. Cũ itaq; domum repedassent Tit⁹ intra cubiculũ solus super Sophronia cogitare: Sophroniam intueri: Sophroniæ nomen idẽtidẽ nominare: tanto magis ardescẽs q̃to magis in ea cogitatione versabatur: tandẽ post multiplices curas crebraq; suspiria ita secum lamentari exorsus est. Heu te miserũ. heu erũnosam vitam tuam Tite. Vbi animus: vbi amor: vbi spes tuę collocantur? Nõne vides: nonne sentis hãc tibi virginem in ea veneratione esse habendam: qua sororem? Hoc exigit munificentia & benignitas ĩ te a chremete collata. hoc exposcit fida/vetusq; amicitia: quæ tibi cum Gisippo est huiusce adolescentulę sponso. Quid igitur cõcupiscis? quo te fraudulento cupidine præcipitẽ trahi sinis? quo a spe blandiente. Reclude aliquando oculos animi: & teipsum infœlix recognosce: obtempera rationi: & cohibe illicibilem appetitum. Moderare cupiditates insanas & aliorsum cogitationes tuas conuertito principiis obsta: & vince teipsum dum tempus adest: dum dat occasio. Istud qd̃ tu tantopere affectas: turpe flagitiosum indecorum est: Istud quod assequi moliris abs te in primis fugiendum: Si id quod vera amicitia exposcit/& quod teipsum decet intueri velis. Quidnã igitur tibi Tite factitandum est? amoris mediusfidius illicitus/illaudabilisq; relinquendus. alioquin inter filios amicos perfidiosissimus iudicabere. Dein cum Sophronię reminisceretur, mutato cõsilio cũcta quæ dixerat retexẽs sic secum solus sermocinabat. Maiores sunt

profecto vires legis cupidineæ: maiorq; potētia q̄ legū reliquarum. Leges cupidinis frangunt/ dissipantq; non solum leges amicitiæ: verum qd̄ maius est diuinas. Quotiens impellēte cupidine pater filiam adamauit: frater sororem: nouerca priuignum: quæ haud dubie sunt maiora portēta q̄ si amicus amici vxorem ardenter amet: id qd̄ iam sexcenties factitatum. Huc adde q; ego sum iuuenis: & iuuenta in primis obnoxia est legibus cupidineis. Q d̄ igit̄ amori placet mihi quoq; placeat necesse est. honesta senioribus conueniūt. Ego id velle cogor: quod amor iubet. formositas huius virgūculę tāta est vt ab omnibus amari mereatur. Et quis me merito poterit obiurgare? Si iuuenili ætate calescens tam decoram tam venustam iuuenculam/ tamq; amabilem adamauero: quę a me non propterea amatur: q; Gisippo desponsata sit: immo eā amo libētiusq; amarem si alteri denupsisset In hoc fortuna obiurgari meretur quę Sophroniam amico meo Gisippo potius q̄ alteri habendā tradidit. Q; si puella ob incōparabilē formositatē meretur amari: sicut Hercules meretur debet ęquiore animo ferre Gisippus: si nesciuerit eam mihi esse potissimū cordi: nō alteri: hæc & id genus multa secum Titus ipse volutabat animo: q nutabund⁹ in partes varias distrahebat. Itaq; maximo curarū æstu fluctuans nō solum diē illū/ noctemq; quæ subsecuta est suspirando cōsumpsit: sed & alias cōplusculas. adeo vt nec cibum caperet: nec somno indulgeret. In lectuloq; præ nimia viriū imbecillitate decūberet Gisippus vtpote qui Tutū iampridē viderat sollicitudinib⁹ anxiū et nunc eundē videbat ęgrotantē: maximo dolore afficitur: omnisq; adhibito studio ac diligētia nusq̄ ab ipsius latere discedens hominē sępissime cōsolatur. subinde causam exquirēs/ & curarū/ & ęgrotationis. Cęterū Titus qui responsiones fallaciosas hactenus commētus fuerat ad Gisippum astu decipiendū: Tandē suspirans ac lachrymabūdus. Gisippe inquit si dijs placuisset: mihi erat mors iādudū vitæ iucūdior cogitāti a fortuna meo esse deductū: vtmihi virtutis meę periculū faciendum fuerit: quā appetitionibus dominātibus nō sine maxīo meo dedecore succubuisse cognosco. Itaq; præstolor mortē quę mihi sit futura suauior turpi vita atq; famosa. Iam enī tibi cūcta denarrabo: iam ex me pudibūdo cūcta cognosces. Cū apud te nihil occulere: nihil dissimulare nec possim/ nec debeam/ nec velim. Et ab initio rerū exorsus detexit Scęnam curarum suarū. Et quēadmodū secū acerrime contēdissent hinc amor: illinc honestas: hinc dedecus: illinc decorum & vt tādem aīmus vndiq; vexatus imperioso amori succubuisset. Deniq; edisserit quemadmodum Sophroniam efflictī deperiret: asserēs se amoris sordissimi, flagitiosissimiq; pœnas mor-

re luere cōstituisse. ad eāq; citissime se peruenturū. Hoc audito Gisippus paulisper hęsitabūdus vt pote Sophronię cupitor: Dein secum ipse incūctanter decreuit vitam amici anteponēdā esse virgūculæ: & lachrymis Titi oppido cōmot⁹ ipse quoq; plorabūdus sic infit. Tite nisi cōsolatione indigeres ego te apud teipsum expostulare tāq; amicitiæ nostræ pręuaricatorē: qui tādiu tuos acerbissimos affectus mihi ignotos esse voluisti. Q d si tibi istud in honestū ac indecorū videbatur Scito honesta nō sec⁹ q honesta cū amico esse cōmunicāda. Nā qui verus amicus est quātū ex honestis amici rebus capit voluptatis tantū a flagitiosis ac turpib⁹ amici animū abducere conatur. Sed in pręsentiarū his posthabitis ppiora discutiamus. Si tu sponsam meā Sophroniā ardenter amas nihil equidē admiror: valde admiraturus si abs te secus fieret cognita puellę formositate & animi tui generositate perspecta: qui tāto est ad passiones amoris inbeūdas accōmodatior: quāto res cōcupita fuerit excellentior: & quāto ęquius Sophroniam amas, tāto iniquius de fortuna cōquereris Dū tibi videtur eam abs te honest⁹ amari potuisse si alteri potiusq; mihi denupsisset. Verū si tu prudens ac circūspectus es: prout esse cōsueuisti: profecto cognoscere debes te plurimū debere fortunę: quę Sophroniam mihi q alteri fouendā dare maluerit. Etenim quiuis alius maritus suorū potius q tuorū amorum rationē habendā esse duxisset. Q d minime cadit in meos mores: Si me tā tibi: q qui maxime sit: amicū esse credis. Cuius rei argumētū vel hoc sit q ego postea q sumus inter nos amicitia copulati nihil habuisse me memini qd non tibi quoq; commune foret. Quinetiā hęc res nisi in eū locū adducta esset: vt reuocari nō posset: id in præsentia quoq; facerē qd reliquis iu reb⁹ a me semper ante hac est factitatū. Sed cum Sophronia in ea sit adhuc apud me cōditione vt tua effici possit: tua mediusfidius per me efficietur. Cū non videā in quo tu biniuolentiā meam debeas magnifacere nisi ego quoq; nouero tibi morē gerere & gratificari ī eo potissimū qd honeste fieri pōt Non inficior Sophroniā mihi est desponsatam & a me vehementer amari. cuius nuptias cupidissime prestolabar: Sed quoniā tu vtpote meipso curiosior rem tā desiderabilē incredibili desiderio desideras Viuito lętus & esto securus: ppterea q Sophronia non mihi sed tibi nubet: & in meū thalamū tua futura coiunx deducetur. Proin exuito curas: desine tristitudinē: & pristina valitudine recuperata gaudibūdus temetipsum cōsolare. Et animo defecato operitor fructus amoris tui suauissimos longe amore meo præstātioris. Titus q tum voluptatis capiebat ex hoc Gisippi sermone pleno spei blādientis: tantū verecundia afficiebatur ostētante quo maior erat Gisippi liberalitas

eo maiorem ſuã ipſius fore ad eam vſurpãdã procacitatẽ. Quãobrẽ cũ lachrymas obhibere nõ poſſet ita reſpõdit. Tua Giſippe liberalis ingenuaq; amicitia apertiſſime oſtẽdit: quid me quoq; in mea facere deceat. Itaq; hinc deus auertãt: vt ego illã vnq̃ abs te recipiã in vxorẽ: quã tibi tanq̃ digniori fortuna cõceſſit: Quæ ſi nouiſſet hãc mihi cõuenire neq; tibi/neq; alteri eam tradidiſſet. Vtere igit̃ lętus ſorte tua Vtere fortunę dono meq; ſinito quęſo inter iuges lachrymas tabeſcere: quas mihi vtpote homini tanta cõmoda nõ merẽti fortuna parauit: Quę Hercules lachrymę aut a me ſeparabũtur: id qd̃ erit tibi periucundũ: aut me ſeparabũt: & ego hoc gliſcẽte indies cruciatu liberabor. Ad hęc Giſippus Tite inquit: ſi a beniuolentia noſtra tantũ impetrare poſſum vt tu meę voluntati obſequaris & ſi ab eadẽ tibi perſuaderi poteſt: vt obſequi nõ nolis: hoc illud eſt in quo potiſſimũ decreui ipſius amicitię beneficio vti. Etſi precibus meis nõ reluctaberis efficiam vt tu Sophronia potiaris: eãq; vim adhibebo qua in amici bonis vti debem⁹. Noui quãte ſint cupidinis vires: qui nõ ſemel ſed ſæpiſſime amãtes perduxit ad obitus miſerabiles. Et talibus te amoris pedicis illaqueatum eſſe ſentio: vt neq; regredi poſſis: neq; lachrymas vlla ratione cohibitas moderari. Tibi vero ĩpatibiles cupidinis vredines perferre nequeunti atq; ob idipum obeunti ſuperſtes plane eſſe nolim teq; ociſſime ſubſequar. Quocirca & ſi nulla alia inter nos cauſa eſſet mutuæ beniuolentiæ: tamen cupio te viuere vt ipſe quoq; viuam. Scitoq; vitam tuã vel ob hoc mihi eſſe iucundiſſimã. Igitur erit tua Sophronia cũ haud facile aliã reperire queas: q̃ tibi tãto opere placitura ſit. Et ego amorẽ meum nõ ſane difficulter in alteram tranſferens & tibi & mihi ſatiſfecero: cui negocio obeũdo fortaſſis nõ ſic propenſus foremſi tam raro/tamq; difficulter vxores reperientur: q̃ raro q̃q; difficulter amici veri reperiuntur. Ideoq; cum ego poſſim facillime vxorẽ alteram inuenire: amicum vero alterum difficillime Malo vxorem amittere q̃ amicum. Immo nec vxoris iacturã patiar ſi eam tibi conceſſero: ſed ex bona in meliorem fortunã eam transtuliſſe: neq; amicum perdidiſſe exiſtimabor. Proin ſi quid apud te pollẽt preces meę te rogo/quęſoq; vt hac ęgritudine depoſita te meq; ſimul conſoleris. Et optima ſpe fretus cõſtituas eam capere voluptatẽ quã tu⁹ feruẽtiſſimus amor exoptat. Titus partim pudore ſuffuſus q; indecorũ eſſe exiſtimaret vtipi Sophronia deſponſaretur. partim ſtimulante cupidine & hortamentis Giſippi vigoratus ſic loquitur. Nutabũd⁹ ſum Giſippe & incert⁹ vtrũ magis tuo an meo deſiderio obſequar: vtrũ id facere debeã qd̃ tibi tãope rogãti placiturũ eſſe cõfirmas. Et qm̃ tua erga me benignitas ẽ: vt meã exupet verecũdiã. id

efficiam qd̄ rogas: Tibiq; sic exploratissimũ me tibi nõ solũ optatissimã spõsam: sed ipsam vitam acceptã referre. Dij faxit vt ego olim partim in fortunis tuis amplificandis/partim in honorib⁹ cumulandis possim tibi ostendere meã erga te beniuolentiam et fidẽ: & tu cognoscere queas q̃ mihi gratũ fuerit hoc tuũ in me singulare beneficiũ in quo tu meipso: erga meipsum misericordior extitisti. Ad hæc Gisippus Tite inquit vt hoc negociũ ad amussim peragat: mihi ita agẽdum videt. Optime nosti quẽadmodũ mihi Sophronia post diutinas meorũ necessariorũ cõsultationes fuerit despõsata. Ideoq; si nũc eam vxorẽ repudiauero perturbatio me Hercules maxima & tumult⁹ exorietur inter vtriusq; cõsanguineos: neq; ego id magnificarẽ si vt sic ipsa tibi vxor traderet. sed vereor ne si hoc pacto res agat cognati eã alteri statĩ despõdeãt: amboq; puella cupita simus viduati. Quo circa mihi videt: si modo tibi idem videat vt ego in id incumbã: qd̄ iampridẽ inchoaui: hoc est vt sophroniam tãq̃ vxorẽ meam domũ ducã/& nuptias spõsali ritu cõficiam. Tu dein furtim sicuti comodissime inter nos cõcinnabimus: cũ illa perinde atq; cũ vxore tua concumbes. Mox vbi visum fuerit tempestiuũ rem omnẽ patefaciemus. Qd̄ si a cognatis nõ improbabit bene erit. Sin minus tutũ voluptati tuæ satisfeceris. Et cũ id qd̄ factũ est fieri infectũ non possit necessum erit vt illi velint/nolint rẽ ipsam approbare cogãtur Placuit Tito tale cõmentũ. Quapropter Gisippus Sophroniã perinde ac coniugem suã domũ ducit iam Tito incolumi & ex ęgrotatione cõfirmato: Celebratisq; nuptiis cũ iã adue spauisset Matronæ paranymphæ nouam nuptã in thoro geniali collocãtes cubiculo ꝓpere facessunt. Erat thalamus Titi cum Gisippi thalamo cõuinctus/& aditus inter vtrũq; erat peruius. Itaq; Gisippus luminib⁹ dissimulãter extinctis clanculũ Titũ adit: eũq; admonet vt cũ vxore sua cubitum eat. Quo audito Titus pudore suffusus voluit ab incepto desistere. Sed Gisippus qui nõ minus re|q̃ verbis ꝓpensus erat ad explenda Titi desideria post diutinam disceptationẽ tandẽ hoiem intra cubiculũ ingredi cogit: qui cũ primum lectum genialem cõscendisset. nouam nuptam familiariter interrogat: an ipsius vxor esse velit. Puella existimans illum esse Gisippum: se velle respondet. Tũc Titus Sophoniæ digito annulũ pronubum|induit faberrime factum ac luculentũ. Eamq; his verbis affatur: & ego volo tuus esse maritus. Inde|cum veneri cõiugali ambo operarentur incredibili voluptate afficiũtur: Neq; vnq̃ Sophronia satis despicere potuit non Gisippum esse: sed Titum q̃ secũ singul|noctib⁹ cõcũberẽt. Cũ hoc pacto ꝓcederet Titi Sophroniæ coniugium: moritur Romæ publius Titi pater. Extẽploq; ad il-

lum litteræ afferũtur: quibus admonetur vt sine cũctatione Romam remigraret ad res suas omnes cõponendas. Quo accepto destinat Titus secũ ducere Sophroniam: remq; cũ Gisippo cõmunicat. Hoc aũt nõ facile/nec satis cõmode fieri poterat: nisi Sophroniæ prius rẽ omẽ detexisset. Quapropter illã in cubiculũ introductam de rebus omnibus prout transactę fuissent ambo cõmonefaciunt Validissimisq; argumentis Titus cuncta cõfirmat. Tunc Sophronia cũ toruo obtutu vtrũq; cõspiceret paulum indignabũda prupit in lachrymas & vbertim fles dolũ in se Gisippi detestatur. Et mox nullo super hac re emisso verbo domũ paternam repetẽs parẽtibus cũcta denarrat: & quemadmodũ ipsi ambo fraude Gisippi fuerint circũuenti: seq; nõ Gisippi vt opinabãtur: sed Titi cõiugem esse. Hoc patri acerbum/indignũ cõtumeliosum videri. Ipse cũ suis Gisippiq; affinib⁹ super hac re dolenter cõqueri. Hinc cõtentiones rixæq; inter vtrosq; non modicæ fieri. Inuisus erat iã Gisippus non solũ Sophronię necessarijs: sed etiã suis omnes asserere eũ non solũ reprehẽsione: sed atroci punitione esse dignissimũ. Gisippus rem se honestissimã fecisse cõtendere: ob quã Sophroniæ consanguinei sibi gratas gratias meminisse deberent: cũ illa melioriq;/generosioriq; nupsisset. Titus hæc oia intelligens maxima anxietate afficiebatur. Idem cognoscebat morẽ peculiarem esse græcorum & tantisper vociferationibus/minisq; cõtencant: donec aliqui reperiãtur qui fidenter ac viriliter cõgrediãtur. Tunc non solum illos meticulosos sed vilissimos/inertissimosq; existere. Itaq; existimãs illorũ cõtumelias atq; cõuitia nõ vlterius esse toleranda: animo Romano præditus & prudẽtia Attica decoratus cognatos Gisippi atq; Sophroniæ in vnũ omnes cõuocat. Quo in cœtu ipse solo Gisippo comitatus ita disseruit. Opinãtur cõplures philosophi omnes oim mortaliũ actiones deorũ ĩmortaliũ puidentia fieri atq; gubernari. Ideoq; affirmãt quicqd a nobis fiat id omne fato de necessitate fieri. Alij vero autumant hanc necessitatẽ fato esse attribuendã. Quæ philosophorũ opiniones si diligẽter pensitatæ fuerint: satis aperte demõstrabit eos prudẽtiores diis ĩmortalibus videri velle qui volũt illa refellere: quæ neq; corrigi possunt: neq; mutari. Eniuero credere debemus ab ipsis dijs optima ratione errore nullo nos nostraq; regi ac gubernari. Est enĩ mediusfidius stulta ac belluina temeritas velle reprehendere deorũ operationes. Et arctissimis illi catenis vinciendi plane sunt: qui impudentissima pcacitate ad fata deorũ criminãda præcipitãter ruũt: inter quos sicut ego sentio vos estis annumerandi: si vera sunt illa quæ audio vos iampridẽ dixisse & quottidie distitare. Culpatis enĩ vehemẽtissime q; Sophronia mihi nupserit: quã vos Gisippo desponderatis.

Enĩuero cõsiderandũ vobis fuit & curiosissime pensitandũ. quemad-
modum fata a principio cõstituerant: vt Sophronia nõ Gisippo sed
mihi in matrimoniũ collocaretur sicut ipsa res in præsentia apertissi-
me ostendit. Cæterũ quia multis anceps & difficillimũ videt loqui de
diuina ꝓuidentia asserẽtibus deos nullã agere curã rerũ humanarũ.
mihi placet descẽdere ad hoĩm consulationes. Vnde super his rebus
sermocinaturus duo efficiã necesse est moribus meis minime cõgruẽ
tia. Vnum est vt me ipse laudem & ostentem. Alterũ vt alios vitupera
tione cõsecter. Verũ id faciã modestissime. hoc est quatenus causa ip̃a
exigere videbit neq; digitũ (vt dicitur) transuersum ab ipsa veritate
discedã. Vestræ cõtumeliæ furore magis q̃ ratione stimulatæ atrocissi
mis criminationibus vituperant/lacerant/insectanturq; Gisippũ pro
pterea q̃ eã mihi vxorẽ suopte cõsilio tradidit: quã vos illi vestra sen
tentia concesseratis: In qua re ego existimo Gisippũ laudandum: idq;
plurib⁹ argumentis cõfirmabimus. Primo fecit Gisippus id qd̃ ami-
cum ꝓ amicissimo facere decet. Dein ipsius factũ prudentius consul-
tiusq; q̃ vestrũ iudicamus. Mitto in p̃senti enarrare qd̃ sanctissime le-
ges amicitiæ præcipiãt. qd̃ moneant ab amico in amici causa esse facti
tandũ. Hoc solũ dixisse cõtentus sum q̃ vinculũ amicitiæ arctius/va
lidiusq; humanos aĩos cõnectit q̃ ius consanguineitatis: qm̃ amicos
eos habem⁹ quos ip̃i diligimus. Affines vero & necessarios fortuna
& casus assignat proinde nemo vestrũ debet admirari: si Gisippus q̃
mihi est intima familiaritate copulat⁹ pluris fecit vitã meam q̃ vestrã
oĩm beniuolentiã. Sed iam secũdũ argumentũ explicem⁹ quo demõ-
strandũ est Gisippũ vobis fuisse prudentiorẽ: cũ de deorũ ꝓuidentia
vos vt mihi videt nihil ꝓrsus intelligatis: & multo min⁹ calleatis qd̃
efficere possit amicicia. Dicim⁹ itaq; q̃ vestra cõsideratio: vestra soler
tia: vestrũq; cõsiliũ desponderãt Sophroniã Gisippo: qui & iuuenis
est philosoph⁹. At Gisippus eam tradidit mihi iuueni pariter & phi-
losopho. Vos eã vxorẽ dedistis homini Attico. Gisippus homini ro
mano. Vos sponso generoso: Gisippus generosissimo. Vos diuiti.
Gisippus ditissimo. Vos iuueni Sophroniã despondistis illã non so-
lum nõ amanti sed pene fastidiẽti. Gisippus iuueni: qui eã supra suas
fortunas oĩnes amabat. Quæ illi erat ipsa vita iucundior. Qd̃ autem
verissima sint cũcta quæ dicimus: q̃q; Gisippi factum magis sit lau-
dabile q̃ id qd̃ vos factitastis: singula sigillatim pensitentur. Me iuue
nem esse & philosophum sicut ipse Gisippus est: habitudo mea & stu-
dium sine longa sermocinatione ostendere possunt. Eadem est mea &
Gisippi ætas. In studijs litterarũ ambo pari semper gradu pariq; vo-
luntate ꝓfecimus. Hoc vero inficiari nec volo nec possum: illũ Athe-

nienſem me eſſe romanũ: q; ſi de patriæ nobilitate & gloria diſputandum eſt: dicã liberę ciuitatis me eſſe ciuem. Giſippi vero patriam eſſe vectigalẽ ac ſtipẽdiariã. Dicã me in ea natũ eſſe vrbe: quæ toti terrarũ orbi dominet: illum in ea quæ patriæ meæ obſequatur. Dicã illius vrbis me eſſe alumnũ: quæ armis imperio & ſtudijs litterarum ſit florentiſſima. Cum Giſippi patria ſolis litteris cenſeatur. Pręterea q̃uis vos hic me ſcholaſticum eſſe deſpectiſſimum ſordidiſſimũq; exiſtimetis. nõ ſum ꝓpterea generatus ex fœce populari: imaq; plebecula. Aedes meæ in vrbe Roma illuſtriſſimæ refertiſſimæq; ſunt vetuſtiſſimis maiorum meorũ imaginibus. Et annales maximi ſcatent titulis triũphorum. quos proaui mei egerũt in capitoliũ/ neq; in præſentiarũ gloria noſtri noĩs extincta langueſcit: ſed indies magis magiſq; iuueneſcit. Omitto præ pudore enumerare diuitias meas luculentas. Cũ animo meo infixũ ſit honeſtã paupertatẽ vetus eſſe copioſumq; patrimonium nobilium ciuiũ Romanorũ. q; ſi paupertas apud vulgus ignobile ꝓbroſa iudicatur: ſed diuitiæ in honore ac precio habẽtur. Ego poſſideo opes ampliſſimas vtpote fortunę alũnus. Non me præterit vobis affinem charum fuiſſe & eſſe debuiſſe Giſippũ. ſed nõ ego minus vobis charus eſſe debeo: ſi cogitaueritis Romæ me veſtrum futurum hoſpitem frugi ac diligentẽ: & in rebus tam publicis q̃ priuatis optimum ſtrenuiſſimumq; patronum. Quis igitur poſthabito appetitu/ & adhibita ratione conſilia veſtra Giſippi mei conſilijs anteponet? profecto nullus. Eſt ergo Sophronia bene nupta Tito Quintio Fulnio nobiliſſimo/ antiquiſſimo/ locupletiſſimo ciui Romano/ Giſippiq; amiciſſimo: Qua propter quiſquis ob id dolet/ atq; ingemiſcit: non id facit quod eum facere æquũ eſt: & quid faciat neſcit. Erunt fortaſſe nonnulli qui dicent Sophroniam non tantum ob id indignari q; Titi ſit vxor effecta: quantum dolere/ ac lamentari ſuper fraude/ ac dolo quo maritũ Titum ſortita ſit: q; clanculum & furtim nullo amicorum conſcio: omnibus cõſanguineis ignorantibus Tito denupſerit. Atqui hoc neq; mirandum eſt: neq; nouum inauditũq; contingit. Prætermitto illas quæ inuitiſſimis patribus ac reluctantibus maritos ſibi ipſæ repererunt. Prætereo eas quæ amatores ſuos ſequutæ larem familiarem ac ipſos parentes deſeruerunt: & ante concubinæ fuere q̃ nuptæ. Prætermitto illas quoq; quæ prius pręgnatione & fœtu q̃ verbo & ore matrimonia ſua impudica detexerunt. In quibus neceſſitate id euenit quod in Sophronia nõ accidit. Immo ordine & ritu nuptiali ſolerter & ſancte eam Tito Giſippus vxorem in legitimum matrimium collocauit. Scio nonnullos futuros qui querantur Giſippum maritaſſe Sophroniam id quod ad ipſum minime pertinebat ſtul-

tæ profecto tales sunt cõquestiones atq; fœmineæ: & a nulla prudentia proueniẽtes. Nõne hoc tẽpore fortuna vtitur varijs nouisq; consilijs? Nõne instrumẽtis multiplicib⁹ res deducit ad exitus cõstitutos? Quid ad me si sutor potius q̃ philosophus: negociũ meũ optime cõfecerit: idq; vel clam vel palam factitauerit: dũmodo finis sit ipse probãdus: meũ est opus ꝓuidere: ne deinceps sutor: maxime si imprudẽs est possit meis se reb⁹ ĩgerere: sed ꝓ eo qd̃ fecit gratias illi agere debeo Similiter si Gisippus Sophroniã mihi despõsauit vobis nesciẽtibus stultitia superuacanea est ob id cõqueri & indignari qd̃ cõducibiliter factum est. Si diffiditis Gisippi prudentię: in posterum prouidete ne ipse eandẽ amplius maritãdi habeat facultatẽ. Et pro eo qd̃ fecit homini gratias agite. Cæterũ hoc in primis scire debetis: me neq; p fraudes/neq; per vaframenta voluisse afficere ignominia ac nota nobilitatem ac generositatẽ vestrę familię. Nam q̃uis Sophroniã furtim ac dissimulanter vxorẽ acceperim attamen nõ sicut raptor eam violaui: neq; sicut hostis impudice habui & cõtumeliose: neq; affinitatẽ vestrã habui despicatui. Verũ cum ego Sophroniæ exuperanti formositate inflãmatus æstuarem viderẽq; me nequaq̃ illius cõnubio posse potiri si eam a vobis prout fieri solet depoposcissem: ꝓpterea q; vos timuissetis: ne a me romano Romã deportaret illa: quę a vobis mirandũ in modũ diligebatur. Vsus sum fateor arte clãdestina: quæ nũc vobis facta est manifestaria: effeciq; vt Gisippus meo nomine nuptias conficeret: quas suo facere renuebat. Præterea q̃uis ego afflictim Sophroniam deperirem: nõ tamen vt amator: sed vt legitimus cõiunx suos optatissimos cõplexus cõcupiui. Etenim ipsa locupletissimũ exhibere potest testimoniũ: nõ prius cum ea me concubuisse q̃ verbis solitis atq; cõceptis: & annuli arabone legitima mihi vxor efficeretur. Cum eã interrogauerim: an mihi nubere vellet: & ipsa se nõ nolle responderit. Q; si deceptam esse se existimat nõ sum ego coarguendus: sed ipsa obiurganda: quæ quisnam ego forem quęrere supersederit. Hoc ergo vt semel finiam: est illud atrox delictũ: hoc est illud maximũ flagitiũ: hęc est illa capitalis fraus quã ego amore tabescẽs vna cum Gisippo cõmentus sum: vt scilicet Sophronia clãculũ atq; secreto ignara nuberet Tito quintio: ob hoc Gisippũ obiurgationib⁹ incessitis: Gisippo insidias paratis: Gisippo minitamini. Quid amplius quęso faceretis si eã homini rusticano: si seruo: si nequissimo tradidisset? Quę catenę: qui carcer: qd̃ patibulũ sufficerent ad Gisippũ puuiendũ? sed iã hæc missa faciamus. Venit tempus qd̃ a me nondũ expectabatur. videlicet vt pater meus moreret propter cuius obitũ mihi necessum est Romã migrare. Quo circa cũ mihi in aĩo sit Sophroniã in patriam

quēlibet ex his, magis seipsum amare q̃ alterum magis proprium vel minimū formidare periculum: q̃ curaret vt maximū infortunium a patre/aut a fratre/aut a domino propulsent: cum amico erga amicū omnia secus fieri videamus.

Mythica historia in latinū e vernaculo sermone conuersa.

CYprus insula est quondam nouem regnorū sedes oppidis nobilib⁹ inclyta: & agrorum fecūditate nulli pœne insularū post ferēda: in qua sicuti priscis cypreorū annalib⁹ proditū est: Fuit olim Aristipp⁹ homo haud dubie nobilissimus & oīm populariū longe locupletissim⁹: poteratq̃ & esse & dici merito fœlix nisi eius fœlitatē vnica in re fortuna obnubilasset. Namq̃ inter complusculos filios vnus illi erat: qui proceritate staturę & eximia totius corporis pulchritudine reliquos oīs adolescētes lōge ante ibat: verū insan⁹ & vecors cui Galeso nomen inditum a parentibus fuerat. Sed quia neq̃ doctrinā p̃ceptoris neq̃ castigationibus patris: neq̃ solertia educatoris litteras aut bonos mores vnq̃ pcipere potuerat: Erat q̃ voce rudi & crassa moribusq̃ belluinis magis q̃ hūanis prędit⁹: ludibrij causa ab oīb⁹ Cymon nūcupabat. quo nomīe lingua cypria bestius significat. Cū pater filij vecordiā ęgerrime ferret/videretq̃ illius spem oēm esse penit⁹ deploratā: ne p̃sentario quotidie dolore afficeret: Cymonē amandatū villicari iubet & procul a rebus vrbanis cū villiconibus exercere agricolationē. quæ res Cymoni fuit pq̃ iucunda vtpote homini minime politico. Amātiq̃ magis mores rusticanos q̃ ciuiles. Is ergo dū res villaticas curat & in prædijs colēdis operę plurimū studijq̃ cōsumit forte die quadā accidit: vt hora post meridiana sol⁹ obeūdo paternos agros vnico tm̄ scipiōe comitatus ingrederet nem⁹ pusillū quidē: sed qd̄ i illis regionib⁹ amœnissimū foret: & tunc cū esset mēsis Maius vernaq̃ tēperies: frōdib⁹ vestitissimū visebat. cū istic ociose inambularet Cymon fortuna duce pedetētim intrat pratulum perq̃ exiguū: qd̄ pceritissimę arbores vndiq̃ sepiebāt: in cui⁹ angulo fons lympidis aquis/frigidisq̃ spectabilis scaturiebat: iuxta quē videt supra virētes herbas puellā dormientē pfecta formositate cōspicuā: quæ veste adeo tenui atq̃ pellucida erat induta: vt nihil pene niuei corporis tegeret: infra cicturā velabat liteo cādissimo/tenuissimoq̃: prope eā ancillę duę etiā pedissequ⁹ vn⁹ pariter somnū capiebāt. Hāc vbi cōspicat⁹ est Cymō nō aliter q̃ si nullā vnq̃ prius fœminā vidisset attonitus hæsit: ei baculo innixus nulla edita voce etiā atq̃ etiā mulieris faciem contēplat: & mirabūd⁹ oris liniamēta solertissime rimat. Inde paulatī in rudi pectore crassisq̃ p̃cordijs: intra q̃ nullū politicæ vrbanitatis vestigiū per mille añ hac

Muſæ græcorum canūt.ουκεστιυγειασκριτοροῦλερεῤβιω υγειακαι ρουσεσθλαΤωβιωλυω nihil eſt in vita melius ſanitate. Sanitas et mens duo,vitæ bona :vtroq; hoc bono caret Senex: cū & infirmus ſit & delirus:Et q̄uis Plautinus pater dicat in trinūmo: ſapientię ætas cōdimentū eſt:tamen magna ex parte delirant ſenes: Vnde & ſenilis ſtultitia Deliratio appellari ſolet:hinc quoq; græco ꝓuerbio dicitur λυσπαιλεσοι γεροντεσ .i.bis pueri ſenes:quoniam videlicet repaueſcere credunt:& in priſtinā redire puerilitatē.Idq; Plautū dicere videmꝰ in mercatore:his verbis. Senex cū ex tēplo ēiā nec ſentit:nec ſapit:aiūt ſolere eū repaueſcere.ſubſcribit. huic ſentētiæ Ariſtoteles ſcribēs in ſcdo politicorū vt corporis ſic etiā mētis eē ſenectutē. Q̄; aūt ſanitas ꝓcul ſit a contubernio ſenū:q̄ morboſa ſit ſe

Sanitas & mens. Deliratio ſenilis. Bis pueri ſenes.

nectus quis ignorat? Circũfluit agmine facto morborũ omne genus vt inquit Satyrographus: in senecta hebescũt sensus/premoritur visus/auditus incessus/torpet palatum/memoria labat/dẽtes decidũt: quę sunt ciborũ ac sermonis instrumẽta/fiuntq; edentuli senes & balbi. mẽbra torquentur. fiũtq; silicerni/q̃ si silices ex dorsi curuitate cernentes. Nõ ab re fuerit apud auditores beniuolos/minimeq; fastidiosos percensere exemplũ Betzelai galaditæ: qui cũ esset γερων λιαν senex valde rogat⁹ a rege Dauide vt secum iret hierosolyma/ esset q; regius comes. ferẽ regi ita dixisse prout scriptũ legim⁹ libro secundo βασιλεων. id est regũ siue regnorũ. Quot sunt dies annorũ vitæ meę vt ascẽdam cũ rege in Hierusalẽ. octogenarius sum hodie nũ qd vigent sensus mei ad discernendũ suaue aut amarũ? aut delectare potest seruũ tuum cibus aut potus? vel audire possum vltra vocẽ cantorum/atq; cantatricũ? Quare seruus tuus sit oneri dño meo regi. hisce senis galaditę verbis cõcinit Licinius caluus homo Roman⁹ exactę ętatis & magno natu senex. qui tribunatũ militum deprecat⁹ ita verba fecit ad quirites. Me iam non eũdem sedi vmbram nomẽq;. P. licinij relictũ videtis vires corporis effœtæ/sensus oculorũ atq; aurium hebetes Memoria labat. vigor animi obtusus.

Incõmoda senectutis. Edẽtuli Silicerni Exẽplũ Berzelai ex libro secũdo regũ ca xix Exẽplũ calui senis.

Merito senectus ętas mala ab auctoribus nũcupatur: quam inter cætera morborũ genera: vt inquit veridicus Hippocrates. & Hippocratem sequutus Cor. Celsus maxime infestant Dyspnoea & strãguria. hoc est spiritus & vrinę difficultas. Coryza id est grauedo & pituita. Nephrysis & paralysis: ita græce dicũtur renũ dolores/& neruorũ resolutiones. Adde & cacexiam id est malum corporis habitũ. Lyenteriam id est intestinorum leuitalem cęteraq; fusi ventris mala: q̃bus senes vexantur.

Aetas mala. Dyspnoea. Strãguria Coryza. Nephrysis. Paralysis. Cacexia. Lyẽteria

Somnus/vt nemo nõ nouit/curarũ abolitor virium/stabilimẽtũ est/mẽbrorũq; lassescẽtium refocillatio atq; fultura & vt græci dicunt υπνος πεφυκεσωματος σωτηρια somnus corporis salus existit: hoc quoq; bono caret senectus: quã torquẽt nocturnæ vigiliæ: quas inter mala vniuersi corporis numerat Plini⁹ nr. hic illud nõ tã poeticũ q̃ veridicũ oraculũ. Sõno iã deteriore senect⁹.

Sõn⁹ sal⁹ corpis

Galenus libro secũdo περι τροφων id est de alimentis/scribit se cum grandior natu foret. in somnia vexante τριλακας id est lactucas esitasse cõciliãdi sõni causa: idq; sibi vnicũ Alexipharmacõ αγρυπνιων id est medicamentũ vigiliarum depulsorium extitisse quibus infestabatur. Sumebat autem id holus in fine cœnæ. Sic em lactuca somni est consiliatrix/& ob id cœnas auorum clausisse tradit cum esset esca nouissima: qd & Naronianum carmẽ testatur/ gratacq;

Galen⁹. Alexipharmacon. Cur lactucam fine cœnæ

Cur inchoat dapes.

nobiliū reqes lactuca cibor. Nūc vero dapes inchoat in acetarijs/& cœnę pricipiū fit/qa cibi facit appetētiā/& a stōacho fastidiū aufert.

Senectus onus ingestabile.

Quinetiā versus grecus senectutē ita infamat. Χαλεπορ τοτη ρασ εστιν αρθρωποισ βαροσ. senect⁹ inquit on⁹ est homibus Oppipo q̄ graue & ingestabile hinc plautina anus/ Tātū inquit hoc est honeris qd fero: qd oneris? Annos. lxxx. &. iiij.

Quid non modo.

Ad hæc iuuenis cito mori potest. Senex diu viuere nō potest q̄q̄ nihil in vita hominis potest esse diu. Quid enim nō modo esto senex annose & polychronie si recorderis? Modo puer fuisti sub pedagogo. modo adolescētior sub grāmatico manū ferulę subduxisti. modo iuuenis disciplinā scęuolarū discere cœpisti. modo vir eandē profiteri. modo senex desisti velle. modo desisti posse. incredibilis est vitæ humanæ rapiditas.

Meta viuēdi.

Meta viuendi est. vt physici autumāt/ Annus septuagesimus: qñ scilicet heptas decadi copulatur. hoc idem sensit Psalmograph⁹ scribēs. Anni hoīs septuaginta: si aūt in potētatib⁹ octoginta. supra aūt κοπος και πορος id est labor & dolor.

Dauid psalmograph⁹

Plato natali suo defunctus

Plato finē vitæ legimū annū octogesimū primū esse existimauit. habuitq; legitimum. Siquidē illo ipso anno vita decessit natal suo extinctus: ideoq; magi defuncto Platoni perinde ac deo īmolauerūtq; annū vnū atq; octogesimū sine vlla deductiōe īpleuisset: cōsummalsetq; numerū pfectissimū. quē nouē nouies multiplicata cōponūt.

M. Varro. Sæculum a sene.

M. Varro longissimū spacium senescendorū hominum centū annos esse tradidit: Vnde & sæculū a sene dici spaciū centū annoū. cui sententiæ subscribit/ astipulaturq; Caius iurisconsultus: qui titulo de vsufructu sic refert. Placuit centū annis tuēdos esse municipes. quia is finis vitæ longeui hominis est.

Caius iurisconsultus. Berosus. Petosyris. Argatoni⁹ longeuus Annimoysis.

Doctissimi mathematicorū. vt berosus/& petosyris / & necepsos annos hoī ad viuendū datos. plus min⁹ centū viginti ex sideralī scientia iudicarūt: quot Argatoniū Gaditanū vixisse accipim⁹. q̄ annos octoginta regnauit cū quadragenari⁹ regnare cepisset.

Illud quoq; accepimus Mosen/ qui vulgo moyses nominatur solū dei familiarē. Vt iudeorū libri loqunt. c. xxv. annos vixisse q̄ cū quereret q̄ iuuenis interiret: respōsum ei ferūt ab incerto numine hominē neminē plus esse victurum.

Primigenii homīes diuturniores

Prudēs ptereo. q̄ cōditores canonicarū scripturarū tradiderūt primigenios hoīes lōge viuaciores diuturnioresq; fuisse: finēq; hunanæ vitę prescriptū pluribus annorū sæculis transcendisse. Nāq; si credimus Plinio anni illi fuere lunares menstruo spacio terminati. Vt nō

Mille anno

mirum sit quosdā prodi milia annorū vixisse: sed nos credam⁹ vero

esse. quæ in instrumento veteri fide historica traduntur. Quæ diuus Augustinus astruere conatur.

Quid posteritas ipsa cōmisit? quid nepotes peccauerūt? qd nos deliquimus/ vt tantillo spacio/tāq; arctis cancellis vita nostra includeretur? Cur nos quoq; sicuti tritaui illi primordiales/ mille annorū non viuimus? & vita diuturniore non fruimur? sed hæc cum nō sint operis instituti/transeunter attigisse sat est.

Ergo agedū. homo ipleat annos septuaginta: q̄ est meta viuendi octogesimū primū excedat. q est longissimus Platoni vitæ termin⁹ fiat sęcularis. & cētū annos relinquat a tergo. viuat argathonij ānos viuat & mosaycos cētū vigintiquinq; quos ex diuino respōso nefas est excedere. fiat trisęclis nestor vt anni dextra cōputandi sint. Viuat ętatem Tithoni. de quo est gręcum prouerbium τιθωρου γηρας. i. tithoni senectus: nonne tamen hic senex Macrobius & Polychroni⁹ bulla erit? & nihil sunt dies ei⁹. Nonne friuola est hęc ætas. & quā quadrupedes aliquot volucresq; transcendant.

Audite quęso Hesiodū canentem. τοι ζωει ερεας λακερυζα κορωνη. αρδρ ηβωντων. ελαφος δε τετρακορωνος. τρις δελαφους οκορας γηρασκεται. id est garrula cornix nouē hominū viuit ętates. Ceru⁹ aūt quattuor cornicū. Coru⁹ vero triū ceruorū ętate senescit. Hęsiod. cā hanc snīam Plini⁹ nr eleganti⁹ breui⁹ puri⁹ explicauit hisce verbis. Hesiod⁹ cornici. 9. nras attribuit ętates. Quadruplū ei⁹ ceruis. Id triplicatū coruis. Plutarch⁹ ī lib. περιτων εκλελοιποτων χρηρης τηριων. i. de oraculis q̄ defecerūt subtiliter & scite disserit sup hoc hesiodi carmīe: qd sit γηρας & quotannos cōplestat. quā nostri ętatē interp̄tant quē quidā. vnius quidā pluriū quidā pauciorū pnnorū esse definiūt.

Cū igit corui sint hoies diuturniores. cū cornices & cerui sint nobis viuaciores: de quibus sunt gręca puerbia υπερτας κορωνας βεβιωκως. υπερτας ελαφους. i. vltra cornices/ vltra ceruos vixit. Merito theophrastus ille in familia peripathetica elegātissim⁹ cui ex diuinitate loquendi inditū nomen: moriēs accusasse naturā dicit: q̄ ceruis & cornicibus vitā diuturnā/ quoq; id nihil interesset: hoibus quoq; maxime interfuisset/ tā exiguā vitā dedisset: quoq; si ætas potuisset esse longinquior futurū fuisse vt omnibus perfectis ętatibus omniū doctrina hoim vita erudiretur.

Cęterū credam⁹ hęc esse fabulosa/ assentiamurq; Aristoteli & Aristotelico Alberto magno scribētib⁹ hoiem viuere plus tēporis q̄ reli q̄ aialia omnia excepto elephanto: tamen homo bulla est: & eo magis senex. cuius vitę tāta rapiditas est tā inenarrabilis volocitas/ vt pri⁹

rum vixisse
imo astruit
Beroald⁹

Trisęclis
Nestor.
Prouerbiū
Tithoni
senectus.

Hęsiodus

Cornix
viuax.
Cerui & cor
ui ætates
Plutarch⁹

Gerasqd.

Prouerbia
de cornici-
b⁹ & ceruis
Querela
theophra-
sti.

Albertus
magnus.
Rapiditas
vitæ.

Scitũ milesij sapientis Annos ꝑteritos nõ habem⁹.

transacta sit q̃ inspecta: vt dũ viuere nos speramus iã vixisse cũ suspirio respiciam⁹. qua in reputatione subit illud ridiculm q̃ quidam de ętate gloriantur/& annos numerant iam amissos. Vnde non in elegãter milesius sapiens dicenti cuidã. 60. annos habeo hos inquit dicis 60. te habere quos non habes/etenim præteriti dies nõ magis in nostro mancipatu sunt: q̃ futuri.

Analogia 7 ętates a 7tẽ planetis. Pria ętas lunę. Secũda mercurij tertia Veneris. 4ta solis Quinta martis. Sexta Iouis Septima Saturni.

Præterea quẽadmodum ex amphora. sic ex vita qd̃ sincerissimũ est primo effluit/qd̃ turbidũ feculentũq̃ in imo subsidit.

Septem homini ęiates a numero erraticarum stellarũ Philosophi diligẽtiores assignant: & Hipocrates medicus in septem gradus ętatum distribuit vitæ vniuscuiusq̃ finem. Prima ętas lunarem sequitur potestatem. tũc enim secũdũ vegetalẽ/alentemq̃ viuimus facultatẽ. Secũda mercurialem quãdo litterarũ/cythareq̃ & palestrę similiũq̃ ludorum studium exercemus. Tertia veneriam: quãdo turgent genitalia/& ad genituram incitamur. Quatã solarem/tunc em̃ regnat vigor ætatisq̃ perfectio properat ętasq̃ media. Quinta marti ancillat in qua opes & victorias cõcupiscimus. Sexta Iouiale sidus affectat quæ prudentiam & vitam actiuã/ciuilẽq̃ desiderat. Septima vero q̃ fœculenta est ætas & frigida Saturnũ habet ducẽ in qua a generatione desistimus quę vitę meta uouissima est. Sunt autem hæc curricula septena tam breui spatio terminata vt homo cum ad metã septimã peruenerit: in primo adhuc stadio esse se credat: vt prius cursum peragat q̃ ad cursuram succinctus accesserit. Deniq̃ vt prius mori se sentiat: q̃ viuere inchoauerit: Audite quo rem deducam. si ann⁹ ille verus est annus quẽ/magnũ/vel potius maximũ vocãt: quo eadẽ positio cœli siderũq̃ cursus existit: qui horũ quos nos vocamus annorũ milia aliquot cõplectitur homo nemo q̃ tumuis annosus & senex dimidiatũ vitę mẽsem vixisse existimabit. & ita nullus ann⁹/null⁹ mẽsis in æuo hominis/vel diuturno numerabitur.

Liber ne senescãt hoĩes. Galen⁹. Vanitas Democriti. Epilogatio. Bullæ.

Quidã olim ex numero philosophorũ librũ cõdidit quo docebat quẽadmodũ hoĩes nõ senescerẽt: & iuuẽta perpetua iugiter fruerent. vellem nobis aliquid ex eo medicamẽto ꝓpinari: quo nullum foret preciosius si vsq̃ reperiretur. Sed cũ nusq̃ reperiatur/nihil illo fabulosius. Meritoq̃ Galenus in libro περι τουμαρασμου. i. de tabe Philosophũ iliũ tanti muneris promissorẽ. vt ridiculũ/nugatoriũq̃ deridet/atq̃ subsanat qui de hoĩbus nõ senescendis disciplinã ꝓfess⁹ tñ ipse cõsenuerit/similis a Democrito promissa vanitas de corporibus hoĩm reuiuiscendis/qui nõ reuixit ipse.

Ergo hõ cũ bulla sit eoq̃ magis senex immortalia ne speremus cum nihil sit mortalitate nostra mortalius. ne spiremus superbiã cũ

nihil sit nostra fragilitate fragili⁹. Singulos dies/singulas vitas putemus. Euntes cubitū dicamus vixi: & quem dederat cursum fortuna peregi. Ille enim beatus degit. cui licet in diem dixisse vixi. Quisquis dixit vixi quotidie ad lucrum surgit. Sit mens nostra haud quaq̃ de crastino sollicita: nam qui pendet ex crastino perdit hodiernum. Tu quācūq; deus tibi fortunauerit horam Grata sume manu nec dulcia differt in annū. Viue memor q̃ sis eui breuis. Deniq; simus memores illi⁹ oraculi famigerati qđ inquit. γνῶθι σεαυτον cognosce teipsum Q; q̃ late pateat q̃ multi formiter interpretet anno proxio scite opinor copiosequ; disserui. Itaq; claudam⁹ prouerbialē hācq; homo bulla est/disputationem cum Plinio dicentes. Is demum profecto vitā æqua lance pēsitabit: qui semper fragilitatis humanæ memor fuerit. sed iam tempestiuū est/vt exequamur reliqua propositi: & prouerbia prout cœpimus morali succulentaq; explanatione pēsitemus. Vos (vt cœpistis) attendite: succinctior enim/breuiorq; in singulis deinceps ero: vt siquid nauseæ ex primi prolixitate collegistis. id reliquorum breuitate discutiam.

Vixi.

Quid dicat Plini usedulo aiadūtas

Paroeia genu crure ppi⁹.

Paroemia græcorum est γονι κρημνοσ εγγιον. id est genu crure proprius est. Dicitur aūt de his qui seipsos magis q̃ amicos diligunt cui cōsimile est illud apud nostros vetus verbū/omēs sibi esse melius malle q̃ alteri. Et illud egomet sum proximus mihi. Cōsimilis quoq; est illa ꝓuerbialiis plautina sentētia/tunica pallio ꝓprior est.

tunica ꝓ prior pallio.

Fratern⁹

Narrant græci quēdam cū videret frater/& fraternum hoc est fratris filium bello oppressos periclitari protexisse ex duobus fratrem: dixisse hoc prouerbium γονυ κρημνοσ εγγιον. id est genu crure est propinquius: tanq̃ frater potius iuuandus fuerit/q̃ fratris filius. cui⁹ proximitas et gradus est arctior. Docemur autem hoc Adagio. vt in nobis sit charitas ordinata: sicuti ecclesiastica documenta pręcipiūt: ne ordine prępostero posteriores prioribus ante ponamus. In plurimis aūt vt inquit scitissime Origenes in cantici omeliis charitas inordinata conspicitur. Quid qđ in primo loco diligere debēt/diligūt in secūdo. Q đ in secūdo diligunt: in primo. & quod oporter amare quarto amant tertio. & rursus tertium in quarto: & sic in plerisq; ordo est in amore præposterus/atq; cōfusus. Vnde fit vt aliquando palliū tunica/& crus genu sit propius.

origenes Charitas īordiata.

Ciuis externo antepo nēdus

Lex naturę deposcit/ vt secundū nos diligamus parentes dei filios/mox domesticos nostros. Propior est colligatio īteriorq; societas cum ciuibus q̃ cum externis. hinc illud exemplum dignū memoratu. Alcamenes atheniēsis & agoracritus parius. in sculpendo marmore significes clarissimi/ phidiæq; discipuli inter se ambo certauere

Exēplū Alcamenis

Signifex

in signo veneris faciendo: vicit alcamenes suffragijs athenienſium: qui cōtra peregrinum ciui ſuo ſuffragati ſunt veluti cōcinnētes. Tunica pallio propior eſt.

Nihil nobis chari q̄ nos

Natura rerū parēs induit nobis inoleuitq; in ipſis ſtatī pricipijs q̄ b⁹ nati ſum⁹: amorē nr̄i & charitatē ita prſus vt nihil quicq̄ eēt chari⁹ pēſiuſq; nobis q̄ noſmetipſi: vt quiſq; in ſeipſo / ſuiſq; reb⁹ puerbiū cōprobet. γονυκνημῶν επι ογ genu crure proximi⁹

Philautia

Interdū tn̄ vſu venit vt nimio nr̄i amore/& vt greci dicūt philautia peccem⁹ q̄ veluti occęcatos reddit. & a recta ſemita trāſuerſos trudit. vt vitia nr̄a excuſare malim⁹ q̄ excutere. vt dū illud ptiaciter aſſerim⁹ Tunica pallio ppior ē: nec tunicæ nec pallij verā rōnē habeam⁹.

Ex hac nimirum philautia fit/ vt vnuſquiſq; ſe primum eius artis quā profiteē artificē iactitet: vt ſeſe inter ſummi ſubſellij viros oſtentet: in ſecūdis/tertijſq; cōſiſtere erubeſcens. hoc agitedū exemplis iluſtribus nec in vulgatis oſtēdatur.

Exēplum notabile Xerſis

Xerſes ille potētiſſimus Perſarū rex: qui vt omnes nouere maria inambulabat/ Terras nauigabat/cui⁹ copijs militaribus flumina nō ſuffecere: cuius claſſibus anguſta fuerūt maria. qui multitudine ſagittarum cœlum obumbrabat: indicto bello terribiliter græcos inualit Sed ſicut introitus in gręciam fuit formidādus: Ita exitus erubeſcēdus. Siquidem nauali apud ſalaminā prelio profligatus fugitiuo ſimilis e græcia turpiter aufugit.

Quis primus

Quis ſecūs

Quiſq; ſe primum ſcribit.

Thimiſtocles ſecūd⁹ iudicatur

Amazon polycleti cūctis ante poſita.

Philauria

Greci poſt partā inclytā victoriā/& prædā hoſtilē diſpertitam ad iſthmū nauigauere: daturi pręcipuū p̄miū græcorū meritiſſimo. q in hoc bello p̄clariſſime rē geſſiſſet. Itaq; iuſſi duces ſunt ſuā quiſq; ſententiā ſcriptā deferre in aram neptuni: quēnā ex oībus primū/& quē ſecūdū iudicarēt. Ecce tibi philautia ecce tunica pallio ppior. Quiſq; ſe primū ſcripſit: ſeſe illū q p̄ſtātiſſimus oīm extitiſſet exiſtimās Secūdas vero ptes ferme oēs/dedere themiſtocli. ex quo is prim⁹ recte iudicatus eſt. q ceterorū iudicio ſecūdus habebatur.

Cōſimilis Philautia. & nimi⁹ ſui Amor apparuit in illis quoq; laudatiſſimis artificibus: q venīētes in certamen/fecerūt ex ære amazonas: q̄ cū in tēplo epheſiæ Dianæ dicarenē placuit eligi probatiſſimā ipſorū artificū qui p̄ſentes erāt iudicio. Quiſq; ſuā primā iudicauit/ cū oēs ſecundā a ſua amazonē polycleti iudicaſſent. Itaq; illa cūctis prælata eſt/& prima merito habita quæ oīm iudicio ſecūdas obtinebat. Iccirco illi caſtigatione cēſoria digni videnē: qui ſeipſos maxie amant. qui gręco vocabulo ψιλαυτοι .i. ſui amatores appellanē: Si equidē in beneficijs dādis tunica pallio propior ſit & genua crure pximus/vt ſcilicet in amicū magis q̄ in ignotū beneficiſim⁹: vt do

mesticũ/vt necessariũ/vt familiarẽ extraneis ante ponam⁹: vt nostris prius q̃ alienis opitulemur. Hęc est ordinata charitas/hic ordo diligẽdi. Sed sępe multa interueniũt propter quæ magis peregrin⁹ q̃ ciuis extraneis q̃ domestic⁹ sit fouendus subleuãdusq;. Q d̃ nisi feceris male audies/infamiaq; pulsaberis. Apud maiores hoc obseruatũ est vt in opera danda/officioq; faciũdo hospites cognatis/affinibusq; anteponerẽtur/essentq; potiores.

Hospites cognatis antepone-bantur.

Et sane Romani quoq; exẽplis latina micat historia/tantope alienigenas fouerũt. vt peregrini Romę regnauerũt: vt claudia gẽs ex sabinis in patritios cooptata sit: vt Portiitusculo corũcani camerio in senatũ asciti sint. vt Cor. Balb⁹ maior homo externus & in extremo oceano genitus. hoc est Gaditan⁹ ad fastigiũ cõsulat⁹ aspirauerit: deniq; vt iuridicũ magistratũ romæ esse voluerint: q ius diceret peculiariter peregrinis. Vnde & peregrin⁹ prętor nũcupatus.

Peregrini allecti in senatum. Cor. balb⁹ maior. Prætor peregrinus

Itaq; decet virũ prudentẽ solerter cũcta perpendere & puerbii meminisse. Quatenus res ratioq; permiserit. Alioqui si dixeris / Tunica pallio propior est/ita retaxari poteris. Nec pallium/nec tunica quid sit satis probe nosti.

Aristoteles in.ix. Ethicorum meminit huiusce prouerbij græci κορυκρημνοσ εγγιορ. memorat & illa ισοτησ φιλοτησ id est æq̃litas & amicitia: & μια ψυχη aĩma vna: & φιλων παρτα κοινα amicorũ omnia cõmunia. Ostẽdẽs hęc vniuersa cõpetere ad eũ q maxime sibi est amicus. & q; seipsum maxime amare oportet. Q d̃ totũ discerniculo philosophico diiudicat/& philosophica grauitate perpendit. hoc modo. Bonũ inquit virum oportet. φιλαυτοειναι id est sui esse amatorẽ. Nam & sibi ipse & cęteris proderit agendo honesta. Prauũ aũt nõ oportet: nãq; & sibi nocebit/& ꝓpinquis. affect⁹ prauos sectando. Demus ergo operã vt boni simus. vt & nobis & cæteris ꝓdesse possimus: vt φιλαυτοι. id est nostrimet amatores cũ laude dicamur. Deniq; vt possimus decenter dicere & conducenter: κορυ κρημνοσ εγγιορ genu crure propinquius/& Tunica pallio ꝓpior est.

Aeq̃litas amicitia. Amicorũ omnia communia.

Paroemia apud græcos inclyta est. νομοσ και χωρα id est lex & regio: qua significatur q; nõ omnibus vnus est viuendi mos. non lex/nõ cultus: sed singulas nationes proprijs vti legibus: & singulis gẽtibus suos essẽ ritus peculiariaq; instituta. vnde ius ciuile vocat a iurecõsultis ius propriũ cuiusq; ciuitatis: quæ & iura municipalia dicuntur. Verũ cũ varietas abstergat auruim fastidiũ sitq;/vt camœnæ græcæ canunt/omniũ iudũ diffima: hac vtemur: varias capitulatim memorantes priscarum nationum leges & ritus.

Prouerbiũ Lex et Regio. Ius municipale.

rex eligi-
t pīguissi
mus.

Gotdiorꝫ populorꝫ lex est/vt regē eligāt eū q̄ sit ipsorꝫ pinguissim⁹/habitissimusq̄. Vbi strigos⁹ et macer de regno nō cogitat. Syracei regē faciunt procerissimū/grandissimūq̄. Vbi pomilionibus & pygmeis nulla aspirandi ad regiū fastigium spes. Carthaginēses imperatorē eligūt nō scdm nobilitatē sed scdm virtutē. Vbi stēmata imaginesq̄ fumosę nil prosunt nobili ignauo & inerti. Idē pueros patricios/ingenuosq̄ Saturno immolant. vnde fit vt apud illos malis celebs ess⁹ q̄ maritus/orbus q̄ pater. hanc legē retrā/& in hūanę crudelitatis plenā signat Silius his versib⁹. Mos fuit in populis quos cōdidit aduena Dido Poscere cęde deos veniā/ac flagrātib⁹ aris Infandū dictu paruos imponere natos.

Rex fit ā
plissim⁹.
Impator
ob virtu
tem.
Pueros
saturno
victimāt

Persæ inter vina magnis de rebus cōsultāt: quas firmiores putāt q̄ quæ in sobrietate tractātur. Vbi hydropotęid est aquæ potores vt mali consiliatores explodūtur: vbi consiliarijs abstemijs. & inuinijs non est locus. Item reges vt deos venerātur ea adoratione q̄ προσκυρησις vocatur. Apud eosdem filius ante quinquenniū in cōspectum patris non venit more probatissimo. Siquidem decedēs inter educationē ętate illa infantili/nullū vel minimū affert patri mœrorē tristitiamq̄. Consimilis quoq̄ gallorū mos: qui suos liberos nisi cū adoleuissent palam ad se adire non patiebātur: filiumq̄ in puerili ęta te/in publico/in conspectu patris assistere turpe ducebant. Apud eosdem pro victimis homines immolabantur.

Persæ
hidropo
tæ inter
vina
consulta
tio
Inuinili.
pscinesis
Filij ātē
quimatū
a pre nō
visitur.

Apud parthos plures vxores vni viro maritant & cū cōmodi⁹ sit vt vna duobus nupta sit: q̄ vt vni duę nubātur Illi per innumeras cōiuges volutātur: instar gallinaceorū salacissimi. Neq̄ salacitate nimia satiscētes. Quib⁹ herba illa theophrasti habēda foret: cui⁹ tactu auctor ille grauis tradidit septuagesimo cōcubitu durare libidinē.

Parthi.
Herba
theo-
phrasti
ad coitū

Apud eosdē lex erat: vt filias/sorores/mres quoq̄ ipsas in matrimoniū ducere liceret. & quæ ad nos infanda sunt coniugia/apud illos legitima habebantur. qd totū vt barbaricum ac detestabile prorsusq̄ ferinum sic suggillat & execratur lentulus apud Lucanum. Nā barbara vobis est ignota venus: quæ ritu cęca ferarum. Polluit innumeris leges & fenera tedę cōiugib⁹ / talamiq̄ patent secreta nephandi inter mille nurus. epulis vesana meroq̄ Regia non vllis exceptos legibus horret cōcubitus. tot fœmineis complexibus vnnm: Non lassat nox tota marem. Iacuere sorores in fratrum thalamis sacrataq̄ pignora matris.

Lucan⁹ ī
incestum
parthorꝫ

Magi quoq̄ q̄ philosophi sunt persarū ex ritu diræ supstitionis nascunt ex infando matris filijq̄ cōcubitu. Q d & Catull⁹ oñdit illo versu. Nā mag⁹ ex mre & gnato gignat oportet: Si vera ē psaꝫ ipia

Magi ex
cōcubitu
matris &
filij.

religio. apud eosdē fas nō est expuere in mare. lauare corpus ī flumine & meiere in amnicas aquas: naturā eā talib⁹ vsib⁹ violari existimātes

Trausi: qui sunt thraciæ populi habent luctuosa puerperia funera lætabūda: nāq; edito puero: ꝓpinqui eū circūsidētes cōploratione ꝓsequūtur: recēsentes quascūq; necesse est illi q; vitā ingressus sit: ꝓpeti humanas calamitates: eū vero q fato functus decesserit ꝑ lusum/lætitiāq; sepeliūt referētes quot malis sit liberat⁹: tanq̄ mors eripiat hoīes a malis nō a bonis. Res hæc in ædib⁹ Bentiuolorū in ambulacro viridarii graphice depicta est Monochromateo genere picturæ. cui subscriptum legitur nostrū hoc monostichō: hi vitæ erumnas deflent. hi funera plaudunt.

Trausi. Luctuosa puerpia. Hi vitæ erūnas deflent.

Messagetæ in via in ꝓpatulo/sine pudore cōcūbūt tanq̄ cynicorū dogmata ꝓbēt: & cratetis sectētur exemplū: q in porticu in loco celebri corā luce clarissima cū vxore hipparche cōcubuit. quos zeno: insecto palliastro a circūstantis coronæ obtutu defendit/protexitq;. Massagetæ. Exēpl m̄ cratetis.

Alani creophagi sunt: hoc est carnibus aluntur pane nō vescētes a dogmate pythagorico deuii penitusq; abhorrentes. Alani creophagi.

Ichthiophagi solis piscibus victitant: vnde & nomen tanq̄ illoꝝ sectam emulentur: quoꝝ vita piscolenta est: esu carniū interdicto. Ichthiophaphi

Galactopote lacte nutriūtur: quod & nomen ostendit. Galactopote

Aegyptioꝝ mos iste cōuiualis memorat: ex ligno simulachrū mortui factū, longitudine cubitali simillimū vero cōfert vn⁹ in conuiuio: ostēd ēsq; id singulis coepulonū ait. Tu in hunc intuens. ede: bibe: lude talis post mortē futurus: Quē ritū signat & Silius canens: ęgyptia tellus corpora & a mensis exanguem haud separat vmbrā. Mos ęgyptiorum Ede bibe lude.

Iidem ægyptii sed & æthiopes: & colchi circūcidūt genitalia quod nunc ꝓpe peculiariter iudei obseruāt: qui octauo die cultro petrino ex mosaica lege pueros circūcidunt. Iidem quolibet die Saturni. hoc est singulis sabbatis feriati ociantur. Q d illudit Seneca ostendens septimam vitæ partem perdere iudęū. cui vt inquit Satyrographus: septima quęq; fuit lux ignaua: & partem vitæ non attigit vllam. Circuncisio Sabbatū dies sacri

Germanorū vita omnis antiquitus in venationibus consistebat. omēs instrumento venatorio instructi feras vestigabant. ita duriciei corporis firmitudiniq; studentes. Q d genus exercitationis vt virile maxime probat Plato libro. vij. de legibus. Germanoꝝ vita

Possem exēpla hoc gen⁹ ꝓpe infinita cōgerere: sed occurrendū est satietati: cū satis superq; cōstet ex ante dictis verū esse ꝓuerbiū. q d ait ρομοσκαιχωρα lex & natio: ex quo illud quoq; commonemur plus in hominibus pollere leges & ritus q̄ vim sideralē: qua mathematica cuncta cōfiteri est persuasissimū. Nec enim vlla positura stellarum & Plus lex pollet: q̄ sydera.

Tincti xpiani ex lege Magussei qui.

radiatio eē, potest: quæ omnes iudeos impellat ad circuncisionem octaua die faciendam: vbicūq; nascūtur. Nec possibile est omnes eundem habere horoscopum/ eandēq; genituram: sed ex præscripto legis hoc fieri certum est. Sic & christiani tincti fiunt hoc est baptizati non ex sidere natalitio: sed ex dogmatis nostri instituto.

germani

Nec apud parthos: ac persas Magussei: sic enim appellant incesta matrimonia ineuntes: habent omnes in natiuitate Venerem in domo Saturni cum Saturno coniunctam: quæ radiatione martis maleuola aspiciatur: nec germani omnes habent horoscopum in quarta parte leonis/ nec oriente canicula nascuntur: quibus syderibus horoscopātibus ex syderalis scientiæ placitis venatores producuntur.

Lex gętulorum.

Apud Getulos lex est a mulieribus agros coli/ domos ædificari: omnia odoramenta/ vnguentaq; aspernātibus. vestes quoq; infectu coloris preciosas fastidientibus: ecōtrario viri hisce omnibus oblectantur cum sint tamen bellicosissimi. Nec tamen dicendum est fœminas omnes getulorum in Capricorno: aut Aquario male affectam venerē habuisse: nec viros omnes in Ariete vna cum Marte Venere constituta natos esse. Q d fortes simul & delicatos efficere viros chaldeorum siue mathematicorum decreta conclamant.

Cætera de genere hoc adeo sunt multa loquacem delassare valent fabium. Sat nobis sit summatim ista libasse: nec in hęc diuertisse fuerit alienum propter inuulgatam assertionem. qua traditum est: omnia quæ agunt homines & minutissima quæq; fieri vi syderali fatiq; decreto. Nos potestati stellarum multa immo maxima tribuimus: non inficiamur terrena cœlestibus ancillari: esseq; ipsius fati necessitati obnoxios mortales. Q d & mox paulo planius liquebit. Sed & libertatem arbitrii & legem & cōsuetudinem plurimū pollere in hominibus alacriter asserimus: id qd præter cæteros sentit Apollonius Tyaneus: qui ait apud Philostratum homines naturæ/ legiq; seruire. Alioquin si homines nihil sua sponte/ nihil arbitratu suo faciant sed ducentibus stellis et aurigantibus: non plane homines non λογικαξωα: id est rationalia animalia: sed ludicra quædam præstigiatorum & ridenda neruis mobilia esse videbuntur.

Terrena cælestib' ancillant.

Libertas arbitrij plurimū pollet in homine.

Apollonius.

Hoīes seruire legi.

Peregrīatio laudabilis.

Ex hoc eodem prouerbio. qd est νομος και χωρα lex & natio admonemur/ pulchrum esse multas terras peragrare/ multarum nationum leges & mores inspicere. Pars sapientiæ non minima est nouisse gentes multijugas & gentium ritus. Sic poetæ heroas illos singulari præditos sapientia fuisse declarant: qui peregrinatores extitissent multaq; loca erroribus diuturnis peragrassent. Sic ille ingeniorum fons Homerus Vlyssem præconio virtutis extollit: qui mores hominum

multorum nouit & vrbes. Ex hac laude censendus est Protonotarius meus Bētiuolus. qui suscepta hierosolymaria peregrinatione. voluit præsens oculis cōtemplari loca religiosissima: quæ auribus absens celebrari quotidie inaudiebat: qui cū plautino milite congruens dicente pluris est oculatus testis vnus q̄ auriti decem: Duce religione intrauit maria magnas terras obeuntia/ & penitissimas iudeæ gentes accessit. Hierosolyma quē iudeę vmbilicum tradunt introiuit. vbi templū illud Solomonis famigeratū: & cætera monumentis historicorum loca celebrata perspexit. Syon ascendit: q̄ arx vel specula interp̄tatur Vbi sepulchrum domini sanctitudinis & venerationis plenū venerabundus salutauit. & sane sacram scripturam lucidius intuebitur: vt inquit diuus Hieronymus: qui iudęam oculis contēplatus est: sicut græcorū historias magis intelligunt/ qui viderint athenas. Laudabile est fuisse hierosolymis: & si laudabilius est hierosolymis bene vixisse. Cōmonefaciat nos frugiferum hoc prouerbium ρομοσ καιλωρα vt ex cōtemplatione variarum nationum & morum quæ laudabilia sunt & sancta emulabundi sectemur: quæ culpabilia & obscœna factu vitabundi repudiemus.

Protonotarius Bētiuol⁹ petiit hierosolyma. Pluris oculat⁹ testis q̄ auritus. Vmbilic⁹ iudęæ. Syon specula. Concludēs interp̄tat hoc puerbiū. Lex & natio.

Parœmia græcorum est τρυγοροσ λαληστεροσ turture loquacior: quæ de loquutuleis/ & blacteronibus atq̄ in verba prouectis hoibus dicitur: quoniā turtures non solum ore: sed etiā posterioribus mēbris resonare ac obstrepere credūtur. Docemur hoc prouerbio salubriter & scite nesimus futiles/ & immodici loquutores ne os nostrū scateat verbis lapsantibus/ ne loquacitatis neruo deuenustemur: cui consimile est alterum illud τολωλωραι ορχαλκει ορ lebes dodoneus cuius meminit Menander. Fuit enim dodonæ lebes æneus supra columnam in sublimi positus/ puer autem & ipse ex ære fabrefactus in altera cominus columna constitutus flagellum æreū tenens flante vento lebetē æneum persæpe circūactus percutiebat/ & ita diu lebes ille resonabat. Vnde adagium hoc ortum est de garrulis & nimium diu tinniētibus. Quod ne de nobis merito dicatur/ etiā atq̄ etiam cauendum est. Natura nos tacita quadā institutione formauit ad paciloquium quæ duas homini aures dedit/ os vnum. vt plura videlicet audiret q̄ loqueretur. In multiloquio (vt inquit Salomon in prouerbijs) peccatum nō deerit. Contra sermoni parcere multis de causis salutare est. vt inquit prudentissime Plinius. Multi impendio loquaciores sæpenumero voces effutiunt: quæ mox per iugulū reuertuntur & sæpe lubricū linguæ trahitur ad pœnam: q̄uis iureconsulti non trahendum esse præcipiāt ad legē Iuliā maiestatis. & vt inquit ille. nescit vox missa reuerti. Et semel emissum volat irreuocabile verbum.

Turture loquacior. Lebes dodone⁹. Natura ad pciloquiū homines instituit. Lubricū linguæ. Horati⁹.

Xenocratis rñsum Symbolum Pythagoræ.

Hirundo eliminanda.

Silentiũ pythagoreorum

Primum prudẽtiæ rudimẽtũ apud pythagoricos.

Aiaduersio pythagoræ in loquaces

Silentiũ mecœnatis.

Fauete linguis

Pascito linguam

Angerona.

Arpocrates.

Lĩgulacę fœminæ.

Gymnasiũ loquacitatis.

Supellex muliebrę.

Vallũ dẽtium.

Hinc laudatus Xenocrates ille Platonic⁹: qui cũ maledico quorũdam sermoni taciturn⁹ interesset. vno ex his quęrẽte cur solus taceret scitissime respõdit/quia dixisse me inq t aliqñ pœnituit: tacuisse nunq̃. Græci dicunt. ψυτθι ρορ αμΔρα εκβαλεσησ οικιασ. id est hominẽ loquacẽ ex ædibus tuis explodito. cui concinit symbolũ illud pythagorę/hirũ dinẽ in domo nõ suscipiendã/qđ significat garrulos & verbosos hoĩes sub eodẽ tecto nõ habendos. Hic est ille Pythagoras prim⁹ philosophię nũcupator qui loquacitatẽ improbãs discipulos elinguabat. Nihil eos prius docẽs q̃ tacere. Vbi autẽ erãt silentio eruditi & εχεμυθι αρ. id est taciturnitatẽ bene didicerãt/ tunc verba facere & q̃ opinarẽtur expromere potestas erat: sed hoc erat primũ sapiẽtiæ rudimentũ meditari cõdiscere/loquitari dediscere. nec oẽs pari tẽpore elingues. sed alius plus/alí⁹ minus tacebat loquaciores in quinquenniũ velut exilio vocis puniebantur: bonum est auditores optimi nõnunq̃ pythagorissare & εχεμυθι αρ pythagoricam per discere: idq̃ facere qđ melissium mecœnatem factitasse accipimus: qui silẽtium triennio sibi imperauit.

In sacris priscorũ ethnicorũ. hoc est gentiliũ silẽtiũ tanq̃ salutare præcipit/in quib⁹ notissimũ est illud verbũ: fauete linguis: quo silentium impatur: vt rite peragi possit sacrũ nulla voce mala obstrepente Alterũ est sacrificale verbũ minus vulgo notũ in eandem sententiã/ pascito linguã hoc est coerceto/cõtineto/taceto. Nãq̃ vt scitissime refert Hieronym⁹ & in decretis canonicis. Dist. v. de cõsecratione repetitum est. Verborũ multitudine nõ flectit deus: qui non tam verbis q̃ corde est adorãdus. Hinc in cerimonia Romanorũ diua angorona digito ad os admoto silentiũ denũciabat. huc quoq̃ pertinet Arpocrates ęgyptiacæ religionis deus: qui figurabatur ore obsignato vocem premens/digitoq̃ silentiũ suadẽs. Cũ igit silentiũ salutare sit. garrulitas stulta & detrimentosa/caueamus ne de nobis puerbia duo merito dicantur: τρυγορσο λαληστεροσ. id est turture loquacior & λωλωραι ορχαλκειορ. Dodoneus lebes. Ne similes simus mulierculis: quæ lingulacæ sunt & largiloquæ: De quibus dictum est. Nullam inuentã esse mutã in omni sęculo. & cũ nihil æque fœminas ornet ac silentiũ/qđ græce dicitur σιγησοσμορ φερει ταισγυραιξι. Fœminæ nostri sęculi hæc ornamẽta nõ norũt. cultũ hunc repudiãt. & scholа Pythagoræ obturata gymnasium loquacitatis aperuerũt. vbi sine doctore dociles: ĩmo vbi omnes magistrę sunt: tã veteranę q̃ tyrũculę vbi tot pariter pelues & tintinabula dicas pulsari. etẽm vt inquit verissime Plautus. Supellex mulieris est clamor.

Nos vero decet meminisse: quẽadmodũ natura vallum dentium

opposuit petulantiæ verborũ cohercẽdæ. Quod Homerus appellat ερκοσ οΔοντων. vt ita verba quæ volantia poetæ appellant detractis pinnis intra sepimentũ hoc cohiberẽtur. Bene enĩ existimatũ est orationẽ non in ore nasci debere: sed in pectore. linguãq; quibusdam quasi vinculis suffrenandam. Nam vt inquit Hesiodus. γλωσσησ τοι θησαυροσ εν ανθρωποισ ιμ;αριστοσ. id est optimus est homini linguæ thesaurus. Hesiod⁹

Ennius in hoie graphico absolutoq; laudat imprimis linguæ parsimoniam. illo versu. Secũda loquens in tẽpore cõmodus & verborũ vir paucorũ. Oratio Flacco datũ est vaticiniũ: Garrulus hũc qñ cõsumet cũq; loquaces: si sapiat: vitet. Nos ergo ne garrulorũ garrulitate cõficiamur vitemus loquaces. & ipsi pcul sim⁹ a Thersita Homerico. quẽ αμετροεπη. i. sine fine verba fundentẽ: Maximus poetarũ esse scribit. Tacendũ semper est vt olim dixit Maro noster nisi cũ aut taciturnitas sit obfutura/aut oratio profutura. Græci canunt. κρειττον σιωπαν η λαλειν αμετρεπει. & ουΔεν σιωπησ εστι χρησιμωτερον. i. melio⁹ est tacere q̃ loqui indecora/nihil silẽtio est vtilius. Ennius Thersites Homericus

Ego adeo prouerbiũ hoc canendum censeo: turture loquacior/vt suadeam potius illud alterũ τεττιξ ακανθινος. i. cicada acanthina/ & illud βατραχος σεριφιος: id est rana seriphia: qd̃ de mutis dicitur/& taciturnis. Siquidẽ mutas esse ferunt minimeq; canoras acanthinas cicadas. & item ranas in seripho insula obmutescentes, ppigni Malim equidem dici vt est in alio græcorũ prouerbio. κωφοτερος κ̃χης. id est taciturnior turdo q̃ turture loquacior. Sed cum virt⁹ sit quædã vt græci dicunt μετριοτισ: id est mediocritas, nolim tamen ita seruare silentiũ/vt silentio peream. id qd̃ amiclis serunt cõtigisse. Vnde scite Lucelius. Mihi necesse est loqui/ nam scio amyclas tacẽdo perijsse. Scitũ quoq; est illud. Caput sine lingua pedaria sententia est: Et vt inquit Flaccus. Cũ vitant stulti vitia in cõtraria currũt. Ego in me cupio probari illud Horatianũ. Dij bene fecerunt inopis meq; pusilli finxerũt animi raro & perpauca loquentis. Lingua quæ animi interpres est: vt ait Lucreti⁹: Animi sensa expromat nõ ineptias. Occurrat hoc in loco fortassis auditor Cat⁹ & solers. inquiens. Quid tu magister qui tãtopere probas laconismon/& laudas linguæ parsimoniam tam linguax es & largiloquus. cur quod in alijs carpis. id in te insigniter ostentas? τρυγονος λαλησ τερος. Cicada acãthina Rana seriphia. Tacturniortur do. Amyclæ silẽtio periere.

Audi auditor bone. loquacitatẽ futilem & inscitam taxamus: multiloquium carpimus. in quo nulla subiecta sententia est/ nec scientia. Sed si orator ex prõptuario litterario erudita depromit idq; longa facit oõne: nõ tã loquax q̃ facũdus est habẽdus. nec illa tam eloquẽtia Loquentia.

Eloquentia. existimāda q̃ eloquētia. Ciceronis oratio vt pximo vtar argumento ea dicit esse optima: q̃ est longissima: quid ita? Quia eloquentissimus/ eruditissimus/eloquētissimus est: hęc aūt fandi copia & dapsilis dicendi vbertas cū in cęteris Tullianis voluminibus elucet tum in orationibus est eminētissima. De quib⁹ dicere possumus id qd̃ de Platonis oratione phauorinus dicere solebat: si ex Ciceronis orationib⁹ verbū aliqd̃ demas mutesue atq; id cōmodissime facias de elegātia tamē detraxeris Nō sunt longa quib⁹ nihil est qd̃ demere possis: & sicut arbores nihil perinde ac proceritas atq; altitudo cōmendat: ita Ciceronianas orationes nihil magis q̃ copia atq; vbertas exornat: quarū virtutes multiiugæ sigillatim quotidianis lectionib⁹ explicabūtur: & sole clarius apparebit. q; prouerbium τρυγοροσλαληστεροσ Turture loquacior. nō cadit in Ciceronē. nec in alterum quēpiam/ qui fluento eruditæ ac lepidæ orationis inundet. Sed in eos qui cū loqui nesciant tacere nō possunt: qui futili garrulitate diffluentes ea loquitanē atq; deblacterant/in quib⁹ nec pes/nec caput appareat. De quib⁹ dici potest tertium quoq; illud frequens apud græcos adagium. γραων υθλοσ: id est anicularū deliramenta & nugæ: Quod vitiū procul abfore dictis nostris/scriptisq; pmittim⁹: Quod vt in p̄sentia re magis q̃ verbo præstem/cōpendiosiora percurram. & quantū ad hoc prouerbium pertinet verbum non amplius addam.

Phauorinus de oratione Platonis

Vetularū nugæ.

Prouerbium est Platonicum. αραγκη ουδε θεοι μαχουται. id est aduersus necessitatē nec dij quidem pugnant: quo significatur necessitati nihil resistere/ac reluctari posse. Apud Liuiū ait. L. lentulus bareatur necessitati: quā ne dij quidem superāt: Apud eundem inquit Messius volscus: necessitate: quæ vltimū ac maximū telū in superiores estis. Scite & eleganter a palladio dictū est. Necessitas ferijs caret: Dixit Dionysius necessitati etiā dei cedunt: Iosippus in bello inquit nihil est necessitate pugnacius.

Necessitati cedunt dij.

Liuius

Palladi⁹.

Dionysius.

Iosippus

In decretis canonicis. Dist. i. de cōsecratione. Necessitas legē non habet. A Valerio maximo. Necessitatis leges amarissime: & imperia truculētissima optimo epitheto nūcupantur. Plato & Plotinus Platonicus doctissime scripserunt parcas. αραγκησ: id est necessitatis filias esse: quæ vna cū matre fusum torqueāt/& in cuiusq; generatione cōuoluant. Hinc Platonicus alter. Non minus nobilis Apuleius noster Deum inquit vltrix necessitas semper & vbiq; comitatur. Ille quoq; ter maximus/vt nomine ipso apparet/Trimegistus docet quēadmodum ειμαρμενη: id est fatum & necessitas ambæ sibi inuicem indiui duo cōnexæ sunt glutino. quarum prior ειμαρμενη rerum omniū parit initia. Necessitas vero cogit affectum.

Parce filie necessitatis.

Apulei⁹.

Trimegistus.

Verũ cũ philosophandũ sit iuxta Neoptolemum ænnianum paucis. Iam a sublimioribus ad humiliora. a philosophicis ad historica transiliamus: quæ oppido iucũdiora sunt. Et cũ multa sint veterũ memoriarum documẽta quib⁹ manifestissime demonstratur necessitatẽ esse ineluctabilem inuincibilẽq; erimus in præsentia cõtenti hoc vno exẽplo. qđ præ manib⁹ est: qđ ab re: quã molior haud quaq̃ est alienũ et αυτάρκη: de qua loquor accommodatissimum.

Philosophandũ paucis.

Historia recõdita memorabilis.

Attaginus Thebanus cõuiuio magnifice/lauteq; apparato Mardonium ducem persarũ: et cũ eo honoratissimos persas numero quinquaginta: totidemq; Thebanos inuitauit: eosq; in mẽsa alternos persam & thebanum discũbere iussit. Aderat & huic cõuiuio Thersander orchomenius claritudine natalium insignis: secundũ cœnam cum libero patri parentarent: & poculis indulgerẽt persa ille: qui iuxta thersandrum recũbebat. hominem vt fit in cõuiuali hilaritateq; interrogat cuiatis esset. Ille respondet se orchomenium esse. Tum persa quoniã inquit tu mihi mensæ cõsors & compransor es effectus: volo tibi sententiæ meę relinquere monumẽtum: vt ipse quoq; præscius huius rei queas tibi cõsulere cernis hos persas eum mardonio acceptos in conuiuio opipare ac magnificenter? Et copias quæ in castris nostris relictæ sunt: horũ omnium paruo post tẽpore paucissimos cernes superstites. & interloquendum lachrymas vbertim effudit. Tunc Thersander ea oratione Attonitus ad Persam inquit. Nonne Mardonio hæc expedit dicere & his persis. qui secundum eum sunt in existimatione? Ille autem subiecit verbũ dignum memoratu. O hospes inquit. Quicquid ex deo fieri oportet id homini inuitabile est. Nam ne credibilia quidem dicentibus credere quisq̃ vult. hoc permulti persarum scim⁹: et tamen Mardonium sequimur illigati necessitate. hæc persa thersandro orchomenio denarrauit veridicus prorsus vates. Siquidem mox paulo apud plateas prelio iusto victi & magna occidione occisi euidẽter ostenderunt necessitatem esse ineffugibilem & illud esse verissimũ: qđ velut ex oraculo cecinit Cleantes. Ducunt volentem fata nolentem trahunt.

Cõuiuium attagini.

Scitũ pse

Mardoniũ sequimur necessitate.

Ineffugibilis necessitas.

Ex hac necessitatis lege: quæ impotẽtissima est: fãctum est: vt ego non Apuleium prout volebam destinaueramq;: sed. M. Tullium: de quo nihil penitus cogitaram cogar publice pfiteri cur hoc? dicam si potero. Dederam cõmentarios meos Apuleianos Benedicto bibliopolæ primi nominis eidẽq; chalcographo hoc est ipressori elegãtissimo iãpridẽ imprimẽdos: vt opus absolutũ/ hoc maxime tẽpore: quo studiorum culturam auspicamur in publicũ exiret ac pmulgaret: idq; se facturũ impressor ipse receperat. eamq; res bene succedebat: cũ ecce

Bñdict⁹ bibliopola & Impressor.

232

pœnuria chartę quis crederet? opus hęsit ichoatū: eteni pxima estate quā torrentissimā perpessi sumus siccitate tāta laboratū est vt chartarij officinatores chartas glutino percurrere/& cōsequēter peragere ne quiuerint. Itaq; hæc ciuitas quę alioq chartam finitimis populis affatim solet subministrare inopiam chartę sensit: cui⁹ vsu cōstat īmortalitas hoīm. Nec hoc cuipiā mirum videat cū Tiberio principe sterilitatem chartę Romana quoq; ciuitas senserit. factumq; sit rei tā necessarię inopia: vt e Senatu darētur arbitri chartę dispensandæ. alias in tumultu vita erat. Ergo igit cū Apuleius a carcerib⁹ ad metas impressorias progredi nequiuerit ex animi nostri sententia: feci iuxta vetus verbū illud: vt Quimus aiūt: Quādo vt volumus nō licet. & iuxta illud alterum. Si nō potest fieri qd vis /id velis qd possis. Dedi manus αρατκη id necessitati: cui velis nolis parēdū est. quā ne deus quidem superat. Verū memor veteris puerbij: qd ait gladiatorem in arena capere cōsilium: nec illius sentētiæ oblitus/qua aiūt. Cōsilium sub manu nasci debere: euestigio meipsum cōsului nescio an bonū consiliarium: cōsilioq; domestico vsus statim censui nihil fieri posse congruentius: nihilq; auditorib⁹ vtilius: q̄ vt maximo Poetarū/maximus Oratorū copularet. Itaq; Lucio Apuleio: quem necessitas vetat. M. Tullīū subdidi succedaneū. Q d sane bono consilio factū videri potest vt scilicet duo columina doctrinarū alter poetarū inclytissimus. alter oratorum Deus. Ambo extra oēm ingenij aleam positi iunctim irēt: iunctimq; enarrarent. Et me Hercules in vtroq; omēs fandi virtutes elucescūt: de quorū laudib⁹ melius est ad præsens tacere: q̄ pauca dicere: cum ad laudandū pro merito Virgiliū & Tullīū: Vergilio & Tullio laudatoribus opus sit. Pręterea in libro Orationū mearum extant vtriusq; scriptoris luculenta præconia.

Sterilitate chartæ laboratū

vt Quimus.

Cōsilium submanu.

Columia doctrinarum.

Cæterū ne parthis mēdacior (vt dicit) inueniar: neue dicar vt ēin veteri græcorum puerbio κρητι ζειρ hoc est cretas mendaces imitari tantisper orationes Ciceronis enodabim⁹. Donec īpressor apuleianis interpretamētis extremā manū imposuerit. Imponetur autē cōtinuo post solēnia dñi natalitia/christianorūq; saturnalia: tūc fidē exoluam tūc nomen expugnam: & qd iamdiu pmisere ipse pręstabo. Erit autē hęc pcrastinatio icholasticis oppido q conducibilis. Nāq; interea aliquot Ciceronis orationes explicabūtur a nobis. ea diligētia /eaq; omnifaria eruditione. vt ianua laxissime reserata reliquis deinceps orationibus omibus videri possit: vt qui vel paucissimas audierit: cęteras sine interprete citraq; doctorē audire ipse & p se intelligere queat haud sane difficulter. Anno aūt a salute dñi Millesimo quingentesimo quē Iubileum nominitāt: perinde ac auspicatissimo & memorando anno

Parthis mēdacior.

κρητι ζειρ.

Apuleium fauste/ac fœliciter initiabimus. Et quoniam Iubilei facta est mentio: nō fuerit ab re pauca quædam ad Iubileū pertinentia hoc potissimum loco explicare. Vos (vt cœpistis) quæso libentibus animis/& auribus auscultate.

De Iubileo scitu digna

Iubileus res est & dictio Iudęorū. Apud quos quinquagesimus q̃ libet annus erat sacrosanctus. Nā vt in Leuitico scriptū legim⁹. De⁹ moysi quicū familiariter loquebat̃ pręcepit: vt annū quinquagesimū sanctificaret: eoq̃ remissio daretur cunctis Iudeę habitatoribus. Itaq̃ omnis venditio redibat ad dñm. omnis possessio ad pristinū possessorē creditores a debito relaxabātur: serui libertate donabātur: & ob Iubilei sanctificationē agri erant feriati. Ex hoc inditū est iubileo nomen q̃ lingua hæbraica (vt docet Iosephus in libris antiquitatū) significat libertatem. Quidā (inter quos est Nicolaus de lira) tradūt hębraico vocabulo buccinam Iobel nūcupari. Vnde Iubilei nomen inclinatum sit: ꝓpterea q̃ buccino tubæ & clangore mense septimo iubileus denūciabatur. Petronius arbiter iubileū annū remissiuum significare auctor est. Item eo pentatheuci libro: qui inscribitur numeri: Iubileus interpretat̃ annus remissionis. Sicut ergo apud iudęos iubileo remissio dabat̃ rerum corporalū: Sic nūc apud christianos indulget̃ remissio: vel vt vtar vocabulo Cypriani. Remissa peccacorū atq̃ noxarū Legitimus autem iubileus est quinquagesimo quoq̃ anno. Qua in re subit admirari iudaicā institutionem: quæ ex cōtēplatu numeri septenarii: qui numerus est pfectissimus: iubileū obseruandū pręcepisse videri potest: Septē enim annorū hebdomades. hoc est anni septies septeni cōficiunt climactera vitæ humanæ periculosum. vt merito post numerū potentissimū/eūdēq̃ in hominib⁹ efficacem. De quo in libello Septem sapientū copiose disserui: subsequat̃ annus iubileus plen⁹ bonorū & beatitatis: quē cūcti mortales faustum/fortunatūq̃ ac fœlicem ominātur & optant: quo cupim⁹ animis/corporibusq̃ defœcatis mūdi puriq̃ & perinde fœlices reliquū æuū posse traducere.

Iubileus qd

Remissa noxarū.

Cal. Ianuarij auspicabāt̃ artes

Sicut ergo prisci: quorū institutionib⁹ vita nostra format̃. Calendis Ianuarij principio anni auspicabātur suas quisq̃ ætates/& litibus supersedebāt: & dulcia gustabant: vt fœlici auspicio totus annus iret dulcis & fortunatus. Ita nos anno iubilei hoc est anno libertatis/anno remissionis/anno sanctificationis/anno optatissimo: ad quē mortalium vota suspirant auspicabimur vna cum nostris commentarijs Asinū Apuleianum vere aureū: vere bracteatum: vt auro: fœliciq̃ auspicatu vita nostra fœliciter & fortunate ꝓgrediatur: vt possim deniceps cōmentando/legēdo/scribendo ꝓdesse nepotibus: posteritatiq̃ cōsulere. Et nos ingenij monumentis vixisse testemur.

Epilogus.

Habetis viri clarissimi sentētias populares: non populari opinor trutina examinatas a nobis: sed morali potius & litterata statera pen pensas. Habetis puerbia quorū vsurpatio minime ludicra videri debet: cū his scateant volumina Philosophorū: cum his nō abstineant sanctarum legum cōditores. Deniq; cum scriptores omne genus puerbijs perinde ac condimētis libros suos referciāt: quorū hodierna explicatio & si iam quadam tenus lectionibus nostris accommodata est nunc maxime adglutinetur & cohęrenter adhęrescat.

Prouerbia in libris philosophorum.

Vulgares sententiæ sunt Prouerbia. Vulgares scriptores sunt Virgilius & Cicero. Quid enim magis in ore vulgi est: quid vsu populari magis detritū. Docti/indoctiq;/vrbani/et rustici opifices oēs pueri mulierculæ Virgiliū Ciceronemq; nouere. nihil vulgare magis: vterq; quotidie excutitur: quotidie comprobatur. et cum ex illo prouerbiali verbo. Quot capita tot sententię/fiat: vt scriptor qui vni placeat alteri displiceat qd̄ vnus & alter probant: plusculi improbent: in Virgilio Ciceroneq; probando cūspirant omnes tam amusoteri q̄ litterati. Nec tam pedibus q̄ animis vadūt in eandem sententiam laudationis Iam vtriq; sibi hoc laudis prope peculiariter vēdicauerūt vt appellatione Oratoris. M. Tullius. Appellatione poetę Virgilius significentur: quorum duorum virtus non indigna vllius pręconij amplius est Tāta claritas superfluit. Prouerbiorum doctrina seria est & frugifera vt docuimus & medulla succosior. Maronis: &. M. Tullii doctrina: q̄ seria: q̄ frugifera sit & medulla succosa: qui nescit/nihil prorsus scit: qui ignorat/nihil non ignorat. qui duo scriptores quāto magis legūtur: tanto magis legendi sunt. quorum lectio pueris necessaria: iuuenibus vtilis: senibus periucunda. Deniq; illi se profecisse sciant. quibus Cicero & Virgilius valde placuerint: qui haud dubie ostendunt verum esse prouerbium illud. πολλοι μαθηται κριττορεσ διδασκαλων. Multi discipuli meliores præceptoribus. Namq; q̄ Maro & Cicero lōge doctiores doctorib⁹ suis fuerint: nemo vnq̄ homo dubitauit: cū doctrina illorum: & nomina in vulgus ignota sint: aut per discipulos cognita. Grammatici tradunt Sirronē epicureum fuisse Virgilij præceptorem. Nonne hic inglorius/ignobilisq; est: cum discipulus sit gloriosissimus/inclytissimusq;. M. Tullius perinde ac gratus discipulus hanc gratiam suis magistris rependit. q̄ eos laudabiliter celebrat: & honorifica nuncupatione percenset. In tantū dissimilis istis qui præceptores suos non solum parentis loco non habent: vt præcipitur: sed eos clanculo in angulis vellicant: cōuitiisq; proscindunt ac obtrectant. Ita gloriā adipisci sperantes: si doctorib⁹ derogauerint.

Vulgares Vergili⁹. &. M. tul. Quot capita: tot sentētiæ.

Orator Tullius. Poeta Virgili⁹.

Prouerbium. πολλοι μαθηται Virgilii p̄ceptor

Veræ prorsus laudis expertes. Nam qui obtrectatione pręceptoris fa
mam aucupatur infamiam inuenit: & in omni proborũ cœtu exibila
tur:exploditur vt improbus:formidatur vt vipera:fitq; odium publi
cum.non secus q̃ qui parentibus maledixerit. Etenim præceptor ani
morum parens ac formator est:quẽ nisi omni verborum honore pro
sequamur:nisi vbiq; locorum: vbiq; hominum honorifica mentio=
ne dilaudemus/Impij nefarij scelerati meremur nuncupari. Quanto
magis ingenue/& sancte/& officiose agit.M.Tullius noster qui nomi
natim magistros suos celebrat. videlicet in arte oratoria Menippum
stratonicensem/tota Asia illis tẽporibus disertissimũ/& Dionysium
magnetam.Xenoclem adramytenũ.Cũ primus vero memorat Apo
lonium Monoleum Rhodium clarissimum tunc dicendi magistrum:
In dialectica Diodorum stoicũ. in philosophia Philonem & Antio=
chum.quos omnis fama obscura recõdidisset/ & vetustas oblitterasset
nisi discipuli gratissimi monumẽta illorũ nomina perire nõ sinerent.
Qui fuit tanto maior doctoribus/quãto maius est dare lumen q̃ acci=
pere:& sane fuit necessariũ/vt discipuli meliores magistris existerent.
Alioqui ingenuæ disciplinæ omnes iam decoxissent. Iam ad nihilum
artes fere omnes redijssent quas cernimus ad summũ fastigium perue
nisse: dũ proficientibus ingenijs prouerbiũ hoc quotidie cõprobatur
πολλοι μαθηται κριττονες διδασκαλων. Multi discipu=
li meliores præceptoribus.Ego quantũ ad me attinet connixus sum
pro viribus dies/noctes incudem hanc litterariã tundendo ne præce
ptore meo Francisco puteolano homine vt tunc tẽpora ferebant/elo
quentissimo/eruditissimoq; deterior/neue minor existerẽ. An id asse=
cutꝰ sim aliorũ sit iudiciũ. In hoc haud dubie laudãdus q̃ ausus sum/
q̃ volui/q̃ valui decertare cũ illo/ea videlicet cõtentione q̃ honestissi
ma est:in qua vincere & vinci pæque pulchrũ atq; magnificũ est. Nã
vt inquit ille:in magnis voluisse sat est. Ad hoc pulcherrimũ certamẽ
vos omnis ,puoco:vt ita mecũ decertetis: sicut ego feci cũ magistro
meo Francisco puteolano quẽ honoris & amoris causa nomino.quẽ
omnimodis laudibus celebro.qui litteras litteratas/senio pœne inter
mortuas & situ squalẽtes.ad lucẽ nitorẽq; cũ primis reuocauit.cui ac=
ceptũ refero quicquid est in me doctrinarũ.eam illi mercedem liberali
ter rependẽs.quã Mandraytus thaleti pulcherrimã psoluit. & sane ex
ludo p̃ceptoris mei tanq̃ ex equo Troiano innũeri bũ lrati exiliere:q
ad serias mox doctrinas & questuosiora studia sese laudabiliter cõtule
rũt.Ego vero sectã doctoris:nec pœnitet:fauorabiliter sectatus sũ.&
vna mecũ Decꝰ meũ Minus Roscius:quo mihi hõ nemo amicicior ẽ
quẽ nobiliũ eruditissimũ:Eruditorũ nobilissimũ appellare merito cõ

Contra maliuo=los disci=pulos.

Magister animorũ parens.

Pręcepto=res.M. Tullij.

Præce=ptor meꝰ Frãciscꝰ puteola=nus.

Proper=tius.

Laus frã=cisci pu=teolani.

Laus Mi=ni Roscij

sueui: qui in hac politiori litteratura tantũ ꝓfecit/tamq; emũctus est & tersus: vt meũ esse cõdiscipulũ Symmysten consectaneũ possis agnoscere. Cęterũ vt domũ repedem⁹. cupio & opto a vobis in hac pugna litteraria supari. In qua discipuli victoria ad gloriã redũdat magistri superati. etem laus est pręceptoris discipuli ꝓfectus. Ita mecũ contendite vt Virgilius. & M. Tullius cũ suis ꝑceptoribus cõtenderũt: quos pulcherrimo in certamine victos plausibiliter pręterierũt: planissime ostendentes verissimũ esse ꝓuerbiũ: πολλοιμαθητοι κριττονες διδασκαλων multi discipuli ꝑceptoribus meliores. Pulcherrima possessio homini doctrina est vt musæ græcorum testantur. canentes καλλιστον τι κτημα παιδια βροτοις. compotes vos huiusce tam preciosæ possessionis facient. M. Cicero/ & Virgilius. Eloquẽtia in hęreditate mortalib⁹ relicta. Quorũ volumina sunt prato similima. Nã sicuti in eodẽ prato bos herbã quærit: canis leporẽ. ciconia lacertẽ. villica fungos. virguncula flores. Ita grãmatic⁹/ poeta/ Orator. Philosophaster suis quisq; studijs aptissima colligent ex Ciceronis/ Maronisq; penoribus. Quorũ pabulũ est citra fastidiũ. eoq; ingenia maxime puerilia ac iuuenilia sunt saginanda. & cũ alios dulcia/ alios salsa/ alios austera/ alios subamara delectẽt. Ciceroniana fercula & Maroniana mire faciũt ad palatũ oĩm & stomachũ. Nos vero instar archimagiri pulmẽtaria Ciceronis & Maronis per se esculenta cõdimẽtis quoq; nostris esculentiora facere tentabim⁹. & cum simili tudo fastidij mater sit: ea codditurarũ varietate condiemus: vt succũ scitissimi saporis/ longeq; noto dissimilem. gustantibus vobis edulia Tulliana & Maroniana habere videantur.

Pulcherrima possessio doctrina.

Similes prato tullius & maro.

Saginandi pabulũ tul. & Virg.

Similitudo fastidij mater

Q d reliquũ est vobis gratias ago & habeo multiiugas. qui me audiuistis nõ vt pharmacopolam: sed auscultastis diligenter & libenter vt oratorem. & vt Oratio prouerbialis a ꝓuerbio inchoata ꝓuerbio quoq; terminet: vellem/ vt adagium est græcorũ αρτι πελαρειν. id est gratiam rependere posse qd illi vsurpant de his qui gratiã beniuole reponũt πελαροι enim: id est ciconię senescẽtes parẽtes educare eosq; senio lassescentes ac alarum remigio defectos subleuare humeris/ ac succolare dicuntur. Vnde ciconia auis pia vocat. & Antipelargosis renumeratio/ retributioq; beneficiorũ nominatur. indeq; ortũ est ꝓuerbiũ hoc αρτι πελαρειν: qd beneficiũ retribuere & gratiam referre significat: cuius enarratio in calce orationis hodiernę fit vobis pro gratiarum actione/ & huiusce officij/ scholastici remuneratione.

Prouerbium.

Antipelargein.

Ciconia pia.

Antipelargosis

Finis Orationum & prælectionũ Philippi Beroaldi. In ædibus Ascensianis.

Angeli Politiani Viri disertissimi Oratio quã edidit pro Oratoribus Senensium ad Alexandrum sextum Pontificem Maximum.

ET si christiana omnis respublica electiõe Romani Põtificis quẽcũq; eũ tandẽ esse cõtigerit: gaudere semper iure/ ac lætari debet. quoniã sine pastore grex domini periclitatur: tamẽ hoc tẽpus est. B. P. in quo profecto redundantẽ lętitiã suam cohibẽre homines nequeunt: q; is tu nobis pontifex maximus contigisti: cuius & prudentiã & virtutẽ diu Romana respublica ecclesiaq; maximis/ arduisq; in rebus experta admirataq; semper est. Verum Senensi ciuitati hoc est reipublicæ nostræ ad cõmunẽ hanc omniũ christianorũ propriæ quoq; & peculiares accedũt lætititię causę. sic vt pœne a sedibus cõmouere se ipsa/ & sua quadam voce gratulatũ venire ad te: tuisq; se aduoluere sanctissimis pedibus velle/ac gestire videatur Sed quoniã hoc facere eã natura non sinit: nos ad te ciues suos. B. P. publicæ gratulationis oratores misit: qui scilicet in hoc celeberrimo/ gratissimoq; nobis munere totius ciuitatis impleremus. Gratulamur igitur tibi Alexander sexte Romane Pontifex: q; ad rerum humanarum fastigium subuectus: immo ad diuinitatẽ ipsam plane sublatus: omnia prẽter deum minora/inferioraq; te videas: sic vt reges etiã ipsi & principes adorare submissi vestigia tua & puluerem pedum tuorũ lingere nõ modo nõ dedignẽtur: sed loco etiam præclari muneris cõcupiscant. Gratulamur & christiano gregi: cui tu videlicet is pastor diuina prouidentia datus es: vt illum facile tutũ/securũq; prẽstiturus: & a furum insidijs/& a luporũ incursibus videare. Gratulamur quoq; nobis ipsis hoc est Senensi ciuitati priuatis quibusdã gratulandi causis: quas proxime suo loco cõmodius attingemus. Post hoc aũt obedientiã tibi humilem/ac deuotũ obsequium vero Christi in terris vicario: quãta maxima possumus veneratione exhibemus: paratosq; semper forte pollicemur etiã vitã ipsam/& sanguinẽ: vbi opus sit, p in eo luminate/& dignitate sanctitatis tuæ/ Romanæq; ecclesiæ, pfundere. Tum ijdem & sentimus/& clare profitemur hoc obedientiæ officium nõ ad gratiã vllam: sed ex debito tibi esse offerẽdũ sic vt a quoq̃ mortalium sine summo scelere/ sine grauissimo periculo prætermitti neq; possit/neq; debeat. Nam si rerum natura ordine quodam miro/& pulcherrima varietate distincta est: sic vt a summo ad imum per medios quosdã gradus/diuinitatis imago refulgeat: quanto hic ordo magis atq; hæc varietas nexa inter se apta/& congruẽs in ecclesia ipsa cõspici/atq; eminere debet: quæ prorsus naturã transuolat: omniq; impetu

conatuq; suo tēdit ad grām. An vero triūphās illa in cœlis ecclesia: ordine miro fulgebit angelorum: quorum alij alijs præfecti subiecti ve sint: Hæc vero militans ecclesia ad illius exemplar in terris instituta incondita erit: & carebit ordine? Et quo pacto igitur terribilis erit: vt castrorum acies ordinata? Aut quomodo omnino acies: nisi in ea ad vnū quasi imperatorē diuersi quidā ordines alijs alij gradatim sed parētes: vel imperātes redigātur? Siquidē vnitatis vnius ipsius quæ maxime in ecclesia quęritur cōgruentior causa est: vnus q̄ multi: quo circa ille etiā rerū naturæ sagacissimus interpres Aristoteles vbi diutius optimā præstantissimāq; regendę/ac gubernādæ vniuersitatis rationē quæsierat: sic Homericis tandē verbis exclamauit: rex vnicus est: rex autē/& princeps noster haud dubie Christus est: cuius in terris locum vertex apostolorū Simon obtinuit: etiam Petrus ob id appellatus: q; super eū domin⁹ quasi super petrā ecclesiam suam fuerat ędificaturus. Huic & claues cœlestis: terreniq; regni: & potestatē Christ⁹ illam immensam tradidit: vt q̄d ligaret in terris/aut solueret: ligatum solutūq; etiā foret ī cœlo. Hic est cui ī cœlū ascēsur⁹ mādauit vt oues pasceret suas: quo verbo vicariū/successoremq; eum sibi & instituit/& cōsecrauit. Hic est etiā quē venire ad se super mare ipsum relicta naucula iussit: quia nō nauē hoc est ecclesiam vnā sicuti alij suā quisq; sed mare: hoc est sæculū ipsum susciperet gubernandū. Hic est etiam cui dixit vni vt se sequeretur. Hic idem vnus linteū illud cœlo demissum vidit quadrupedibus omne genus serpentibus volatilibusq; refertū: ac surgere/occidere/ & manducare inde visus est: vnde etiā merito de illo mater decantat ecclesia. Tu es pastor ouiū: princeps apostolorū: tibi tradidit deus oīa regna mundi: vt igitur hęc oīa in pauca conferātur/& ordinē habere militās ecclesia debuit: & is ordo ad vnū quasi caput fuerat referēdus: & totius ecclesiæ caput/ ac fundamentū Petr⁹ est apostolus. Sed quando ecclesiam suam Christus instituit: vt non protinus euanesceret: sed ad cōsummationē sęculi vsq; perduraret: dubitandū nō est: quin potestas illa tanta in ipsius quoq; Petri successionē: quasiq; e posteritate descenderet: Oportuit em̄ (vt Paulus inqt) tā diu hanc durare potestatem: q̄ diu ecclesia ipsa ædificatione indigeret. ædificatione autē adusq; finē sęculi indiget: in quo electorū numerus cōplebitur. Iure igit̄ ꝑ patrib⁹ tuis nati sunt tibi filij canim⁹ in ecclesia Cōstitues eos principes super omnē terrā. Neq; em̄ fas erat: vt ordo ille apostolicus a sapiētissimo Iesu Christo institutus in sui statim primordio deficeret. Sed quis rogo verus Petri successor? An alius q̄ romanus pontifex? Non em̄ episcopi sedes est in qua primo: sed in qua postremo sederit. Petrus autem Hierosolymis: Antiochiaq; relictis

Romã iubente domino: Romã hoc est in locũ pascuæ suæ properabat: ibi ad extremum vsq; vitę spiritũ pastoris functurus officio.
Q; si Petrus loco domini semper. si Romanus pontifex petri successor: & Christi vicarius in terris est: profecto iure diuino caput omnes tibi sancte pater: & genua inclinamus: omnesq; tibi tanq̃ ipsi domino Iesu Christo obtemperamus: tãtamq; tuã. B. P. esse potestatem fatemur: vt iudicia quoq; tua firma immobiliaq; permaneant: quasi deus ipse per te iudicet. Nec autem potestas ista conferri homini ab homine tanta potuit: sed ille solus contulit qui Romanã ecclesiam solus fundauit: & supra petram fidei mox crescentis erexit: quiq; beato Petro æternæ vitæ clauigero: terreni simul & cœlestis imperij iura commisit Quapropter Apostolicæ Sedis iura: priuilegiaq; sic alteradices: atq; ita in solidum egertum: vt transferri: cõmoueriq; nõ possint. Trahere fortasse tentabit quispiam: sed eas non viribus vllis rumpere: nec duro poterit conuellere ferro. Si autẽ in veteri lege tantus pontifici honos diuino imperio habebatur: vt qui iussa illius detractaret extremo supplicio afficeretur: quid nobis faciendum Christianis nomẽ illius gerentibus est? qui sic vicarijs suis locut⁹ est: q vos audit & me audit: qui vos spernit. & me spernit? Læsæ ꝓfecto diuinæ maiestatis crimen incurrit: quisquis dum christianũ se asserit: sedi isti apostolicę obedire contẽnit. Verum sit alijs cõmunis hæc & publica: nobis aũt hoc ẽ Senensi ciuitati priuatæ quoq; sunt. & propriæ huius pręstãdi officij causæ. Nam & Romana semp ita nos ecclesia ꝓtexit: vt illi vni libertatẽ: dignitatẽ: incolumitatẽq; nostrã debeamus. Et tu⁹ ille sedundum carnem patruus in pontificatu autẽ ꝑdecessor sanctæ ĩmortalisq; memorię Callistus eius nominis tertius toto eam sui pontificat⁹ corpore atq; omnibus ecclesię Romanæ viribus auxiliante etiã diuinæ virtutis principe Francisco Sphortia ab Iacobi picinini incursu impressione neq; defendit. Idemq; æneam Piccolomineũ nostræ ciuitatis hominẽ doctrina & nobilitate pręstantissimũ pręsulem tunc Senensem in amplissimũ fratrum suorũ Cardinalium collegium cooptauit. Quiquidem post eius obitum statim successor idem in pontificatu electus & pius vere nobis: & secundus fuit: quippe q rempublicam nostrã pene ab interitu ad vitã reuocauit: viribus firmauit: auctoritate munijt: dignitate auxit: opibus honestauit. vt ne plura q dẽ: aut maiora optare a superis nostra ciuitas auderet. q̃ quot in eã pius ille põtifex: quãtaq; cõtulit. Enimuero si referri oĩa ad suas cãs debẽt: sicuti certe debet: ꝓfecto q; viuimus: q libertatẽ nr̃am tuemur: q dignitate/gr̃ia/diuitijs aucti Senenses decoratiq; sumus: nulli post deũ neq; magis /neq; pri⁹ q̃ patruo illi tuo adorandæ nobis memorię Callisto acceptũ referim⁹.

236

A'quo videlicet tanq̃ a fonte quodã perẽni: tãta illa in nos /tanq̃ af-
fluens oim rerũ felicitas redũdauerit. Nec vero ingratus:aut imemor
accepti a Calisto beneficij pius fuit:sed expeditionẽ quam ille aduer-
sus imanissimũ turcæ gentis tyrannũ susceperat:obitu interpellatam
statim vt ipse ad pontificatũ adscit⁹ est: ita nauiter continuauit: vt in
ipso molimine/apparatuq̃ rerum vitam efflauerit:nihil sibi neq̃ ad sa
lutem certius:neq̃ ad laudẽ maius existimãs: q̃ si sanctissimi illius sa-
pientissimiq̃ põtificis promotoris/decessoriq̃ sui vestigijs institisset
Cæterũ illis forsitan importuna mors tãtum illud decus ob idipm in
uidit: vt hæc ad te laus integra/illibata / indefloratq̃ descẽderet. Nã
sapientia singularis cuius tã multa experimẽta tot annis sacri princi-
pes senatus dedisti:& præstans animi magnitudo:qua mortales cre-
deris omẽs antecellere: & ætas ipsa pariter auctoritati retinendę labo
ribusq̃ ferendis idonea:& vigor iste tuus oculorũ ac vultus: plenæq̃
dignitatis:plena maiestatis facies:ac totius corporis viuida q̃dã vis
& solidũ robur. Tum istud ipsum Alexãdri nomẽ oibus orientis po-
pulis formidabile.quod tibi credo nõ frustra : sed diuinitus adoptasti
magna quædam de te nobis rara/ardua/singularia/incredibilia /inau-
dita pollicent.Nõ em̃ dubitat quin receptura /retẽturaq̃ ius maiestatẽ
q̃ suã Romana ecclesia sit:quin virtuti & bonis artib⁹ bonos te põtifi
ce sit habendus ac viri docti disciplinisq̃ oẽ genus ingenijsq̃ floren
tes p̃mia laborũ sint vigiliarũq̃ laturi : quin principes oẽs christiani
arma quibus inter se nũc impie sęuiunt cõtra Maumeticã potius rabiẽ
impulsu/auctoritateq̃ tua conuersuri sint. Tibi em̃ tibi laus hæc vere
Alexandro debet nõ magno:sed maximo nõ regi:sed põtifici. Tũc
enim vere tu pastor:cũ beluas illas teterrimas tot annos christianorũ
hoc est:tui gregis cruore:& cædibus pastas:totiq̃ quotidie Italiæ atq̃
adeo sedi iiti tuę sanctissimæ rabidis faucibus ihiantes baculo isto di
uinæ potestatis repelles/abiges/ cõtundes.Q d̃ vt fortiter aggredi cõ
stãterq̃ nõ dubites en ipa tua te patria pulcherrima illa Hispania nũc
maxime adhortatur:quæ quasi reb⁹ tuis pręludẽs regẽ/reginãq̃ suos
diuinis honoribus efferendos alacri studio in bellum secuta maximis
quidẽ laborib⁹ & periculis/sed maiore pfecto laude gloriaq̃ barbariẽ
illam truculentam.& fœdã nostris totiẽs cladibus triũphantẽ Europę
tandem finibus exturbauit. Sed quid ego hæc apud te summe ponti-
fex:quasi vero aut meæ partes sint tui adhortãdi: ac non potius ado-
randi:aut tu stimulis indigeas vllis incitandusq̃ cuiq̃ sis:qui tua spõ-
te nihil vnq̃: nisi arduum/nisi excelsum / singulare : vel cogitas / vel
moliris.Quare finem dicẽdi faciã:si prius rempublicã nostrã deditissi
mam deuotissimãq̃ tibi sancte pater cũctis animi & cordis viribⁿ sup

pliciter cõmendauero : quę nõ minus Alexandro sexto põtifice maximo nunc exultat: q̃ olim Alexandro tertio ciui suo Romano item pontifice exultauit. illo qui Federici imperatoris veniam petẽtis cervicem pede calcauit. Nam neq; dubitamus qui tuti semp sub vmbra alarum tuarũ Senenses futuri sumus: sicuti sub aliorũ pontificũ præsidio fuimus hactenus: & bñficia cõmodaq; nec pauciora abs te nec minora prorsus expectamus: q̃ olim a patruo illo tuo sãctissimo põtifice acceperimus. Reliquũ est: vt deũ optimũ maximũq; precemur vt fœlix: faustũq; tibi sit semp q̃quid agas quicquid cogites: vtiq; in ista sublimi cathedra sedẽs: atq; imperans annos Petri pcul excedas: quo videlicet oues tuæ vocẽ agnoscẽtes tuam: tutę vndiq; sub tanto pastore & saturę diutina securitate perfruantur. Dixi.

Pro oratoribus Florentinorum ad Alphonsum Siciliæ Regem.

AVdito Ferdinãdi sapientissimi regis obitu florẽtina ciuitas inuicte Alphonse rex: nõ minus cõsternata est/ q̃ si ipsa quoq; tecũ parente indulgẽtissimo esset orbata. Nullũ em ab eo nostra respublica vel studiũ/ vel officiũ desiderabat: qd̃ prę stare vnq̃ Pius genitor etiã charissimis liberis cõsueuisset: vt q̃ eã totiẽs & cõsilio iuuerit: & opibus defenderit/ & auctoritate muniuerit: Itaq; in cõmuni quasi luctu nos ad te ciues suos venire iussit: vt tecũ gemitus/ lamẽta suã vicem cõferremus: cui postq̃ muneri satisfecisse mus. tũ colligere nos ea tecũ pariter mãdauit: quib9 cõmunis dolor si nõ penitus tolleretur/ at certe minueretur. Multa autẽ sese nobis offerunt quę nimium luctũ quasi suo iure castigent. Sed illa in primis q̃ perpetuo quodã tenore felicitatis est vsus: dũ vixit Ferdinãdus: q̃ exitum habuit facilẽ: nõ annis melioribus fraudatus: non fastidia tristioris senectutis expertus q̃ superstitem sibi gloriã reliquit: sic vt iustitię/ sapientiæ/ cõstantiæq; fama: quæ propriæ regię sunt virtutes nemini etiam veterum cõcesserit. Ad hęc regnũ tibi tradidit: hoc est cui maxime debuit: cui maxime voluit opulẽtum: trãquillũ: pacatũ: viris/ armisq; florẽs. Tibi inquã regnũ hoc tradidit Alphõse rex maximo natu filio: tot reb9: tot bellis exercitato: quem totiẽs victorem complexus est/ totiens triũphantem prosecut9: cuiq; viueus adhuc regni totius habenas domi/ forisq; tradiderat: cuiusq; vigilãtia fret9 in vtram vellet autem (qd̃ dicitur) ociosus dormiebat. Quos autem tibi fratres genuit? Q̃ quidem sentientes? Q̃ etiam semper vnanimes? Quem vero etiã nepotẽ vidit ex te natum: sibiq; cognominẽ regię vere indolis iuuenem? Iam castris regendis idoneum miris excellentẽ virtutibus: expressissimã quãdã (vt vere oẽs dicũt) imaginẽ vultus/ animiq; tui. Mitto necessitudines alias/ amicos/ socios/ adiu-

menta: pręsidia: stabilimētaq; regni tanta: mitto populariū studia quę prius etiā per se prompta: tua tamen quoq; liberalitas euocauit. Hęc igitur atq; alia: quæ breuitatis studio prętereo: cū tot tātaq; sint, vt neq; plura neq; āpliora optare homines pudentes audeant a superis: ingrati profecto simus: si non ratiocinetur: quę reliqui sūma fiat. ac saltem bona ipsa cum aliis compēsemus. Reliqum est rex magnanime Alphonse: vt rei publicę nostrę nomine: quę tibi deditissima est omnia polliceamur: demusq; fidem nunq; Florētinos tuos vlla in re quæcūq; sors ceciderit defuturos. Dixi.

Pro oratoribus Florentinorū ad Alphonsum Siciliæ Regem

QVanta nos affici lætitia credis: quāto esse gaudio pfusos inuicte Alphōse rex: cū tāta oīm alacritate, studioq; populorū tenere te pacatissimū regnū moderariq; videm⁹ Q d inaudita quadā virtute tuus ille diuinissim⁹ auus peperit. qd in credibili sapientia prouidentissim⁹ pater gubernauit. Et em si votis optandus rex fuisset nō alium profecto: quicūq; rebus Italis fauent a superis poposcissent: q eū principē: qui ductu imperioq; suo dissentiētem Italiā pacauisset. Idemq; feras illas & sanguinarias Turcorū nationes: tot cōtentionibus, tot prælis: tanto labore: tanto etiā periculo a nostris iugulis: a nostris ceruicibus: a tēplis: ab altaribus depulisset: q deniq; res aduersas fortiter: secūdas moderate ferre: vtrāq; fortunā expertus didicisset. Atq; hę bellicę quidem laudes quēadmodū tuę sunt Alphonse rex proprię scilicet et peculiares: ita illę pacis artes certatim sibi te vindicāt: fides: iustitia: grauitas: altitudo ai: moderatio: cōstantia: tum liberalitas: indulgentia: clemētia: comitas effabilitas: humanitas: quę maiestatem pariter & gratiā cōciliant Et cum mortales omnes ad te amādum, colendūq; alliciant: regii tū Diadematis fulgori nihil officiūt. Iam quātum ingenio, quātum cōsilio valeas quis ignorat: Memoria certe rerū, verborūq; tāta tua esse dicitur: vt pene prodigio similis habeat. Litterę autem tā multę: tāq; elegantes: vt illustrare etiā professores ipsos atq; hoc vnū semp agētes abunde queant. Itaq; si nunc Socratic⁹ ille Xenophō reuiuiscat minime dnbitandū sit: quin Cyro illo præterito te sibi vnū deligat. Alphonse cui⁹ ad exemplar imaginē perfecti regis, atq; oībus absoluti numeris effingat. Merito igitur gratulant tibi omnes quicūq; rēpublicam Italorū saluam cupiūt. Sed in cōmuni lætitia vehementi⁹ tamen Florētina ciuitas exultat sic: vt vix capere animis inexplebilem lętitiā possit. Quę tam multis vltro, citroq; meritis atq; officijs diuiam se tibi rebusq; tuis inenodabili vinculo copulauit. Ipa medi ussidius tecta vrbis & mœnia nobis huc proficiscētib⁹ gestiebant: &

qd rerũ natura uon patitur reuelli pene a solo vrbs/& cupere ipsa no biscum ire ad te gratulatum videbat:q; quoniam non potuit nos tñ potissimũ ciues suos publice misit : vt isto nobis gratissimo munere defungeremur:quo etiam priuatim tibi moribusq; tuis:& esse & fuisse deditissimos intelligebat. Gratulamur igitur tibi rex inclyte publco patrię nomine gratulari(si loc⁹ ferret)etiã priuato:tibiq; & tuis diem illum quo regno patrio atq; auito inaugurat⁹ es auspicatissimũ esse volumus/ac deum optimum maximum ꝑcamur vt prosperis initiis rerum tuarum perpetuum diue fœlicitatis tenorem/ac postremo secũdissimos exitus accõmdet. Dixi.

Pro prętore Florẽtiuo ad Dominos ineũtes summũ magistratũ.

Laudanda hęc in primis cõsuetudo a maioribus vr̃is tradita Magnifici potentesq; domini: vt apud vos Vrban⁹ prętor summũ ineũtes magistratũ de iusticia verba faciat. Quo videlicet vna opera & vos officii vestri admoneat/& ipse sui reminiscat. Nã qui iustitiam colit:eũ necesse est vt virtutes etiã cęterę comitent. oĩum quippe nutrix & mater iustitia:quæ si in animis versetur sapiẽtia:si in corporalib⁹ bona valitudo:si in domo cõcordia: si in ciuitate pax:si denique in mundo prouidentia nominatur. Hãc q̃ habeant hi nec metu perturbantur/nec pudore cõfunduntur: nec sollicitudine carpũtur: nec angoribus excruciantur: sed ipsi sibi cõstãt & quę sincera voluptas est trãquillo animo semper & quieto perfruũtur. Itaq; gens indorũ:qui Pedalii vocãtur:nihil a dijs aliud in sacrificijs q̃ iustitiã poscebant. Qua vna impetrata omnia se adeptos arbitrabant. Sed cum tueri iusticiam mortales omnes debeãt : tũ vr̃um in primis hoc munus excelsi/potentesq; domini. Quorũ qui prim⁹ est ipso se nomine iustitię ferre vexillum ꝓfitetur: vt qui deinceps eũ sequimini nihil aliud omnino aut esse:aut dici q̃ eiusdem iusticię milites fortissimi/ac ꝓpugnatores acerrimi deebatis. Nihil igitur verbis aut meis opus est vobis:aut cuiusq̃. Si locũ/gradumq; & ordinẽ istũ cognoueritis:in quo vos senatus/populusq; Florẽtinus collocauit Quo circa finem dicẽdi faciã:si pri⁹ illud epitecti stoici dictũ vestris auribus ingessero. Nemimem recte aliis ius dicere nisi qui iudex pri⁹ ipse in semet fuerit. In Fesulano Rusculo. M.cccc.xciij.

Iusticia.

Pedalij.

Hermolai Barbari in Paraphrasin Physices Themistij Prefatio ad Antonium Galateum.

Philoxenum Erixidis & Gnathonem siculũ gulæ ꝓceres: imo vero extremos:ac perditos gulones/cupediuorasq; i famãt litterę:q; cõuiuiis adhibiti emũgere se i pultariis soliti essent:vt abstinẽtib⁹ cęteris soli epulis ampliter fruerentur. Idem

mihi videntur peccare: qui studia liberalium artiũ docere: aut scribere ingressi: vocabul' sordidis: & ex intima plebei sermonis fece acceptis fœdãt & cõtaminãt omnia: vt bonis mẽtib⁹: & p̃claris ingenijs aut auersis: aut perterrefactis soli rerũ potiant̃: voluptenturq; citra æmulũ. Ita fit: vt qui Paulo modo humanius educati, institutiq; sũt nõ reformident hęc adeo: sed fugiant, oderint, despuant. Contra rudissimus quisq; infantissimusq; admoliri manus iis audeat. Q d nõ cõtingeret: nisi q (vt in puerbio est) balbi balbos intelligũt. Ac sũt quidem nũ nulli tam male affecti, animatiq; vt putent quæ in philosophia: mathesi: iuris scientia tractantur: latinæ dici aut explicari nõ posse: non tam propter egestatem linguę, & rerũ nouitatẽ (vt Lucretio videtur) q̃ q̃ sentiũt humanas litteras: quasi negotiũ facessere: & impedimẽto esse maiorib⁹ doctrinis. In quo alii etiã importuni⁹: stolidiusq; affirmant pugnantia esse hęc nõ alio genere: q̃ ea quæ disparata & cõtraria aientibus dicũtur. Proinde vitio vertũt: si qui vtrũq; aut iunctim condiscat: aut ab eloquẽtiæ studiis se ad philosophiam cõuertat. Hi sunt q plausus modo in celebritatib⁹ captant: qui per vrbes vehũtur cõspicui: qui vnicos se Aristotel' lectores: narratoresq; et crẽdũt, & p̃dicant. Durius fortasse, verbũ: q̃ vt vel homo minime iurgiosus, ĩmodestusq; afferat: vel vt abesse ab eo ĩuidia possit. (Sed fortis fortuna) dicendũ est. Nihil æque perniciosum in omni republica est: q̃ ista persuasio: nihil tota vita incõmodius, indigni⁹, fœdius q̃ puerilio hęc & deprauatio studiorũ. Addicerem hoc necessariis rebus & testibus: sed nolo esse longior in re nõ dubia. Illud nõ possum tacere: hoc qd vulgo creditur: philosophos, non esse rebus gerẽdis aptos, nauosq; nõ aliunde habuisse ortũ: q̃ q̃ ex iis plurimi: dũ se totos ponunt in vna illa: cui addicti, sunt arte: asperantur, & deserũt cætera: eloquentiam abdicant. Id est cultum & elegantiam vitæ. Historiam negligunt id est magistram, & ducem bene ac beate viuendi: de qua et vsus rerum omnium prouenit: & peritia tota reipublicæ administrandę, constituendęq; paritur. Hi cum legati ad externos mittũt: cũ prętores iuri dicundo sedent: cũ in senatu sententiã rogãtur mirũ nõ est: si aliquãdo præsentibus risum excutiũt: si fatua: si delira: si extrema deblaterant: si tota eorũ nõ plus incompta: q̃ imprudens oratio est. Et Hercules, nullum hominũ genus visitur, tam abhorrens a sensu cõmuni: tam distorto & corrupto iuditio: q̃ q̃ aut philosophiam: aut ius ciuile: sine litteris cultioribus adierũt: sed mittam⁹ obsecro hos: qui nõ verbis, sed ferula cõmonẽdi essent. Nisi q senex est psitacus negligit ferulã. Prius tñ q̃ hinc decedo de genere hocita statuo: quẽadmodum luscitiosi exquisitius cernũt vesperi: q̃ interdiu:

ita hi facilius præpostera/& confusa: q̃ recta & explanata percipiũt ea quẽadmodum qui misere degũt (vt inquit Plato) dicũt humanũ genus felix ac beatũ esse non posse: ita qui diuersum a musis ingeniũ obtinent: negant habitare eas posse in quibus ipsi artibus versent. Cæterũ hortor te mi Galatee vt adolescẽtibus istis vestris nouitios philosophos cum veteribꝰ cõferas: pensitesq; vt quãtum intersit intelligãt. Incũbe omni studio/labore/dexteritate/prudẽtia: vt opinionem illam. de qua superius dixi: quæ fere in hominum mẽtibus obduruit/aut discutias/aut mollias. Ita eñ & illos priuatim & litteratos omnes incõmune promeritus fueris. Multũ te in hoc iuuabit Pãtanꝰ noster: cuiꝰ tanta est vel doctrina/vel auctoritas/vel vtrũq; vt sperare sit eũ (si vires intẽderit) talẽ huic malo futurũ: qualis aut spingi ædipus: aut hydræ Hercules fuit. q; si quos nactus fueris egregie pertinaces (sunt eñ & in volucrũ/& i terrestriũ genere animalia quæ fœtidis gaudeãt) ad hos tu ceu aui præpostera ortos lustratos: & intemperiis actos/ac plane positos/deploratosq; ne manum quidẽ admoueas. Nũc restat vt de meipso tibi aliqua dicam. Mirari te nolim si infinitos errores: quos isti partim imperitia linguæ. partim Aristotelicæ disciplinæ inscitia prælegũt/& defendũt in scholis: inõ coarguo. Nec eñ hanc prouinciã suscepimus scribendi res physicas: vt cum illis tanq̃ in palęstra (vt dicitur) certarem de laude/& gloria: quippe quos vincere nullũ negociũ sit: sed vt vel nobis ipsis cõmẽtarem. Hęc si nullos habituri lectores essemus: vel si quibus idem qui nobis stomachus esset iis ad bonas litteras aliquid opeculę adderem. Nec eñ spiritus magis magnos in hoc q̃ vtiles (vt ille inquit) afferimus. Nec de nobis quicq̃ magno pere arduum pollicemur: sed quędam tñ inuenisse nõ negamus: quę aggredientes ad hęc tantis per morari nõ inuenta potuerint. Illud tẽpus est in calce vti dicamus: nos tibi interpretationem in paraphrasin phisces pro nostra veteri/ac stabili necessitudine volentes dicasse. Alioquin dicaturam hãc stipulat a nobis es. Cum essemus istic: Oppineratam tibi fidẽ reluimus q̃ q̃ præscriptione vti poteramus & fori/& decẽnii. Sed beneficio harum legum renunciãt philosophi: quibus in fraude ponitur vel furioso abturare gladium. Vale. Venetiis. M.cccc.lxxx.

Hermolai Barbari in Paraphrasin Themistii peripatetici Pręfatio ad Sixtum quartum Pontificem Maximum.

QVi tibi studiorũ suorũ opera nũcupãt Sixte Põtifex summe quarte: alii id agũt: vt te vtcũq; sibi pmereant: alii vt fructũ aliquẽ sẽtiãt iudicii tui de se: alii vt abs te tñ pbẽtur alii ob alias causas. Ego vero hęc tibi dedico. Tũ vt meã in te obser-

uãtiam pręsertimq; Zachariæ patris: qui istic ad te pro Venetis agit legat⁹: agnoscas. Tũ vel maxime: vt te pro fide ea (q̃ a me tibi vt prĩcipi meo debet̃ summa) instituti illius tui preclari & diuini cõmonea qd̃ protinus q̃ creatus pontifex es: flagrãtissime amplex⁹ videris ad iuuãdi/prouehendiq; litteras: quę pculdubio sine auctoritate & diligẽtia doctissimi principis: aut interiturę penit⁹ videbant̃: aut ad pristinã barbariẽ redituręę. Nã & ingenia vndiq; cõduxisti: & bibliothecam opulentissimã ære tuo impẽsaq; publicasti. Nũc te obsecrãt: obtestanturq; bonę oẽs artes: ne (quę tuæ maximę occupationes sunt) negligẽtiuscule in posterũ habeant̃. Frrãt qui credũt grauius esse cũ quibuslue hostibus: q̃ cũ imperitis/& indisertis bellũ. Intestinũ hoc et intra parietes/ac perpetuũ. Illud externũ/tẽporariũq;. In eo libertas: ĩperiũ: vita sub alea est. in hoc labes animi certa. Per illd̃ desinas viuere: vt res pessime cedat. Per hoc viuas oĩno: sed viuas non hõ. A barbaris: a feris: a vulgo differimus: q; litteras habem⁹: illi nõ habent. Cęteris vincimur. Tolle hoc discrimẽ: deteriores sim⁹: q̃ barbari: q̃ feræ: q̃ vulgus. Hoc tibi (qd̃ cœpisti) Spectandũ identidẽ/p̃mẽ dũq; assidue ppositũ est. Nullæ sint cogitationes tuæ tã multę: tã arduę q̃ curã tibi hanc/aut excutiant/aut offundãt. Sub Nicolao prinpe exercere se/ac reuirescere studia cœperũt. Nisi tu (qd̃ facis) facere perseueres: necesse est consenescant denuo atq; decedant. Igitur Themistium e familia Aristotelis elegãtem philosophum: ad te in latinũ sermonem couerti: ratus non ingratissimam tibi rem me facturum: si philosophia ea (quæ de natura est) latinis litteris quanta modo legitur in scholis contineretur. Videbam nihil incultius/horridius/ineptius: q̃ partẽ istã litteraturæ haberi. Placuit piclitari in Themistio an istæc quoq; proprietatem & lucem Romanæ linguæ reciperent. Oppido q̃ laboratũ mihi in hac interpretatione est. Nõ tam q; nihil iuuari ab iis auctoribus potui: qui Aristotelẽ cõmentari fœde: ac barbare pridem sunt: q̃ q; ne ab illis quoq; qui ætate nostra latinam eloquentiam progressi gręca eius philosophi commentaria trãstulerũt Horum plęriq; dum alienam inscitiam insectantur: suam prodidere. Adeo omnia ab iis peruerse/deprauateq; sunt perstripta: vt si quis interpretationes eorum cum illis veteribus conferat: quas reprehẽdũt vel in aliqua Aristophanis libra: aut Critolai appensas exanimet: vtræ earum vergant. internosci non possit. Percẽserem singillatim: quæcunq; peccassent: nisi plura eorum essent errata: q̃ verba. Alioquin non incessendi quemq̃: lacerandiue studio: sed iuuandi bonas mentes hæc scribimus. Magnam/incomparabilemq; iacturam iampridem fecimus Pontifex maxime in Theodoro Gaza: qui vir græ

eus latinos omnes in hoc munere scribēdi/interpretādiq; superauit? Is si diuti⁹ vixisset: linguam latinam hac quoq; parte locupletasset. Qd & fecit in libris illis absolutissimis de animalibus Aristotelis: & Theophrasti de stirpibus. Hic vnus mihi certare cum vetustate ipsa visus est: hunc mihi quem colerem/quē imitarer proposui. Ab hui⁹ scriptis adiutum me & fateor/ & prædico. Hunc ego non magnope incuriosius legi: q̄. M. Tullium. Plinium. Columellam. Varronem Senecam. Apuleium. & cæteros: quos in hoc genere cōmentandi diligenter euoluere necessarium est. Ne ille quoq; minimus labor noster fuit: qd in iis libris vertendis: nō modo non expressimus verbū e verbo. qd interp̄tes indisertos solere Cicero meminit. Sed libere/& translationibus/& figuris/& tropis vsi sum⁹ ad morem Romanum sensibus stantibus. Lusimus arbitratu nostro: sed sententiā integrā dedimus auctori. Tantum vero abest: vt aliquid prætermiserimus/ dissimulauerimusve: vt illd piculum sit: ne q; eruditioni impēse studuimus addidisse aliqua poti⁹ q̄ detraxisse inuisoribus videri possimus. In plenum non tam latinum reddere Themistium q̄ certare cū eo volui. Hęc enim laus (vt ille ait) linguæ latinæ est: vt græcam proprietatem/& gratiam in transferendo: aut æques: aut etiam antecellas. Hoc me non dico assecutum fuisse: sed crimen meum confiteor. Laborauī plane hoc ambitu. Sed an effecerim quod quærebam: alii iudicent. Ipse certe mea nec magnifacio: nec pbo. Sed quid te princeps humanissime oratione longa detineo? Finem faciam: si quędā de Themistio dixero. Is Libanii sophistę/& Iuliani Cęsaris tēporibus floruit a quibusdā abbreuiator creditus Alexandri ex Aphrodisia deest: sed falso. Nam & ab eo dissentit haud timide. Cum collibuit: et ab ordine/ac serie eius euariat. Pręterea ipsemet se paraphrasten Aristotelis facit. Est autem paraphrasis exercitamēti apud thetoras genus. Ea finitur a gręcis hoc modo: vt sit: quæ narrationi proportione respōdeat: aut sic in qua vertimus aliorum scripta. non in alia: quæ humiliora grandioraue sint: vt a methaphrasi differat: sed imparia sensu mō seruato: qd & Fabi⁹ duob⁹ locis sic explicat. Tū mutatis verbis interpretari: tum paraphrasi audacius vertere: qua & breuiare quædam & exornare saluo modo sensu dimittitur. quod opus consumatis professoribus difficile: qui commode tractauerint cuicunq; discendo sufficient. Alio item loco. Sed & ipsis inquit sententiis addicere licet oratorum robur: et omissa supplere: & effusa substringere. Neq; ego paraphrasin esse interpretationem tantum volo: sed circa eosdem sensus certamen atq; emulationem. Dictus est: & a quibusdam Ecphrastes. Est autem. Ecphrasis mera: pu-

Paraphrasis.

Metaphrasis.

Ecphrastes.

Ecphrasis

raq; enarratio. Q d ergo dixim⁹ inter initia doctissime Pōtifex suscē ptum abs te patrociniū litterarum ne desere: cū dico litteras: philoso phiam intelligo: quę cōiuncta cum eloquētia sit. In te eruditio summa/& summa fortuna. Facile sperare possumus tēporibus tuis futurum: vt recta studia volente te (nā potes: nec alius potest) ad dignitatem pristinam reuocentur. Vale. Venetijs. M. cccc. lxxx.

Hermolai Barbari In Castigationes Plinianas ad Alexandrum sextum Pontificem maximum Præfatio.

QVi lucubrationes suas regib⁹ īscribūt Alexāder sexte Pōtifex maxime: veterem cōsuetudinem sequūtur. Nec interest: qua materia: modo nō obscœna. Quādo ea litterarū dignitas & quasi prōgatiua semper fuit: vt dicari eas sibi pricipes & honestū & gloriosum putarēt. Adeoq; nullū gen⁹ fastiditum est: vt Iulius Pollux ad cōmodum Cæsarē de grāmātica. Vitruuius ad Augustū de architectura. Oppianus ad Antoniū de piscibus: Diophanes ad Deiotarū regem de agricultura scripserint. Ego vero Plinianas castigationes: quas legatus romę: necdū sacris initiatus inchoaueram: optimis & doctissimis viris suadētibus perfectas: emissurus: grauissime reprehendēd⁹ fuissem: nisi eas (qualescūq; forēt) numini & maiestati tuę cōsecrassem. Futurū enim erat: vt cum alia/tum illud quoq; diceretur: ideo me tibi eas dicare noluisse: quia nescirē aut q̄ tū semper ingenii s fauisses: aut quo demū animo princeps fact⁹ in bonos/& studiosos homines futur⁹ esses. Nicola⁹ quintus: a te septim⁹ cum ei renunciatum esset: quosdā esse Romę: qui bonos versus facerent: negauit bonos esse. Cur em̄ inquit ad me non veniūt: qui poetis etiā malis pateo? Moleste tulit homo sapiens: in vrbe sua esse: qui litteras scirēt/& nescirent. Quāto mihi iustius tu succenseas pōtifex maxime? si & militię/& sacerdotii iure tibi secūdū deum: maxime deuinctus auctoratusq; testimonio tuo sępissime ornatus: patrocinio adiutus/ auctoritate seruatus: cōmisero: vt labores mei (quicunq; sit eorum Genius) atrati hoc est fine auspicio tuo prodeant? Nam ipse Plinius. si quemadmodum restitut⁹ fere creditur: ita redire posset ab inferis. Cui quæso alij salutem/& dignitatem suā/q̄ tibi commendaturus esset? Quē simul atq; suscepisses periculum non esset: vti (quæ tua fœlicitas & auctoritas est) denuo pessimorum latronū præda fieret. Quinq; milia in eo fere vulnera librariorū sanauimus/aut certe quēadmodū sanari possent ostendimus. dixi librariorū: ne quis aut me parum pudentē esse: aut Plinīū errasse dubitaret. Fuit & hæc vtilitas: q; in Pōponio quoq; Mela: quē nemo ignorat corruptissimū haberi: trecēta fere loca/totidēq; in aliis auctoribus mendosa/ppere

in transitu/atq; aliud agentes correximus. Nec omniũ tamen par conditio/Prodigiosa q̃dã & monstris insignia. Secũdæ tribus aliqua minusq; fœda. Iam quædã ex cõfesso falsa: quædã ad electionem libera. Erunt & quæ tutissimum fuerat omittere: si vtilibus ambitiosa p̃tulisse aut placere magis q̃ prodesse laborassem. Nuda aliqua: & q̃ velut notare inter agnoscentes satis habui. Aliqua paulo plurib⁹ verbis explicata. Passim vero auctores posuimus (id qdẽ verbosum fuit) sed occurrendum erat inuidiæ. Paucissimis exceptis: in quib⁹ tã nõ aleã aut libidinẽ. sed rationem aliquam secuti sum⁹. Nec mihi fiducia ẽ: vt (qd̃ Fabius quoq; dixit) ea sola esse contendã. Scio quędã inuenturos ad huc qui sagacius indagare voluerint. Vtinãq; sit temp⁹ vnq̃: quo nr̃a hæc & leuia: & parum necessaria fuisse videantur. Ego vero tametsi quãtum mediocritate valui: summũ in ijs quærẽdis & exponẽdis studiũ adhibui. Quia tum nec scire omnia p̃fiteor & cõniuere multo sæpi⁹ atq; falli proprium est hominis: parat⁹ sum: si vllo vnq̃ opere in hoc præcipne: qd ad bonorũ iuuenũ aliquam vtilitatem cõponit: non pudorem modo adire deprehensus: sed & culpæ satisfacere. Reliquum ẽ Pontifex summe: vt Pliniũ: & in Plinio litteratos omnes fidej tuæ creditos: ita tueare vt omnes intelligant te nõ modo religiõis: sed etiã studiorũ & bonarũ artiũ esse principem. Falleris/si aliũ fuisse põtificem existimas: de quo sibi omnis ordo: sexus: ætas: vel maiora: vel plura sposponderit. Assentari nesc io: & si sciam nolim: Ridiculi sunt: nec animi tui magnitudinẽ intelligunt: qui ea te prędicant fecisse: q̃ nou⁹ priceps nõdũ facere potueris: imperiũ p̃mouisse: auctoritatẽ sanxisse innocentissimas man⁹ habuisse: religiõis & iustitiæ pertinacem fuisse. Flagitant & interpretant hæc a te: laudari sine adulatione: priusq̃ fiãt nec possunt: nec pateris. Atq; vt hæc ipsa priuat⁹ cumulatissime p̃stiteris. nescio tñ quo pacto pinguiora q̃dã & grãdiora desiderãt in pricipe. Illud citra suspitionẽ captatę gratię testari licet: cum tu maximo rerũ vsu incõparabili prudẽtia suprema gloria. incredibili fœlicitate admirabili facundia prõptissimo ingenio. castissima eruditione polleas facere nõ possunt hoies p̃sertim eruditi atq; studiosi. quin fũma oia de te sibi etiã tacẽte polliceãtur. Hui⁹ autẽ spei suę fructũ satis vberem cõsecutos se putabũt: si Pliniũ sine quo vix potest latina res consistere in clientelã tuã susceperis: atq; ita susceperis vt opinionẽ de illo iã receptã. nõ solũ agnoscere. sed etiã approbare videaris. Cõuelli qdẽ existimatio eius nullo modo põt. Habet in manib⁹/celebrat/colit per suasissimũ est indoctos eẽ q̃bus ille nõ sapit. Vix tñ dici potest quantũ ornamẽti atq; præsidii eminẽtissimo auctori patrociniũ tuum afferre posse videat. Romæ Octauo Calendas Septembris. M.cccc.xcij.

Præfatio Hermolai Barbari: cum libros Aristotelis domi cœpit prælegere: quas lectiones εωθινα vocauit. Cœpit autem mane sub emersum solis fere.

QVod propositum meum esset in hac prouincia: quã suscepi adolescentes optimi: q̃q̃ priuatim & seorsum vobis sæpe dixi tamen nunc quoq; dicendum vniuersis: & in commune puto. Animus est & professio primũ Aristotelis ipsius: tum verba tum sensum interpretari. Deinde qnid expositores eius vtraq; lingua duxerint: referre: sed breuiter: & cũ delectu ita nec onerati: nec inanes abibitis: id qd̃ e conuerso faciunt philosophi ætatis nr̃æ expositores em̃ ipsos magna cura prælegũt. Aristoteles ipse negligitur: quã qdẽ rationẽ docendi vtrũ reprehendam: nec ne: non sum dicturus hoc loco. certe non sequor: sed aliud est reprehendere: aliud non sequi. Illud sine iniuria cuiusq̃ modeste dictum arbitror: eos qui philosophiæ pręcepta tradunt Aristotele postposito: philosophos fortasse magnos & admirabiles dici posse: peripateticos vtiq; vel saltem Aristotelicos nec haberi: nec appellari posse: nisi quis contendat: peripateticę sectæ placita melius ab alijs: q̃ ab Aristotele ipso tradi. Neq; tamẽ deterreri volo quemq̃ si qui sunt e vobis qui pręceptores huic instituto nr̃o cõtrarios audierit: immo gratulari possunt vtrunq; : & q; perspicaciores futuri sunt: & q; facile iudicabunt: quid intersit inter hoc & illud præcipiendi genus. Contra quoq; si qui penitus rudes accessistis nihil propterea desperandum vobis est: nisi potius gaudendũ: quib⁹ cõtigerit incunabula philosophiæ ab ipso protinus Aristotele doceri: & eam statim viam ingredi: quam clarissimi: & castissimi quiq; secutores eius solam nouerũt: alioquin qui putãt hũc aditũ patere nemini q scholas illas philosophię nunq̃ intrauerit: in magno versant̃ errore. quãdoqdem tales scholas nec. M. Varro: nec Brutus: nec Plantius: nec Calcidius: nec Boetius ingressi: non Alexander: nõ Themistius: non Porphyrius: nõ Iamblicus: nõ Simplicius. Philosophi tamen eminentissimi: & Aristotelis interpretes iuratissimi fuere. Sed reuertor vnde sum digressus: credo polliceri vobis posse duas res. Alteram interp̃taturum me vobis intra triẽniũ vel summũ quadriẽniũ Aristotelis oĩa volumina. hoc est quicquid ad dialecticẽ: quicqd ad philosophiã naturalem: quicqd ad trãsnaturalẽ pertinet Itẽ qcquid ad moralem: ad Rhetoricen: ad poeticen. Nam de omnibus iis Aristotelẽ scripsisse cõstat. Quorũ ne centesima pars quidẽ legitur: nec ipsa plane legit̃ videlicet. Nam ex volumnibus Aristotelis centũ & vigintiquinq; aut sex aut septẽ tantũ legunt̃. Alterã effecturũ me pro viribus: vt nihil sit in Aristotele tã difficile: tam obscurũ qd̃ assequi nõ possitis. omẽs intelli

gentia. Reliquũ est vt horter vos non ad hęc studia. Video eũ incitatissimos vos esse: sed vt ad hoc desideriũ vestrũ ardens & cõcitatum afferatis & diligentiã/& constantiã. facile magis cogitamus: vt in auscultatione naturali legiẽ: sed magis facile nõ sequimur. Nihil est tam arduum quo humanũ ingenium penetrare nõ possit. Sed sine labore sine vigilijs peruenire nemo potest ad ea quæ nos a vulgo seperant & a populo. Cauendum autem vobis inter prima est: non dico/ne per ignauiam desistatis ab incœpto: sed ne victi difficultate videamini atq; ita in numero eorũ esse: quos ipsemet Aristoteles a lectione cõmẽtationũ suarũ reiecit. Omnes enim philosophi discipulorum suorum ingenia probabant. Pythagoras ex insomnijs quę per quietem vidissent. Plato in cõuiuijs atq; potu. Aristoteles vtroq; melius ex ipsa sermonis obscuritate ad suam nõ præsentes adeo: sed & posteros explorauit: quasi aquila infantes suos/ vt quorũ oculos cõniuere senserit: præcipit & eschola tanq̃ adulterinos: quorũ vero acies firma contrasteterit: educet/& recipiat: vt legitimos atq; suos. Quãobrem enitendum vobis est vt huius aquilę videamini generosa soboles fuisse: nõ pulli degeneres & eiecti. Cæterum tacere nolo vnũ qđ ego maximũ & præcipuũ ad studia philosophiæ comperi quod quidem qui sequi volet: nemo est ingenio tam retuso/tam hebeti: qui euadere nõ possit ad huius apicem doctrinæ. Quęritis quid hoc sit? Absoluo breuiter: voluptatum fuga: id quod versu quodam græco præcipitur.

γαστροσ μγρ πρωτισταιυπρουκαι φιλοθητοσ.

Quem per iocum nos expressimus paraphrasi.

Venter: pluma: Venus laudem fugienda sequenti.

¶ Sed finem dicendi faciã. Si addidero ijs quę dixi breuẽ sententiolã Nõ sum adeo tardus/nec imprudẽs: q magnitudinẽ huius ꝓfessionis meæ ignorẽ: sed fretus sum non eruditione aliqua mea: sed non nulla fortasse diligentia: vt qđ vel ingenio vel doctrina nõ possum: labore saltem/& cura perficiã propter quæ si sunt e vobis aliqui vel studiosi: vel amantes mei: hanc vnã mercedẽ postulo vt Aristotelẽ nõ dico diligenter auscultetis/sed sic diligatis/atq; ametis/atq; amari quidem & ipse velim: Sed si amare simul duos nõ potestis: Aristotelẽ solũ pro me diligite/atq; amate. amabitur autẽ tunc demũ/cum cœperit intelligi. Illud vero persuasissimũ habetote: nullam vobis maiorẽ voluptatem futurã: q̃ cũ ita familiarẽ habebitis Aristotelẽ: vt libros eius legere cõtinẽter & inoffense valeatis expositioribus nõ consultis. hæc eũ summa ꝓfectus est. Hic finis librorũ vnde fructus ille cumulatissimus & vere beat⁹ capitur: vt cũ ipso plane viuo & p̃sente loqui videamur: sed accedendi tempus est ad institutũ nostrum. Dixi.

242

Oratio Hermolai Barbari Zachariæ. F. Legati Veneti ad Federicum Imperatorem/ & Maximilianũ Regem Romanorũ principes inuictissimos.

Postq̃ litterę tuæ sacer Imperator iocũdissimũ reipublicæ nostrę nunciũ attulere: Maximilianũ celsitudinis tuę filiũ principem Celeberrimũ/& fortissimum admirabili populorũ/& optimatũ consensu lectum & salutatũ esse Regem Romanorum: Senatus & vniuersa ciuitas nostra non contenta id per epistolam fecisse: cõgratulatũ vtriq; nos misit/& in mandatis adiecit: vt magnitudinẽ gaudij sui: qd̃ pro tãta re merito cõcepisset: nõ duobus modo vobis principes inuictissimi: sed Gallię/& Germanię: sed omnib⁹ gentibus/omnibus nationibus testatissimã & conspicuam facerem⁹: Cum quia nihil tam amplũ/tam gloriosum sacratissimæ maiestati vestræ potest cõtingere: quod sibi quoq; p̃ sua in vos obseruantia. fidebeniuolentia cõmune non putet. Tum vero maxime quia cũ christianum nomẽ/& Romanũ imperium hoc altissimo prouidentiæ vestræ consilio diuinitus amplificatum sit: hoc tanto/ & tam cõmuni bono sic afficitur vniuersa nostra respublica vt sollicita sit: admodum ne lętitiam incredibilem suã oratione consequi videamus. Q̃q̃ em̃ Cæsar gloriosissime vt a te primũ incipiam nihil est fere: qd̃ vel a natura/vel a virtute: vel a fortuna sit expectandũ: quin cumulatissime consecut⁹ esse videaris: Et iampridem ea res gesseris artibus pacis: & belli q̃ nomen tuũ æternitati cõmendare possint. Hinc tamen opinione nostra fructũ omnis ante actæ vitæ tuæ maximũ cœpisti q̃ filiũ generosissimũ: qui nobilissimas gentes/ ferocissimos populos/ bellicosissimas nationes nõ minus armis q̃ sapientia vicisset: Regem Romanorũ te viuo renũciari permiseris. Multa sunt maiorum tuorũ Cæsar egregia cũ bello: tũ pace monumenta. quorũ persecutio neq; loci neq; temporis huius est: sed omnia ea vt per se magna sũt/& immortali memoria digna: ita cum hoc vno facto cõparata multo reperiũtur esse minora q̃ præ se ferunt. Ac gesserunt quidẽ illi rem Romanã tam pręclare vt nihil addi potuerit. Sed q̃ diu vixerunt/& vtiq; sibi. Tu autẽ filio tuo ad gubernacula tantarũ rerum promoto: posteritati quoq; cõsulis/ & pluribus in futurũ sæculis prouides ratione inuenta: quẽadmodũ curam publicæ salutis retinere videaris etiã post mortẽ: ratus id qd̃ est: impatoris esse boni: prospicere: ne possit esse malus impator. Principem esse malum: quẽ vitia successoris cõmendent/ & bonum videri faciant. Nã quotus quisq; princeps nõ bonus sit ad alterũ collatus? Cõgratulatur ergo tecum sibi/& secũ tibi princeps eminentissime nõ respublica modo nostra: sed christianus orbis vniuersus q̃ principẽ eũ

quē certatim oēs efflagitabant:& tibi facere:& sibi habere contigerit: Rara & visenda felicitas tua Cæsar beatissime:filium genuisse: quem Galliæ:quē Germaniæ:quē Barbari:quē Romani:quē populus christianus imperatorē optare te viuo:te reluctante nō erubescūt. Dixi te reluctāte. Nam hæc tua diue Federice ꝓpria laus est:nō min⁹ tibi q̄ cęteris moderari. Verebaris audio modestissimus/& grauissim⁹ impator ne si p̄cibus populorū:& principū oīm protin⁹ annuisses: aut charitati patris in filiū:aut ambitioni datū esse iudicaret. Parū tibi videbat pręstare Cæsarē in alios:nisi aduersus teipsum quoq; p̄stitisses:immo qui clemētissimus:humanissim⁹/& facillimus es in cæteros:id qd̄ ego nō famæ credo:sed expertus loquor:in te parū æquus/& duriusculus esse voluisti. Nihil erat apud te fuga voluptatū/& cōtinentia:quas virtutes vno te:nullus ante te magis cōmendauit:nisi & paternū affectū quo nihil esse cōstat in homine potētius:nihil tā legitimū castigasses & cōpressisses. Nec enim vitiū erat in Cæsare: liberos suos: qui & ipsi sunt Cęsares ꝓtinus:q̄ nascūtur:reges esse cupere: quādoquidem nō magis honestū est:regē vocari:q̄ Cæsaris esse filiū. Iā patris in filios indulgētia popularis/& plausibilis quoq; solet esse:nedum:vt vel inuidiosa sit/vel ꝓbosa. Nā in Cæsare cōmēdabilis semp fuit in te veroetiā expetitur:quasi debita. Nec iam indulgētię nomē habet:sed iuris & æquitatis. Quis em̄ est filio tuo/ vel bello:vel pace clarior? quē res aduersæ magis exercuere. Quis prosperis/& secūdis minus intumuit: quis in vtraq; fortuna cōstantior:in labore pertinax: in remissione diligens/ac pręcinctus? Mitto bellicas virtutes:quæ vt in eo p̄stabiles: & eximię:ita nec tēporū sunt oīm/nec locorꝫ. Attingātur pacis artes quæ semper & vbiq; sunt vsui/sapiētia/tēperantia/placabilitas/innocētia/religio/frugalitas. Hę in iuuene vno tā præclaræ:tā eminētes eē perhibētur:vt ne in sene quidē imperatore maiora desiderare posse videātur:futurę prorsus incredibiles:nisi eū ex Austria gēte celebratissima/& filiū tuū esse meminissemus. Quæ cū ita sint:īmortales tibi gratiæ prouinciatim/oppidatimq; habētur: & semp habebūtur Impator cōsultissime:q̄ ꝓ cōmuni bono verecūdiā/ & molestiā tuā expugnari passus es. Ergo bis teipsū vicisti Cæsar inuictissime. Primo cū oblatū filio tuo regnū minime dissimulāter auersatus/ & deꝑcatus es: naturalēq; patris in filios pietatē virtute plus q̄ heroica:īmo diuina quadā mentis/& animi magnitudine superasti. Secūdo cū hāc ipsam virtutē quo modo te vicisses: vtilitatis publicę cōtemplatio peruicit/& impetrauit a Cæsare:qd̄ impetrari nō potuisset a patre. Sed iamdudū mihi Cæsar innuit. Maximiliane Auguste princeps generosissime:vt a se digressus orationē ad te cōuertam. Obtemperabo lubens/atq; lætus:

Cōuersio oīonis ad Maximilianū

cum quia laudes tuas pater æquiore animo: q̃ ſuas audit: tum quia per hunc modum Imperio ſenatus: & deſiderio reipublicæ melius & vberius ſatiſſecero. Ergo maieſtatis tuæ nomẽ apud nos tam celebre ſemper fuit: vt ad diligendũ/amandumq; te propenſos: etiam colendum/ & obſeruandum impulerit. Eſt hic mos reipublicæ noſtræ peruetus/ atq; ſanctus/perniciosos/ & improbos Tyrannos exitialiter odiſſe. Principibus bonis/& fortibus non ſolum fauere: ſed etiam obſequi: dignitatem eorum & amplitudinem omnibus modis iuuare/tueri: defendere. ætate porro noſtra nemo de regum/& principum numero fuerit: quem collidi tecum/ & cõparari poſſe iudicemus: omnino talis/& tantus es apud nos: in quo vel plura/vel maiora: q̃ præ te feras: optare cõminiſci/deſiderare pudor ſit: vt nemo mirari debeat: ſi lætitiã immortalem/gaudium incredibile/ voluptatem incomparabilem: quã te Romano rege declarato concepimus: dicendo repræſentare nullo modo poſſumus. Enitent ac prælucent in vno te: ſed iuuene: mirũ dictu: virtutes omnes imperatoriæ/ iuſtitia/ liberalitas/animi magnitudo/clementia/placabilitas/abſtinentia voluptatum omniũ: & vt complectar vno verbo multa: q̃ immaturum æui te cernimus/tam maturi imperij te cognoſcimus. Peruidit hanc indolis altitudinem Carolus rex belgarum: experientiſſimus belli dux: & acerrimi vir ingenij: qua vſq; adeo exarſit: vt nihil prius habere videretur: q̃ vt vnicam ſibi filiam virginem magnæ ſpei: fœminam lectiſſimã: hęredem multarum gentium/nationũq; futurã: & omnino quã multi reges appeterẽt: obſeruarent: ambirent: tibi vni fere puero: nec vxorio/ nec quærenti deſponſare poſſet. vndeuigeſimo autem ætatis anno cum princeps ille cui mox aſciſcendus gener eras ab leucis/& heleucis interceptus eſſet: ſoceri tui regnum a gallis occupatum: ingreſſus: parua manu: fuſis/& trucidatis ingentibus hoſtium copijs/ ſeruitute liberaſti. vxorem defuncti ducis/& filiam/fortunatiſſimas modo fœminas: tu miſerrimas & exangues: nec plus mœrore: q̃ metu confectas: omni diuina & humana ſpe deſtitutas erexiſti/ ſubleuaſti/ redemiſti. vitam earum & dignitatem/& pudicitiam conſeruaſti: hoc mater: hoc prouincię tanto: & tam immortali beneficio deuinctæ: virginẽ ope tua recreatam: virtute tua defenſam: tuis armis inimicorum ereptam iniuriæ: deſponſatam a patre prius animo: tunc certatim opere tibi collocant: videlicet vt eundem generum atq; virum haberent: quem habebant/ & aſſertorem/& vindicem. Hactenus rudimenta virtutis/ & fortitudinis tuæ diximus. Quid illa quæ mox egiſti/q̃ famigerata? q̃ mira? q̃ viſenda? nato tibi filio ciuiles ortæ ſeditiones ſunt Morinis auctoribus: quorum opera factum eſt: vt chariſſimum tibi pignus neſcio: quo præte-

xtu:custodiendum:& asseruandum eriperetur:fuit hoc eorum non perfidia:non defectio princeps gloriosissime:sed fati vis hoc agentis :vt per intestina quoq; bella clarior: & celebrior fieres :nec enim plus eos amat fortuna :quos indulgenter habet: & quibus parcit : sed quos iactat:quos exercet: alioquin:clari nec bello:nec pace duces intelligun tur :quibus omnia prospere cedunt : sed quibus contingit per labores:per erumnas:per incommoda splendescere: nam vt secundæ res fœlicem:magnum certe faciunt aduersæ: Alexandrum illum Macedonem: sunt qui minus egregium bello ducem fuisse prædicent : q̃ ei nullius pugnæ non secunda fortuna fuerit: q̃q̃ in ipso rerum incremento nondum virtutem fortunam expertus: vita decesserit. In te vero :quem certa syderum decreta sceptro patris: & solio destinauerant. Quid mirum. si aliqui operam dederunt: vt tristiora tibi tempora inciderent:ne aut virtus quiete languesceret : aut parum dignus imperio fuisse videreris : qui omnino futurus esses Imperator? Itaq; continuos nouem annos in castris agens :difficillima quinq; bella profligasti: Gallicum siue Franciscum:Eburonicum. Sicambricum: Batauicum:Morinicum:Q nod quidem postremum haud facile iudicari potest: vtra tibi re gloriosius fuerit : eo ne:q̃ filium tam diu tibi ademptum:auulsumq; recepisti: an eo: q̃ nobilissimas gentes :scientissimos bellicæ rei populos :vrbes opulentissimas ad deditionem:& pœnitentiam compulisti: id quod nec Carolus Socer : nec prosocer Philippus excellentissimi duces: hic bello:ille sapientia consequi potuisse memorantur. Non cogito Panegiricum Rex clarissime:non laboro verborum ambitu:nihil amplifico.nihil alleuo:sed decurro per capita:& nudas rerum a te gestarum summas attingo. Mirãtur tamen hæc omnes: mirãtur etiam citra fucum : et negligenter effusa. Plus mirentur si qui te propius introspicerent : et virtutes eas intuerentur:quarum præsidijs munitus tot insignes victorias: tam multa belli decora consecutus esses : videretur istud os : tam probum : tam facundum:hæc tracta de cœlo species:ista lacertorum & pectoris firmitas.hic totius corporis vigor : hæc animi tempestiuitas:& volucritas:hic imperatorius ardor oculorũ:pręterea q̃ ferox in p̃lio:mitis in contubernio:effusus alijs:tibi parcus. In castris non veste:non mẽsa ꝗcipuus:agũtur hyemes cum cætero milite sub pellibus: sudant æstates æqualiter. Epulæ modico:& castrensi cibo contentæ. Iam quis te solertius castris locũ capiat? cõmeatus expedi it ? Hostem ludificet? pugnæ tẽpus eligat? aciẽ instruat? vrbes obsidiõe cingat? Neq; vero partes Imperatoris:& optimi ducis imples:militis non imples:nullũ

tibi castrense munus sordet .Non stare pro signis:nõ excubias sorte agere: non vallum ferre:nõ speculatũ egredi:primus inire prælium:postremus excedere: vtrũq; iuxta doctus:opere militẽ: & cosilio ducem agere:nullã tibi vel principalis fortuna: vel maiestatis īperii functionem remittit:nihil tibi parcis:nihil blãdiris:indulgentissimus cęteris tibi parum lætus: & oino nihil gregario plus habes:nisi q̃ plus laboras:ratus id:qd̃ est:nõ tam honorẽ:q̃ onus esse q̃ regnas. Impatoris hoc esse munus: vt opes & magnitudinẽ suã nõ ad ambitũ / quẽ priuatum:sed ad salutẽ/et cõmoda reipublicæ cõuertat:vtiq; nõ īperiũ sibi sed seipsum īperio dedititiũ faciat. Sed & illa tibi peculiaria ferũtur:diligere quidẽ omẽs:sed amicos etiã deligere:nõ oblatos istos & passim obuios:de palęstra:de sphæriterio:de fritillo. Sed quos ad innocentiam/patientiam/continentiã:ad algores:ad æstus/ad opera militaria sæpius exploraueris. Neq; enim amici sunt quicunq; vos sequuntur (alioquin tam multi: q̃ sunt :vt Plutarchus inquit :in culina muscæ) quæ cum ipso nidore cõfluunt:& recedũt . Sed quos amicicia dignos esse iudicaueritis:eos debetis vos vltro sequi. Itaq; cum ijs: qui se tibi aliquando virtute commendauissent: consuetudine delectassent: vtilitate demeruissent:in omnia familiaritatis officia descendis:& Cęsarem obliuisceris:vt amicum præstare possis.Neq; vero postremum inter laudes tuas posuerim:q̃ litteras & ingenia (sicut audio) tam impense diligis:q̃q; bonas artis non foues modo: sed alis/atq; promoues. Imperatorium & hoc dec⁹:cum q̃ in nullo plus emicat hic nitor: & hoc lumen doctrinæ q̃ in regibus. Vnde natum sit illud ex Homero Platonis interpretatione:discipulos deorum non alios esse : q̃ reges. tum vero maxime.q̃ pręcepta sapientiæ non habentibus modo prosunt:sed in alios(etiam fere dixerin plus)redundat. Quis ignorat Anaxagoram in Pericle? Platonem in Dione multos instituisse.non nauigasset ab exercitu Cato Rbodon: vt Athenodorũ audiret:Nec Panætium Scipio videre concupisset:nisi tantũ in ea re: vel ornamenti/vel fructus inesse iudicauissent. Prætereo multa prudens : atq; conscius:nihil me fugit: q̃ religiose:q̃ innocenter: q̃ sancte iuuentutẽ tuã exigas patet omnibus. obsequentiorem te patri filium : nec esse :nec fuisse quẽq̃. Scio q̃ pręclare:q̃ magnificę cogitationes tuæ sint omẽs Non ignoro:quæ pridẽ vota conceperis nuncupauerisq; digna principe christiano:digna moribus tuis:digna Cæsare: digna teipso. Hæ virtutes illæ tuæ sunt Imperator vnice : propter quas ducem suum te bellicosissima terræ galliæ pars belgæ non modo non dedignantur aduenam & germanum:quibus alioquin tam sunt infensi: q̃ proximi lingua/cœlo/moribusq; disiuncti: sed appetunt vt indigenam : venes

Belgæ.

rantur vt principem:diligunt vt parentem. Hæc ingentia tua merita.propter quæ Federicus pater innocentissimus:& grauissimus Imperator adduci/persuaderiq; potuit:vti te regem Romanum se viuo renuuciari pateretur. Ad differebat quidem ille primum/& cunctabatur:simul vt verecundiam/& modestiam suam quemadmodum prædiximus ab omni labe suspitionis assereret:simul vt exploraret assentarentur ne patri:qui pro filio tam enixe laborarent. An consultū saluti suæ vellent. Sed exemplo patuit acclamationes illas/atq; preces: non adulantium voces fuisse:sed studentium.Nam adulatio semel eli sa/protinus frangitur/atq; languescit: Studia quo plus arcentur :eo magis gliscunt:& exardescunt. Quanto nunc diue Federice gaudio perfunderis:q; filius tuus te incolumi placere potest Imperator? q̄ iocundum tibi .q; te comparari filio tuo sentis? Et quoniam controuersa res videtur.modo vincis.modo vinceris. Cæterum quid prouidentia tua dignius. Amplitudini gloriosius:clementiæ:pietati:fœlicitati cōuenientius facere potuisses:q̄ vti:quem ex vtilitate publica fuit :vt genuisses:eidem quoq; per patrem:et decus:& nomen Imperatoris ac crescere? Macte ingenti vtroq; in rempublicam merito:etiam si difficile percipitur: vt inquit ille/pulchrius & honestius fuerit genuisse talem/an cooptasse.Nō multo minor tamen vestra laus Germani principes integerrimi:quorum ius id est regem Romanum mox futurum Imperatorem eligere:Nec enim possunt non optimi censeri:qui principes sibi optimos prospiciunt. Proinde cum talis : et tantus esset is: quem legistis:vt ex omnib⁹ anteponi meruerit:& ab omnibus:scitote vos vtrūq; cumulatissime consecutos fuisse Et vt gratiæ vobis ab omnibus immortales :& incredibiles haberentur :& vt nomen vestrū æternitati commendatum & cōsacratum esset. Ftenim vt nomine Vitelij/vel Othonis subinde admoneremur eorum : qui faces illas/ atq; pestes ad dissipandum/& incessendum orbem intulissent:ita hæc optimi principis electio nunq̄ memoriæ hominū sine vobis recurret:quotiensq; posteri vestri res ab illo fortiter gestas incognoscent :totiens laudabunt:qui talem imperio prefecerint. Sed redeamus vnde nos contemplatio patris & eorum qui te legerunt abduxit .Magna per se res erat omnibus punctis/omnibus suffragijs: et(vt ita dicam) tributim centuriatimq; declaratum esse regem Romanorum. Sed fecit occasio maiorem. Ea sunt enim reipublicæ christianę tempora:is habitus Imperij: vt non tam speciosum fuerit te regem creari: q̄ necessarium/nec ad futura modo:sed ad præsentia rerum momenta salutare. Omitto singillatim enumerare publicas clades:omitto pcēsere q̄ luxata:q̄ conuulsa sint omnia religionis christianæ membra. Omitto

Adulatio
Studium

bella:quibus imperium hoc distinguitur:sit enim piaculũ in tam festa præsentium gaudiorũ luce misceri tristitia. Illud sine periculo violatę publicę læticię dicetur:hoc qđ principes germani de creando te sibi rege cogitauerunt:non tam consilium fuisse /q̃ remedium .ergo non ad ocium:non ad remissionem :nõ ad quietem (alioquin tibi debitã post tam multos labores) sed ad nouas expeditiones /noua bella /nouas difficultates:imperiũ tibi traditur :omnoq; per hoc non solatiũ tibi: sed alijs quæritur:nihil enim aliud cogitasse video summos viros:qui te patri tuo principi nobilissimo: sed annorũ pleno socium addidere: q̃ vt ille consilio rempublicam tu laboribus /& operibus adiuuare posses. Quid illud q̃ gloriosum tibi/q̃ lætum patri/ q̃ omnibus in tẽpore! vt regem decerni tũc demum te contingeret :cũ opem tuam uõ imperium:sed imperator:nec imperator:sed pater expectaturus esse videretur. Accessit hoc ad cumulum amplitudinis/& fortunæ tuæ rex prestãtissime:vt qui filium infantem e penitissimis hostium munimentis eripuisses:apud eũdem patris quoq; recreati gloria staret. Duos omino legimus cognomento pios fuisse:nec argumentũ ignoratur :vnde sic appellari meruerint. In te posteritas ambiget:vter euẽtus hoc nomen tibi consiliauerit:q; pius in parentem:an q; pius in filiuũ apparueris: sed iam tempus est:vt vela retraham :neu longius me: q̃ volo : aut q̃ partes legati sunt laudum vestrarũ splendore/numero/ magnitudine detineri patiar. Quão brem si nihil est in rebus humanis principe Romano maius & augustius : si talis & tantus est filius tuus Cæsar :vt ab omnibus legi debuerit / & ex omnibus : deniq; si nihil vel nobilius ad gloriam: vel certius ad salutem excogitari poterat:q̃ vt ille rempublicam difficillimo tempore capesseret nemini mirũ videri debet si quod per initia testatus sum/ad huius magnitudinẽ letitię, nullius hominis facũdia/nullius vis ingenij peruenire potest. Sed hæc trãslatitia sunt cũmunia sunt omnibus. Ille peculiares Veneto causę :q; neq; gens est vlla/neq; natio(absit verbo inuidia)cuius vel plura: vel maiora: & in christianã rempublicam cuius vos caput estis :& in Romanũ imperium argumenta beniuolentię: fidei pietatis appareant. Non auderem ista profiteri Cęsar optime:nisi vt vera esse cõstaret:& tu vera libenter audires:alioquin sciebam scelus esse corã te parum certa dicere: nedũ falsa. Sũt & illa nobis propria Maximialiane rex fortissime:q; clarissimum nomen Austriæ familiæ: qua nulla fuit vnq̃ regum/ Imperatorũq; fœcũctior/religiosum & venerabile semper habuimus: q; Federico patre tuo principi saluberrimo quæcũq; se res tulerunt enixe studuimus quibuscũq; eum locis & temporibus singulari significatione voluntatis & obseruantiæ prosecuti sumus:q; ipsum te semper a teneris

vnguiculis inductione quadam animi nō occulta impensissime colui mus auctoritati tuę fauimus:amplitudinē quantum vires fuere defen dimus. Iam qui principib⁹ lusitaniæ nobilissimis & fortissimis/vnde maternum tibi genus est:qui socero tuo Carolo Duci generosissimo/ qui Philippo eius patri sapientissimo Principi chariores vnq̄ fuere q̄ Veneti? Tot modis copulati cū sublimitate vestra sumus/ tam mul tiplici nexu vincti:vt qui hæc non videt/nihil omnino videat q̄ plus desiderat nihil omnino desiderat. gratulaē ergo prorsus in vobis sibi & in se vobis senatus/& vniuersa ciuitas nostra/ non quantum cæteri fecere:sed quantū nulli/nec quantū dici vel cogitari potest sed quan tum nec dici: nec cogitari fas est. & quoniam ambo vos celeberrimi principes hinc pater/inde filius ita mutuo creuistis/ vt neq̄ tu maior neq̄ tu felicior esse possis. Reliquū est vt deum optimū maximū con ditorem huius/ & senatorem imperij publica vice cōprecer & obtester vt quando rem Romanā principum duorum patris/& filij huius ma turitate senioris:illius virtute iuuenis florentissimam esse voluit/bene ficio suo faueat/pietatemq̄ suam/ & voluptatem conseruandi per op timos principes generis humani sanciat / & perpetuam esse iubeat. Postremo vt illustrissimū ducem nostrum & inclytam rempublicam incolumitatis & gloriæ vestræ cupidissimam/ quæ te Cæsar semper & patrem/& principem christianæ religionis agnouit/coluit/ & respexit sacrosanctę maiestati tuę quanta maxima possumus veneratione/reli gione/deuotione cōmendemus opes nostras/omnis atq̄ vires ad or namentum & incrementum imperij dignitatem & amplitudinem sa cratissimi nominis vestri:promptas/expositas/& dicatas esse docea mus.

Hermolaus Barbarus.I.Carondeleto supremo Regis Romanorum Secretario. S.D.

ORationem a me nudiusquartus habitam ad principes/ampli tudini tuæ mitto recognoscendā/castigandamq̄. Q̄q̄ enim mei moris esset: nihil vnq̄ temere/nihil non diu conditum/ atq̄ pressum emittere cum primum tamen desiderari eam a te subodo ratus sum:intuli mihi vim & peruici tandem/ vt instituto meo dece derem ratus id quod erat/minus esse malum/adire periculum famæ/ q̄ moram desiderio tuo facere. Quęris vnde tanti sis apud me:quem ne de facie quidem norim. Perspectæ sunt omnibus/ eruditio/fides/ inte gritas tua. Compertū nobis est quantū Veneti noīs studiosus sis/ex ploratū habeo.quantū me diligas parū merentē. quantū orationē & actionē meam cōmendes. Sed heus tu docte vir obsecro ne mirere/ si qua leges in hoc libello/q̄ tūc dicta nō fuerūt. Nec em̄ addidi nunc ea:

ſed detraxi tũc: admonitus ab aulicis extemplo q̃ limen attigi ne longus eſſem: ambitioſa recidere: optima quæq; dicerem: patientiſſimis omnino ſed occupatiſſimis tamen principibus parcerem. amputaui ſubito conſilio multa. q̃ q̃ qd̃ poteſt conſilium fuiſſe ſubitum? ea quæ tunc reſecui: modo ſunt annexa: vtrũq; veterum exemplo facimus: quos. F. Quintiliano teſte conſtat longe aliter ſcripſiſſe: q̃ egiſſent. Exulanti Maſſiliæ. A. Miloni quidem orationem. M. Tullij non quã habuiſſet pro eo: ſed quam ſcripſiſſet: attulit. Tunc ille ſi ſic egiſſes inquit Marce Tulli non eſitaret Maſſiliæ barbatos piſces Milo. Cæterum non dubito quin niſi te amor fallat: vt audiendo tunc: ita nunc legendo non parum multa tibi diſplicitura ſint. Sed ęquum te quęſo nobis: & cognitorem/& iudicem præbe: conſiderans hoc/& ęſtimans q; ſeſquihoram anteq̃ principes adiremus: ſignificatum nobis fuerit non duas orationes ſeorſum: vt cogitabamus/atq; paraueramus: ſed vnam duobus iunctim habendam/& recitandam eſſe. Plena difficultatis/plena diſcriminis res erat. tota mihi ratio dicendi pũcto temporis immutãda fuit. orationis vniuerſæ filum retexui/atq; vt breui rem complectar/& cutis/& facies ipſa prorſus interpolata eſt. Vale decus noſtrum: & me principi nobiliſſimo: cuius es inter eos: qui ſunt a ſecretis merito ſupremus: commendatiſſimum rogo facias: vtinam aliquando tanti ſim: vt res ab illo fortiter/ & magnifice geſtas poſterita ti commendare poſſim. Tam facturus ſim id libenter: q̃ qui maxime deſideret. Ex Brugis. Pridie Nonas Auguſti. M. cccc. lxxxvj.

Aliter ſcripſiſſe q̃ egiſſe oratores Lepidũ dictum Milonis.

Finis Præfationum Prælectionum & orationum lepidiſſimarum optimorumq; diſertiſſimorumq; Politioris litteraturæ procerũ. In ædibus Aſcenſianis Ad Idus Decembris M.DVIII.

Iasonis Mayni iure consulti: equitis romani: Cæsarei & ducalis senatoris: ac ducalem legatũ in Germania gerentis: Ad Serenissimum Maximilianum inuictissimum Romanorum regem: in auspicatissimis eius & Augustæ Blanchæmariæ nuptiis: Epithalamion.

GRedimus Serenissime Rex & inuictissime Cæsar fœlici aliquo sydere processisse: vt nos qui anno superiore: pro inclytissimis Mediolanensium principibus gratulatoriã Romæ orationẽ habuimus ad Alexandrũ sextũ romanorũ põtificẽ: nunc etiã eorundẽ legati ad te Romanorũ regẽ maximũ haud imparẽ sim⁹ orationẽ habituri. Vos estis duo mũdi luminaria magna: pastoralis auctoritas & Cęsarea potestas prima & summa christinani orbis capita: & p̃cipua vniuersę terrę fundamenta. Aequũ fuit & consentaneũ nos qui diuorũ principum nostrorũ iussu eum qui spiritalibus pręest salutauim⁹: anno nũc reuoluto te qui tẽporalibus præesses salutare. Detulimus principum nostrorũ mandato: sicuti catholicos decebat: põtificię beatitudini & apostolico throno ꝓpertuę obediẽtię & synceræ deuotionis cultũ. Eorũ nomine cæsareę nunc maiestati inuiolabilis fidei & immortalis obseruantiæ pign⁹ deferimus. Nos etiã sicuti par est speramus. vt quẽadmodũ a beatissimo sacrorũ omniũ antistite: & reuerẽdissimis ecclesiæ militantis cardinalibus voces nostræ clæmenter admissæ fuerunt: ita nunc a Serenissimo Romanorũ Cæsare: & illustrissimis Germanię principib⁹: verba nostra benignis auribus excipiãtur. Nec tam inculti sermonis nostri exiguitas est attẽdenda: q̃ mittentiũ pronus ad omnia animus: p̃cipua fides: & singularis obseruãtia consideranda. Gratiora quoq; quęcũq; a nobis in præsens proferentur fore cõfidimus: q̃ inter Cæsareũ culmen & excelsos Mediolanensium principes necessitudinis & affinitatis vincula sunt contracta: per has sanctas maritales tædas: & hunc felicẽ hymeneũ: vt cuilibet vel tenui eorũ nuncio nõ paruę gratiæ locũ sperare liceat.

QVicunq; Rex eminẽtissime: egregia & summa augustissimarum laudũ tuarũ p̃conia: vel orando vel scribẽdo celebrare voluerint: vel potius celebrata & toties decãtata cõtemplari: aut recti⁹ cõtẽplãdo admirari & secũ obstupescere: facile intelligẽt nihil tibi vlla ex pte deesse: qd̃ vl̃a natura/vel a virtute/vel a fortuna sit expetẽdũ: q̃ ea oia sis cumulatissime cõsecut⁹: q̃ ad assequẽdã oẽm p̃ntis sęculi felicitatẽ spectãt. Nec tuas maxias & ĩmortales laudes ab vno aliquo riuulo scaturire ĩueniẽt: sed ex varijs & vber

247

rimis fontib⁹ abunde manare. Natus est gēte Austria: domo inclyta & celebratissima: quæ tot regū & impatorū mater: sępe etiā Pānoniæ sępe Boemię: qñq; Poloniæ reges dedit. Ex gēte Austria vndequaq; occurrunt Rodulfi: Hernesti: Leopoldi: Henrici: Othones: Alberti: Sigismondi: Federici felices & cādidissimę animę huius excelsę familiæ: quarū virtutem: illustria gesta: celebresq; victorias admirari magis q̄ recēsere æquū est: & veneratione poti⁹ q̄ cōmendatiōe cōplecti. Rodulfus Austri⁹ Romanorū imperator: Bononiā amplissimā Italiæ ciuitatē & totam flaminiā ecclesiæ Romanæ dono dedit. Et Ottocha Robustissimū Boemię regē: qui Austriā & Stiriā Romano imperio ademerat: tandē vario & ancipiti bello victū interemit. Albertus Austrius tertius Pānoniæ/& sextus Romanorū rex: tibi patruus magnus. quū in humanis ageret Martis filius & belli fulmē ferebat. Prę ter cætera præclara facinora Hussitas ferocissimos Boemiæ populos ecclesię catholicæ nō min⁹ impias & hereticas sectas q̄ sęua & horrenda bella mouētes nō modo superauit: sed quasi malle⁹ quidā oīno cōtriuit. Federicus Austri⁹ terti⁹ hui⁹ noīs impator genitor tuus piētissimus in omni pbitatis & gloriæ genere etiā priscis quibuscūq; cōferēdus: Helionorā Heduardi Lusitaniæ regis filiam: & Alphonsi Hispaniarū p̄clarissimi regis neptem: cōiugē duxit nobilissimā: augustāq; serenissimā. Vnde sibi oēs Lusitaniæ & Hispaniæ potētissimos reges affinitate deuinxit. Ex ea te Maximilianū filium suscepit: quē semper vt par est charissimū habuit: nō tam ex eo: q̄ vnicū haberet: q̄ q̄ vnicæ spei/ac vnicæ & miræ fores expectationis: & vnicus vt paternarū laudum ita paterni imperij futurus indubitatus successor. Tibi nomē Maximiliano parens indidit: non sine quodā diuino instinctu vt Plato attestatur: Q d̄ duo significat Maximū & Aemilianū. Ambo Romani militariū copiarū pręstantissimi duces ac triumphales viri. Maxim⁹ em̄ fabi⁹ Romanū iperiū pene desolatū aduersus hānibalē pœnū cūctando restituit. Aemilianus vero Scipio Hannibale tandē deuicto carthaginensem triūphum egit. Vtriusq; tibi nomē copulatum est: vt q̄is alterū æquasse fuisset gloriosum. tū vtrūq; noīe referre & vtriusq; p̄stantiā superare esset tibi multo gloriosi⁹. Illi Romanū imperiū aduersus gētes barbaras defenderūt: & de hostibus pfligatis celebrem triūphū egerūt. Tu quoq; Romanorū rex supremus: nō solū Romanū imperiū cui merito pręes: sed & vniuersum populū christianū aduersus thurcanicā barbariē: q̄ diuti⁹ grassata est pteges: & pstratis/deletisq; fundit⁹ nequissimis orthodoxę fidei hostibus & christiana dignitate ac fide catholica in pristinū decus restituta: nō solū terrestre tropheū reportabis: sed etiā cœlestē triūphū cū immortali glia & sempiterna salute consequeris. Hæc sunt generosa semina & illustres radices quib⁹ tā fœliciter in lucē edit⁹ es: natione germanica oim vt

Istā atte stat spec. ī titulo de rescripti pñtia. §. fi ver. Et sī hęc in argumē. Io de Imol. ī rubrica. ff. de ver. ob. in vij col.

amplissima/sic & nobilissima: q̃ nõ imerito Alamannia q̃ si ala magna nũcupatur: gente Austria non mõ vetere & heroica verũetiã regia & iperiali: Patre ipatore gloriosissimo: Matre ex regia ple & augustissima. Tãta est tuę sublimissimę originis amplitudo: vt iã nihil tibi ampli⁹ posse honoris addere iperiũ videat: qd etiã nascẽdo metuisti: cũ ex iperio ita pdieris: vt ad illud assumpt⁹: nõ tã instituis: q̃ i eo psistere credaris. Quos de te success⁹ tã fortunatissimi part⁹ stirpis adeo egregię pstolari iure optimo mortales poterãt: lõge semp excellẽtiores pstitisti. Parũ em̃ fuisset pclaris nasci parẽtib⁹: nisi illorum splẽdor augeret. Et qnãto ẽ maiorũ vita preclarior: tãto posteriorũ secordia flagitiosior. Cũ Alexãdro Macedoni sodales sępius dicerẽt tot & tãta tibi reliquet pater. Quid pdest iquit: si multa relinquãtur nobis cũ ipi agam⁹ nihil? Philippũ Macedonũ regẽ Alexãdri patrẽ Theophrast⁹ & Plutarch⁹ tradũt: nõ solũ genere & dignitate regia: sz etiã virtute & moribus maiorẽ cæteris regib⁹ moderatiorẽq; extitisse. Euit tibi sp pcipuę curę: vt nõ min⁹ iperio: q̃ patre ipatore dign⁹ reddereris. Vera ista sed rara fœlicitas ẽ: fœlicitate ad quã q̃s genit⁹ sit: se quoq; meritis & pprijs virtutib⁹ dignũ efficere. Tecũ sedulo cogitabas qualẽ te euadere oporteret. vt maxie parẽtũ glorię rñderes. & semper clarior euasisti q̃ opinione cõciperes. Cępe rũt plucere in te adhuc iuuene virtutes singule iperatorię/clemẽtia/liberalitas/cõtinẽtia/modestia/iustitia/prudẽtia/fortitudo/magnanimitas: & tales quidẽ q̃les vix vnq̃ etiã lõgo senio cõfecti nãsciscũt. Vis⁹es honorẽ regiũ virtute pri⁹ q̃ ętate pueniſse. Visus es æuo imatur⁹ pri⁹ meritis ad imperiũ q̃ annis maturuisse. Vix dũ puer fœlicia oia q̃ tibi obueniebãt ad dei benignitatẽ referẽs. cœpisti p xpiana republica esse sollicit⁹. Cõcepisti tacit⁹ aio a teneris vsq; vnguicul futurã expeditionẽ aduers⁹ sceuissimã & truculẽtissimã turcharũ insolentiã: nõ min⁹ teipso q̃ christiano principe dignã. & eo qdẽ principe q̃ cęteris christianis principib⁹ pesse pculdubio sperarẽt. Inter crescẽtẽ ętatis tuę adolescẽtiã quasi inter virtutis & formidinis tuæ rudimẽta. Franchos/Eburones/Sicãbros/Batauos/Morinos: non min⁹ sapiẽter q̃ fortiter pfligasti. Reportasti sub viridi iunẽta varias celebresq; victorias: q̃s lõgo etiã ęuo obtinuisse fuisset gloriosũ. Taceo q̃ nimiũ oib⁹ nota ac trita sũt: quãta sit tibi rei militaris disciplina quãta disponẽdis militũ copijs ratio: quãta castrensiũ laborũ patiẽtia: quãta vigilãtia/quãta solertia/quãta ductãdi exercit⁹ pitia quãto animi ardore: quãto corporis robore res bellicas tractes. Prętereo actas sub pellibus hyemes. ęstates inter bella sudatas/quotiẽs excubias egeris: speculatũ sis egressus: castra metatus: & omnium castrensium munerum numeros obieris: ac vniuersa optimi milita

riũ ordinũ imperatoris officia cõpleueris. Neqꝫ vero te castrẽsia negotia: aut bellicę artes a litterarꝫ cõmercijs abduxerũt: qb⁹ ipẽse ĩcubuisti: cũ intelligeres ĩras esse virtutũ oĩm magistras /& cõpertũ haberes Cęsareã maiestatẽ nõ min⁹ lrĩs q̃ armis p̃stare oportere. Neminẽ decet plura scire: q̃ pricipẽ: q sicuti plurimis p̃est: ita plurimos debet prudentia antecellere. Demetri⁹ Phalereus Ptholomęũ regẽ monebat vt legẽdis libris sedulo vacaret. Quę eñ amici non audent reges monere librorũ lectione erudiũt. Fortunatas eẽ respubli. Socrates & Plato attestant: quar ũ pricipes sapiẽtię studijs vacãt. Prudentia cęterarũ virtutũ dux est: qua aurigante ĩperij habenę cõsultissime moderant. Hac duce nihil temere/nihil insipiẽter agit. Carol⁹ quartus ei⁹ nois Romanorũ ĩpator: dũ cõstitutiões de regũ & ĩperatorũ creatiõe ederet: illud p̃cipuũ statuit: vt q ad cesareã dignitatẽ aspirat: etiã variarũ lĩguarũ p̃itiã teneat: p̃sertĩ latinę: italicę: gallicę: liburnicę. & germanicę. Tu has oẽs adeo calles: vt quacũqꝫ loquaris tibi sic domestica reddat: quasi eã inter teneros nutricũ amplex⁹ imbiberis. Mitridates rex Pontij vel ex eo apud veteres nõ parũ cõmẽdat: qꝫ variarũ linguarũ qb⁹ p̃erat meminisset: & singulis sine interprete rñderet. Accedit toti⁹ corporis dignitas & elegãtia: q̃ plurimũ de cęlo traxisse credit: & virtutib⁹ gr̃aꝫ: vel vt Pacat⁹ inquit suffragiũ addit. Valida mẽbrorũ ĩternodia: lacertorũ robur: lati pectoris firmitas. maiestas vult⁹: regiũ superciliũ: quidã impatori⁹ oculorũ vigor: vt appareat naturã heroicũ toti⁹ corporis decorẽ indulsisse: q te ĩperio dignũ ostẽtaret. Hic generis tui ĩperatorius splendor. hęc tam p̃clara adolescẽtię tuę facinora: peculiares animi & corporis dotes: rarę admodũ ac ꝓpterea admirabiles. Carolũ Burgũdionum ducẽ ac Belgarũ regẽ fortissimũ facile adduxerũt vt ei assentiretur qd̃ post obitũ p diuã ei⁹ cõsortẽ & primates effectui est demãdatum: vt Mariã filiã vnicã: mltarũ gẽtiũ & nationũ futurã hęredẽ tibi vix pubescẽti mr̃imõio copularet /ex q̃ priusq̃ ĩmaturo leto occũberet Philippũ & Margaritã cęlestes liberos suscepisti. Hęc ĩgẽtia merita mouerũt germanos pricipes sacri ĩperij electores: vt vnanimi consensu oĩmqꝫ suffragijs te in Romanorũ rgẽ mox futurũ ĩpatorẽ legerẽt & salutarẽt. iter admirabiles populorũ acclamatiões cõgratulatiõesqꝫ publicas.. Magna tua laus est sed mai⁹ meritũ: tam sincerum & integrũ tot p̃stantissimorũ electorꝫ iudiciũ reportasse. Nec multo inferior eorũ laus est: qui optimi cẽseri debeãt: cũ de optimo principe prospexerit. Sed p̃stat bñ mereri q̃ ĩ bñ meritũ cõferre dignitatẽ. Alterũ eñ solidę virtutis ẽ. alterũ iudicii/q̃uis cũ prudẽtia coniũcti. Interea cœpisti aĩm denuo ad rẽ maritalẽ flectere: cũ meminisses q ĩmrĩmo-

nīū est venerabile fidei & honestatis tēplū: suauissimū vitę cōdimentū cōsensio quędam cęlestis. cōsortiūq; diuinū: humanos affect⁹ & sēsuales appetitus intra legitimā cōnubij copulā maritali lege coercēs et intra diuinos sanctissimi cōiugij limites cohibēs: ne soluti & infrenes: ferarū ritu in varias cupiditatū illecebras euagētur: & in quęcūq; voluptatū p̄cipitia debacchent. De⁹ rex omniū cōditor & fabricator hoīem veluti simulachrū suū formauit: Et quod erat maximū diuini opificij ei soli sapiētię grām inspirauit. Solus hō ratiōis capax mēte et prudētia prędit⁹. liguę & sermōis copia dotat⁹: sol⁹ etiā nō vt cętera animātia in humū pstratus. sed erecto corpore & sublimi facie formatus est: & quasi terrēis neglectis ad supernarū reū speculationem est effict⁹. Cū aūt homini deus ratiōis & ītellect⁹ lumē infudisset: quo lōge cęteris animātibus p̄stat: & sentiēdi atq; eloquēdi virtutē concessisset qua carēt cętera animātia: q̄ muta sunt & ratione carētia: statuēs humani generis cōseruatiōi: & ppagatiōi cōsulere: etiā salutarem modū adinuenit: quo a feris distaret: Nō em̄ promiscuos & indiscretos cōcubitus ferino ritu hūanę generatiōi studendum esse voluit: sed p sanctum genialis thori matrimoniū: Deus ergo marem & fœminam in mr̄imoniū: hoc ē in corp⁹ vnū indissolubili vinculo cōiunxit: vt essent humanę diuinęq; vitę prępetuo socij. Diua ꝓuidentia phoc sacrū legittimi cōiugij fœdus: & cęleste matrimonij sacramētū vniuerso hūano generi ꝓspexit: ne ei⁹ dignitatē ineuitabilis cōditio ĩstātis mortalitatis extīgueret. Qui igit extra religionū claustra & extra cęlibatū in hoc sęculo viuere ꝓponūt snpna lege: duce ratione & sicuti hominē decet: castissimū sāctissimi cōiugij sacramētū obseruēt. Qui secus faciūt a recto ratōis calle: & bono hoīs sensu alieni: vitā pecudū sub humana specie viuere credūtur. Nō ab re Dido virgiliana troiano Aeneę exprobrabat Nō licuit thalami exptē sine crimine vitā Degere more ferę. Cœpisti ergo sacer rex vt reliqua oīa: cōsultissime de matrimoio cogitare: sicuti christianū regē diuinę legis memorē decebat. Sic em̄ tuo generi: tuę familię ac posteritati: regno & imperio cōsultū esse voluisti: & p dulcissima pignora tam generis claritatē q̄ nominis memoriā in posteros lōgius propagare. Offerebant tibi nō solū a germanis principibus: sed ex vniuerso pœne terrarū orbe a regibus quibuscūq; maritales tędæ. Nemo em̄ ē tā alto solio cōstitutus qui non existimet se ex tua affinitate alti⁹ multo subleuari. sed tu aīm adiecisti ad Blanchāmariā Vicecomitē Augustam in qua virginalis pudor cū matronali grauitate cōiunctus: oīm voluntates q̄ facillime ꝓmeretur. Incertū tamē videri posset: an diuino cōsilio an tua prudētia ꝓcesserit: nisi q; ad deū optīm maximū bona oīa sunt referenda Agitur nūc annus octau⁹ & vigesimus supra cētesimū: quo Leopol

249

dus dux septim⁹ Austrię pauus tu⁹: illustrem dominā Viridē priogē nitam inclyti Bernabouis Vicecomitis: Mediolani dñi vxorē duxit: ex qua q̄nque liberos supstites reliq̄t: Inter reliquos suscepit Diuum Hernestū ducē Austriū: patrē Serenissimi impatoris Federici genitoris tui. Hic liq̄t inter Austrios & vicecomites: renouatā nūc esse & nō institutā affinitatē: & necessitudinis vincula instaurata poti⁹ q̄ contracta Quū de hoc fausto feliciq̄ matrimonio verba ad te Maximiliane referenda sunt: oportet tuā admirari prudētiam: quū vero ad Blāchā Augustā. felicitatē. Neq̄ enī illa excelsiorē virū in toto orbe: aut p̄stātiorem nedū spare: sed nec desiderare poterat: neq̄ tu meliorē aut moratiorē virginē repire. Blācha re & noīe nō solū mēbris: sed & moribus & vita: natur̄ę & corporis mūerib⁹. fortunę & anī bonis p̄dita ē: his p̄serti q̄ in virgine p̄cepua hēnda sūt: pudicitia: ꝓhibitate: venustate & ingenij accumine Quis illustri sanguīe paterno & materno genita: & christianissimi Francorū regis consobrina: tñ in tela: in phrygijs opib⁹: et in omni mūdo muliebri instructa: & tāq̄ a palla de edocta priscā Lydarū & Cariarū mulierū gloriā excellit. Gratia oris eximia: forma toti⁹ corporis pcera & eleganti: & his lineamētis: a quib⁹ Zeusis pictor cantatissim⁹ facile oēm pīgēdi venustatē. vt a virginibus Crotoniatibus posset excerpe. Propter has eximias dotes a variis principib⁹ & regib⁹ in matrimoniū vñdequaq̄ deposcebat. Maximā em̄ in eo fœlicitatē nobilissimus quisq̄ reponebat: si hāc cōiugē assequeretur. Primū Philebroto Sabatēsium ducis filio despōsata est Sed ille æuo immaturus in rapida fata cōcessit. Tres subinde regum nuptiales tædę oblatę sunt. Mathias Pannoniarū rex gloriosissimus eam Ioanni Coruino vnico filio despōderi curauit. Sed Matthia vita functo: multa quę animo cōceperat de futura filij in regnū successione ī irritū cessere: q̄ faces hymeneas ꝓhibuerūt. Iacobus Stuert Scotiensis: primę iuuentutę: adolescens: qui insulę Britanię imperat: quapte in septētrionē vergit: hāc in cōsortē & thori sociā expetiuit. Vladislaus Bohemię īpitās: q̄ pānico regno successit: haud imp Mathię gloria futur⁹ p crebros īternūtios ī vxorē diuti⁹ sollicitauit. Sed eras his oīb⁹ longe superior Maximiliane: īter xp̄ianos reges cęsareā maiestatē obtinēs: cui vt genere & potestate: ita virtute & ꝓbitate par in toto terrarū orbe repiri nō posset. Tibi ab ęterno destinata ē: nō solū vna in carne p diuino p̄cepto: sed etiā vna mēte futura. Tibi est īdissolubili sacri cōiugij viculo copulata: quod vt fœlix & faustū ē: ita in annos nestoreos & vltra Piliā senectutē vtrimq̄ ꝓducat. Tecū feliciter oēm vitę suę cursū trāsiget æq̄ laborū & curarū atq̄ honorū futura socia. Nec tam potentiam tuam q̄ ipsum te perpetuo reuerebit. In dotem constituta sunt ad quater centena milia aurei nūmi. Insuper in para

pherna aduecta est sūma aureorū sexaginta milliū: p iocalibus: vesti mētis preciosa supellectili: & reliquo mundo muliebri. Visa est tamen natura rerū omniū parēs ex industria illā Principū & regū cōtētionē in augusta virgine ambienda ac certatim deposcēda instituisse: ne cōfestim tui thalami socia cōstitueret: sed quasi p aureos Principū & regum gradus altiꝰ ascēdēs: tandē ad suprema tuę Cęsariæ aulę fastigia deduceret. qua nihil in humanis excelsius reperit Huic tāto matrimonio etiā numina & sydera applausisse liquet. Nā: quod vix alias nisi diuinitus factū credi posset: Serenissima Regina & comitibꝰ media hyeme longū iter ad maiestatem tuam facientibus: nullę vnq̄ pluuię nullę e cœlo niues deciderunt. Non frigora: nō obduratę glaties quasi rigoribus cōtractis obstiterūt. Quinetiā plęrisq; itineribus pulueres quasi ęstiui affuerunt: Solis radij diuina augustæ specie delectati: et mōtanis et campestribus locis quotidie circū fulserūt: & vltra rationē hyberni temporis incaluerunt. Rheticę alpes cœlo vicinæ quæ Germaniā ab italia distermināt. asperrime & quasi inuię: in Augustę trāsitu subsedisse & quasi se inclinasse visę sunt. Posteris hęc fortasse mira et incredibilia videbuntur: & tñ sunt re ipsa verissima. Nam terrarum dominę terras quasq; obsequi congruū fuit: & ęquum cęlesti formę cœlitus ista indulgeri. Excitauit te non parū Rex sacratissime ad has sanctissimas nuptiales tędas faceſq; diuinas sapientissimi Principis Ludouici Mariæ Sfortiæ Vicecomitis: reginæ patrui ratio quem magnis ex causis tibi maiori beniuolētia & arctiori affinitate iūgere desiderabas. Lucius Sylla cognomēto fœlix inter maximas suas felicitates Pij Metelli amicitiā ducebat. Repetis memoria ciuitates populos ac nationes quę ab imperio pręsertim per italiā defecerūt Nō ignoras q̄ altissima sit Diuus Ludouicus prudentia: q̄ immensa sapiētia. Quo diuini ingenij acumine excellat. Quāta animi magnitudine pręstet. Quantam rei militaris scientiam teneat. Quantum auctoritate polleat: quantum gratia. Non ignoras q; non solum mediolanense imperium moderetur: verum etiam cæterorum Italiæ principum et regum vota pro arbitrio disponit. Non ignoras Diuum Ludouicum esse rerum italicarum arbitrum. Q; in eius manu sit: pacis aut belli. Iani aut Martis postes reserare. Non est tibi obscurum quanto vsui & emolumēto Diuus Ludouicꝰ eē possit Cęsareę maiestati pro imperio reitegrādo & amplificādo. Stimulat te nō parū desiderata iutiꝰ ī turchas expeditio: Sed recolis retroactis sępe tēporibꝰ tā piā expeditionem: ppter italicas seditiones varioſq; tumultꝰ fuisse impeditam: quietiā romanos Pōtifices & sacros Cardinales retardarunt. Diuꝰ Ludouicus italicæ pacis non solum auctor: verumetiam cōseruator quasq; huius sanctissimi voti tui occupationes ex italia facile dissoluet

et quęcũq; obstantia amouebit. Nõ solent planetę: nisi geminẽt magnũ aliquid moliri. Sed vbi coniunguntur: vt Saturno Iuppiter: aut sol Mercurio: magnos in terris effectus portendũt. Per Blãcham augustã Vipera aquilę tonantis aliti colligatur: & Ludouic⁹ tãq; Mercuri⁹ Ioui hoc est Maximiliano terraꝝ dño cõiũct⁹ est. Sicq; sapientię et potentię influxus sunt conglutinati: vt mirabiles & fortunatissimos maximarum rerum euẽtus nõ incerta spei ratione liceat expectare: Occurrebat & aliud aĩmo tuo: velut ex alta specula a lõgius prospicienti: q; q̃uis Cęsar ea potestas sit in orbe lumĩare magnũ: eget tñ sępe numero altero magno luminari scilicet pontificia potestate. Huic indigentię succurret Reuerendissimus sacro sanctę romanęecclesię cardinalis Ascanius maria Sforcia Vicecomes. alius Reginę nrę patru⁹. Qui quãtũ apud apostolicã sedẽ & sacrũ cardineũ senatũ: prudentia: auctoritate: & grã valeat ac excellat: vt ipse taceam oĩbus etiã extra romanã curiam exploratissimũ est Vt primũ Diuus Ludouic⁹ de hoc tãto cõnubio regiũ nũciũ accepit: tanq̃ graui somno excit⁹: cœpit magis stupid⁹ q̃ lęt⁹ esse. Multũ ac diu secũ cogitãs et animo tacit⁹ volutãs: tandẽ non aliunde q̃ a deo maximo bonoꝝ oĩm largitore tñ mun⁹ acceptũ habuit: & maximas oĩpotẽti deo supplicationes & gratias egit. Dũ hęc agũtur: & iam Federicus genitor tuus colendissimus lõgo senio cõfectus naturę cõcessisset: Turcharũ mensę pximo octobris multa milia in coruatiã descenderũt Nõ puã stragẽ ferro & igne: cũ ingẽti p̃da xp̃ianis intulerũt: decẽ ferme millibus pti cęsis: pti pecoꝝ ritu abactis: sed Coruatij pprię culpę pœnas luerũt eo q; auxiliares germanoꝝ copias p̃stolari neglexerũt Ea clade tu sollicitatus: mira celeritate qndeci milũ eqtũ ac peditũ exercitũ cõtraxisti postposita oĩ alia cura q̃uis admodũ graui tãta trepidatione tuũ celebratissimũ nomẽ turchas effecit: vt q̃ primũ eoꝝ urib⁹ etiã ex lõgiquo intonuit: turpẽ fugã arripuerit. Alij q̃cũq; exercituũ duces hostiũ fuga exultassẽt: sed votis tuis fuit cõtraria & ĩimica. Nã cũ manũ cũ pfidis hostib⁹ apto marte cõserere q̃ maxime desiderares et nihil magis timeres q̃ ne nimiũ timereris: illĩ añ tuũ acceleratũ aduẽtũ: in p̃cipitẽ fugã versis tibi celebrioris victorię materiã reeptã indoluisti: Tecũ fœliciter rex generosissime actũ est: q; eodẽ ip̃e & ad imperiũ vocat⁹: & ad turchaꝝ arduã expeditionem es accit⁹. Q̃ specio sũ est & ad publicam disciplinã accõmodatũ: p aduersa & obstãtia ad res secũdas euehi: In reb⁹ asperis virt⁹ exagitata pficiť: & pfecta vndiq; cognoscit: & cognita splẽdorẽ & gloriã lõge lateq; diffundit. In ip̃o iperij tui limine nact⁹ es pulcherrimã occasionẽ ostẽtãdę virtutis tuę: vt per difficillima bella clarior indies & celebrior reddaris: & tuis generosis operibus te tanto sceptro dignissimum ostenderes: Q̃

illud tibi gloriosum est .q̃ eo tpe imperij potestas ad te peruenerit: qno pręcipuũ impatoris munus pstare possis: & iautas opes ac magnitudinẽ iperij: nõ ad priuata: ſz publica cõmoda: publicãq; salutẽ cõuertere. Alius fortasse calamitosis tẽporib⁹ se iperij fasces suscepisse grauaret. Tibi maxime cedit voluptati q̃ ĩ ipis iperij primordiis simul incipias & iperij habenas suscipere: & in rerũ discriminib⁹ exercerci. Generosi & strenui animi est malle in castris & assiduis pcliis eẽ/q̃ in delicijs versari. Quod si apud gẽtiles philosophos & apd Ciceronẽ eloquẽtię principẽ creditũ est: oĩbus q rẽpublicã auxerint iuuerint defẽderint: certũ esse in cœlo definitũ locũ: in quo beati sempiterno æuo fruãtur. tibi quũ vniuersam rẽpublicã christianã iuueris & e faucib⁹ spurcissimi & truculẽtissimi hostis eripueris: quas nõ elysias beatorũ sedes: q̃ nõ cęlestia loca parata credem⁹? Scio rex inuictissime mltos tibi deberi titulos: sed nullũ illustriorẽ ac diuturniorẽ expectare potes: q si fœdã & ĩpiã turcharꝝ gẽtẽ barbarã & pestiferã ex christianorũ ceruicib⁹ excusseris: eãq; extermĩaueris/fũditusq; deleueris. Quæ hacten⁹ gessisti & si pclara sunt & illustria: talia tñ sũt vt humana aliqua excelsa virtute cõfici potuisse credãt. Sed qd nũc infracto aĩo aduersus barbaras natio nes es adorsus: a nemine hacten⁹ pfici potuit. Expectat vt a te solo diuinis auspicijs cõficiat. Aut tu ille es/aut pterea mortaliũ nemo: quo duce: quo imperatore christiana plebs: ex diris & efferatis turcharũ faucibus eripiet. Aĩo tuo augustissimo ad recta tẽdẽti: & grauissimũ bellũ in turchas suscipere instituẽti: nõ quidẽ p ĩperij amplitudine: sed p diuini & christiani cult⁹ ppagatione: oĩa pspere feliciterq; succedẽt: & sancta desideria diuina pietas comitabit ac pteget. Fauorabile & gloriosum est apud oẽs pserti germanos pceres Maximiliani nomẽ: eo q̃ maximas res polliceat. Tuũ est eniti & ingenuã operã dare: vt hanc pcipuã inter mortales gloriã cõsequaris: vt etiã q̃ supra hoĩem sũt. tibi soli nõ ĩpossibile credãtur. Cęterũ gloriosissime Rex ne lõgi⁹ q̃fas est tua benigna audiẽdi facilitate: & sacri tui numinis reuerẽtia abuti videamur: vela cõtrahem⁹ & grãdi negotio breuẽ finẽ ĩponem⁹. Illustrissimus & sapiẽtissim⁹ princeps Lndonic⁹: cũ nos legatos ad Cęsareũ maiestatis tuę culmẽ mitteret: admodũ sollicit⁹ fuit: ne paũ tibi exprimere gratũ ei⁹ aĩm scirem⁹: neue incredibilẽ deuotionẽ erga te & augustã maiestatẽ min⁹ q̃ sit testatã redderem⁹: & lętitiarũ inęstimabilẽ ac gaudiũ incõparabile nr̃a or̃one parũ cõsequeremur Sed tuę prudentię fuerit: ex paucis multa & quasi infinita colligere: et potius varia assequi cõiectura: q̃ ex verbis nostris pcipere. Vtinã ei⁹ aĩm posses liceis oculis introspicere: pfecto multo plura q̃ referã

tur spectares. Agit imprimis deo bonorꝫ omnium largitori, dehinc sublimitati tuę gratias quas maximas potest: cum diuina opera & tua benignitate tam desideratum coniugium sit subsecutum. Deinde cum ex tuis regijs legatis: & ipsis rerum successibus plane diluci cideqꝫ perspexerit summã beniuolentiã & dilectionẽ qua erga eũ tua sacra maiestas afficit: & quam de eo optimam opinionẽ cõceperit: & q̃ eius pręcipuo intuitu regia celsitudo ad hoc sacrũ connubium cõdescẽderit: sese omnib⁹ obligationũ nexib⁹, erga serenitatem tuã deuictũ profiteꝫ: ac perpetuo obnoxiũ affirmat. Opes itaqꝫ facultates/copias/vires: seipsum ac liberos: constantissima fide pro tuo arbitrio etiã absoluto ac pro imperij vsu & incremento deuouet ac dedicat. Tuũ omne mãdatũ omni ęuo immortalis beneficij loco ducet Quinimo q̃ verbis aut sermone/aio celeri/prõpto & expedito. Ad quãcũqꝫ tuã expeditionẽ: pręsertim in barbaras & turchas nationes Idẽ diuus Ludouicus sese paratissimum exhibet: nõ tã ex eo q̃ christian⁹ sit. & intelligat quid christianum principẽ deceat: q̃ q̃ Maximiliani victricia signa fulgẽtesqꝫ aquilas: quocũqꝫ vertantur: & inquẽcũqꝫ rerum euentum insequi proposuit. Blancha vero consors tua & Augusta vt oib⁹ admirãda: ita a te Cęsare q̃ maxime amanda: in te vnũ omnes charitatis & affectus habenas relaxauit. A te solo pendere instituit: vt nihil vnq̃ illi graue/aut molestũ futurum sit qd diuina maiestas tua imperauerit: non minorem tuę incolumitatis q̃ vitę propriæ rationem habituræ.

Actum Ispurch die.xvi.Martii.Anno a natali Christiano.M.cccc.xciiii.

¶Raymondus Cardinalis Curcensis Consumatissimo iure consulto:& oratori facundissimo domino Iasoni Mayno nostro præcipuo.

NOn possumus non summopere extollere Iurisconsulte:& orator.præclarissime orationem:quam ad Serenissimũ Romanorum regem pleniori ventorum flatu insufflasti. Tanto enim latini sermonis ornatu:tantoq; verborum sale condita videbatur:vt non solum nos ipsi omniũ minimi: verumetiam omnis multitudinis corona publico & vno consensu te oratorem in Italia longe cæterorum principem decerneremus. Eam mediusfidius iam porato sermone a te:sicut scis:petiuimus. Quippe quã publice sine oratoris discrimine legi & publicari posse credebam⁹:Mirũ in modũ eloquio tuo mellito accẽsi ipsã orationẽ apud nos esse cupiebam⁹ Sed voto nostro eo tẽpore subueniẽdi locus tibi nõ est dat⁹. Siquidẽ si recte meminimus: orationem te duntaxat memoriæ mandasse: & non totam scripsisse affirmabas:pollicitus eam vbi omni diligentia exscripta fuisset:ex Mediolano constanter nobis esse donaturũ. Proinde cum eam ornatissimã orationem habere magis magisq; accendamur:& ex memoria in scriptis translatã esse arbitremur: Desiderij nostri partis esse duximus:si orationem ipsam per litteras nostras efflagitaremus. Eia igitur te valde oramus:vt huic nostro Tabellario ad nos dare velis:pollicitisq; tuis occurrere cõtendas:id quod ex humanitate tua te effecturum confidimus. Vale cum salute. Ex Prætorio Veroneo octauo Aprilis.M.cccc.xciiij.



AD DIVVM MAXIMI-
lianum Cæsarem Augustum,
Riccardi Bartholini, de bel
lo Norico Austriados
Libri duodecim.

MAXIMILIANVS DIVINA FAVENTE clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ Hungariæ Dalmatiæ Croaciæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ Brabãtiæ &c. Comes Palatinus &c. Cum inter alia quæ pro Romani imperij gloria & incremento continue disponimus, studia bonarum artium non extremum locũ sibi vendicant. Quæ sicuti merentur semper sereno vultu cõplectimur, atq; fouemus cupientes, vt omnia debito ordine circa ea dirigantur ad rectam & perfectam institutionem scire desiderãtium. Et cum intellexerimus non sine magna animi nostri displicentia, q; quidam Calchographorum illis ex auaritia & imperitia multum officiunt, cum magna iactura eorundem studiorum, cum antiqua & noua exemplaria ab eruditis veris magno labore exquisita et elucubrata, ac ad longum emendata, nec sine etiam difficilimo studio de nouo inuenta & elaborata, vti q̃ primum edita & impressa fuerint insidiose requirunt, ac non sine mendis & viciis frequenter, tanq̃ de industria in grauem iacturam, damnum ac dedecus non solum eorum qui composuerunt, conquisiuerunt, siue castigauerunt, Sed etiam omnium literatorum, denuo furtiue contra voluntatem edentium imprimunt. Quod ne his quæ de mandato nostro eduntur, contingat, volentes prouidere motu proprio, & ex certa nostra scientia sancimus, ne quis Carmen & poema de bello Norico, siue Bauarico ab honorabili viro Riccardo Bartholino nuper in laudem rerũ nobis gestarũ editũ, Quod Leonardus Alantse

ij

Bibliopola Vienensis, sub suo signo & nomine imprimit, & publicat, impressit & publicauit, pręter eius voluntatem & scitum imprimere, ac etiam alibi impressum vendere publice, siue occulte audeat per totum sacrum Romanum imperium, per annos sex. Qui si idem Leonardus Alantseæ Bibliopola pręfati poematis libros publice, siue occulte ad vendendum expositos, inuenerit vbicunq; id contigerit, propria autoritate per se, vel per suos recipere, & in suam vtilitatem conuertere possit, etiam ordinariorum Iudicum & Officialium contradictione & impedimẽto cessantibus, quorumcunq; sub pœna grauis indignationis nostræ, & pœna decem Marcarum auri puri. Quas contrafacientes toties quoties contrafactum fuerit incurrere volumus. Quarum medietatem Imperiali Fisco nostro, reliquam vero partem iniuriam passuris decernimus applicandam. Harum testimonio literarum sigilli nostri appensione munitarum. Datum in oppido nostro Inspruck, die prima Mensis Ianuarij. Anno Domini Millesimo quingentesimo Quintodecimo, Regnorum nostrorum Romani Vigesimo nono. Vngariæ vero Vigesimo quinto.

Ad mandatum Dñi
Impatoris propriũ.

Per Regem.

Sernteiner.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PA-
TRI. DOMINO, DOM. MATTHEO
miſeratiõe diuina S. Angeli, ſacroſanctæ
Romanæ eccleſiæ Diacono Cardinali
Gurceñ. Eccleſiæ Saliſburgẽſis co-
adiutori & ſucceſſori, impialiq;
locũ tenenti generali, Dño co
lendiſſimo, Ioachimus Va
dianus Heluetius, fœli
citatem optat.

CVM Dlebus ſupioribus, in manus me-
as, reuerendiſſime Domine, & illuſtriſſi-
me Princeps, Riccardi Bartholini Peru-
ſini de bello Norico, plena eruditiõis poe
mata veniſſent, eſſetq; conſiliũ, non tam meum, q̃ eru
ditorũ multorum ea in lucem, vtpote decennio elabo
rata, q̃ primũ emittere, vt & meritiſſima gloria non
priuaret autor, & rerũ nuper geſtarũ digna memoria
ſeries æternitatem ſortiretur. Viſum eſt mihi tum de-
mum hoc ipſum recte fieri, ſi tui in omis eruditos pa-
trocinij, tanti operis, vel prima pagina ratio habere-
tur. Tametſi em non ignorabam, diuo Maximiliano
Cæſari inuicto iſtud opus, q magnã rerum a ſe in illo
bello geſtarũ partem contineret, ab ipſo Vate Bartho
lino dicatũ fuiſſe, quia tamen in tota illa Poeſi ſua, ita
magnanimo Cęſari conſiliorũ, laborumq; conſortio-
ne adſcriberis, vt quaſi Achatem quendã herois Ae-
neæ, fama ſuper æthera noti, in ipſa mihi lectione re-
præſentaueris, merito poſt tanti Principis numen in
uocatũ, ſecundæ tutelæ & beneuolentiæ partes in te

255

officij nostri sedulitate locari debuerũt. Vt enim plerq; alia quæ me mouerunt, prætercam, animaduertebam Riccardum inter doctissimos, integerrimosq; & ad quosuis exanclandos labores promptissimos viros, qui te sequuntur, tuamq; aulam constituunt, loci & honoris esse non postremi. Præterea & id consecutum, vt de singulari tua in se gratia & beneuolentia, etiamnum sibi cõgratulari possit. Quid illud? q; vno omnium doctorum ore, vno optimorum quorumq; qui te nouerũt, consensu is esse iudicaris, in cuius conspectum debeant quotquot eduntur illustrium ingeniorũ monumenta venire. Non tam, vt illorum officio ille tibi honor, quem amplissimum consecutus es, augeatur aut confirmetur, q̃ vt scire possint dignum sit luce & lectione, nec ne quod edunt. Hoc enim tibi celsissime Princeps, supra multorum principum fortunas peculiare accessit, vt præter summam in ciuilium, & ecclesiasticarũ rerum tractatione prudentiam, præter multa alioqui & naturæ, & fortunæ non cõmunia tibi cum multis insignia, iudicare & discernere in omnium illustrium doctrinarum instituta contentione, quid optimum, quidve optimo proximũ sit, perfacile possis. Nec quis offerat tibi quicq̃, sed qd offerat perpẽdere, & eruditioni potiusq̃ personæ meriti locum præstare. Quod ipsum, vt in aliis contigisse persæpe cognoscimus, ita in doctissimo & elegãtissimo opere Riccardi nostri futurũ esse speramus. Cuius vt incredibilem humanitatem, summamq; integritatem prætercam, quam ego his diebus, quibus te arduis maximorum principum negotiis occupato, Viennæ ami-

cissima & familiarissima cõsuetudine sua pfruor, ex-
pertus sum. Eruditionẽ certe suã, quæ multifaria est,
sine piaculo non præteriero, quæ mihi singula collu-
stranti, cum in aliis ingenij sui monumentis, tum ma
xime in illo de bello ducum Bauariæ, principũq; Pa-
latinorũ, opere admiranda esse videtur. Præter enim
carminis diligentissime obseruatã elegãtiam, & aper-
tam istam fluidamq; facilitatem, quam præseferunt,
præter verborum & figurarum delectum, quem sum
mo iudicio mihi habuisse videtur, Ita rerũ gestarum
meminit, vt ab historiæ fide nusq; recedat. Ita veris lu
culenta illa, oculisq; & auribus grata poeticæ pigmẽ-
ta obducit & interponit, vt boni Poetæ officiũ nusq;
intermittat, simulq; & prodesse, & delectare volens,
vtilitatem cum voluptate, miro quodam artificio con
iungat. Est inter hæc inuẽtionis acumen, est digestissi
mus ordo, est verbis parta gratia. Mire veritas resplẽ-
descit, mire fabellæ oblectant. Sunt his intertexta ex
Physicis, Astronomicisq; petita loca, sunt amænæ &
signatæ regionum, populorum, montium, fluminũq;
maxime ad Germaniam pertinẽtium descriptiones.
Ita proprie & Graphice omnia exprimuntur, vt le-
gens non legere, sed videre sibi quæ legit, videatur.
Præterea in orationũ varietate, nusq; a decoro, nusq;
ab arte receditur, sunt in his congrui rebus affectus,
& illecebræ quædam, quasi suapte natura prognatæ,
est mira vis suadendi, dissuadendi, vrgendi, dehortan
di, sunt consilia, sunt argumenta, sunt colores. & vt in
summa dicam, quicquid ad consumatam huius gene
ris scriptionem pertinet, hoc præstitisse mihi Bartho-

256

linus videtur, cuius eruditionem & diligentiam, eo vehementius amplector, q̃ in media Italia natus, adeo de Germanis, rebusq̃, & locis Germaniæ abunde scripsit, vt ætatem suam, quam nondum prouectam habet, in media Germania egisse cuipiam videri possit. Q̃ si quibus operis varietas, vt nimia, fortasse subsultare videbitur, nil mirabũtur, cum in animum inducent, quot principes in eo bello fuerint, Q̃ q̃ illi partim suis, partim Cæsaris auspiciis decertarunt. Quorum nomina etsi asperiora quandoq̃ visa fuerint, quam vt ea Heroici carminis dignitas susciperet, ponere tamen vt erant, q̃ mutare maluit, ne quisquam q̃ mutata perperam essent, quæri posset. Sunt præterea reuerẽdissime dominæ, passim fabellæ quædam insertæ, quæ, quanquam ad delectationem potissimum excogitatæ videantur, altius tamen introspicientibus, detracto tectorio, magnanimi Cæsaris laudes (ni fallor) offerent. Postremo futuros non dubito, quibus non nulla in locorum, fluminumq̃ descriptione nominum mutatio, aut varietas stomachum motura est. Cum tamen ipse Poeta ad id agendum partim autoritate, partim seruandi nitoris studio, ductus sit. Qua in re mature cognoscendum esse arbitror, antequam quis iudicet. Nam tum sine discrimine, nunc Boemos, nunc vero Boiemos. Item, Amasium flumen, Amasiam, Amissium, nonnunq̃ Amusium appellitat, autoritate factum est. Nam apud Latinos hæc nomina varie leguntur, quin & apud Græcos varie scribi, ipsum Riccardum, qui & græce cum primis eruditus est, mihi aliquando re-

tulisse memoria teneo, sicut & Vistulam fluuium, iam Visulam, iam Istulan vocant. Addo etiam Græcorum angustias, in quibusdam suo arbitratu vel vitauisse, vel obseruasse, vt in descriptione Mosæ. Græci enim hanc dictionem per ae longum scribunt, tamen Ausonium imitatus est, qui Mossellam corripuit. Idem in dictione Menapij, & Gessoriacus, quorum alterum produxit, alterum per literæ vnius ademptionem, profert Gessoracus. quæ imitari aliquanto tutius aliquis potest, q̃ vno asserto, reliqua sine euidenti ratione reiicere. Illud omnino condonandum est, q̃ per licentiam, quæ Poetis in his quæ postulat ratio, perquã libera est. In descriptione Ratisbonæ, eam vrbem Reginum vocat, cum in vetustissimarum tabularum Geographia, Regino Reginonis inueniatur. Primo autem libro Itæuon pro Istæuon dicere potuit, cum Batarnas pro Bastarnas Claudianus dixerit, quod si hoc huic licuit, cur illud non illi? Simili modo illos qui oppidum Inspruck inhabitant, Pontesænos nominant, propterea q̃ coniunctim Pontesæni in antiquissima eius tractus tabella reperiantur, nec ineleganter ex duobus hoc modo vnum factum est, vt ciuem Pontesænum, agrum Pontesænum nominemus, nam & id ad Maronis imitationem fieri videtur, qui Inarimen coniunctim protulit eum interim apud Hesiodum & Homerum ἀρίμῳ & ἐν ἀρίμοισι cum præpositione legatur. In barbaris vero aut versis omnino, aut parte mutatis singularem ego eruditionem agnosco. Agendum enim mihi esse videtur quocunq̃ modo, vt Latine scriptu-

257

ri ita barbara disponamus, vt si latina esse omni-
no nolint, a latinitatis saltem candore non omnino
abhorreant, id quod in Heroico versu omnino ne-
cessarium est. Quemadmodum libro epistolarum no
no ad Caninium Rufum Plinius scriptum reliquit,
in hæc verba. Non nullus & in illo labor, vt barba-
ra & fera nomina in primis regis ipsius græcis ver-
sibus non resultent, nihil tamen est quod non arte,
curaq;, si non potest vinci, mitigetur. Præterea si da-
tur Homero & mollia vocabula, & græca ad boni-
tatem versus contrahere, extendere, inflectere, cur
tibi simile audenti, præsertim non delegata sed ne-
cessaria non detur? Hactenus Plinius. cuius auto-
ritas eos retundit, qui minus fortasse decenter Ric-
cardum barbara mutasse cauillari poterant, vt cum
pro Amurates, Amartes dixit, & pro Tamburla-
nus, Tabarenus (nam & a Tabarenis oriundi vi-
dentur) in his nanq; omnibus leniendis & cura, esse
& ars solet. Id quod tu illustrissime princeps, solito
iudicio dinoscere exactius potes, q̃ ab vllo præscri-
bi, atq; explicari queat. Tu opus tantum, & q̃ lau-
dum tuarum partem iustam continet, & quod Diui
Maximiliani titulos astruit, postquam acceperis, am
plecteris & defendes. Riccardumq; nostrum Bar-
tholinum ob illam suam singularem eruditiõem, quæ
dignissima principum beneuolentia existit, amabis
& fouebis. Vt te annuente alacrior, promptiorq; fa-
ctus, plura huic similia tuarum virtutum monimen-
ta in lucem edat, quod tum maxime futurum esse a-
nimo colligo, cum se abs te vehementer, vt hactenus,

amari intelliget. Opto te reuerendissime Prin-
ceps semper bene valere. Viennæ
Austriæ, Pridie Nonas Octo-
bris AN. M. D. XV.

¶ Errores qui alicuius momenti sunt,
sic collegimus.

In litera E fol. viij. facie secunda lege Spi-
ciferumq; caput In litera L tertium
fol. pri. lege. Hos sequitur Roeburga co-
hors fidiq; Roani. In A a folio, v.
in fine lege, his tardius isse, non ipse.

IO. FRANCISCVS PICVS RICcardo Bartholino suo.

Legi quantum per occupationes licuit, poema tuum, in quo multa vidi, & docta & noua. Indeq; obrepsit inter legẽdum, & iucunditas & oblectatio. Testariq; facile possum, videri mihi ex his quos perspexerim autoribus, tempestate nostra fuisse neminem, qui & luculentius, simul & doctius bella cecinerit. In carmine residet maiestas atq; eruditio, & quod attinet ad numeros & liniamenta, exerit sese quædã probati generis concinna satis, nec morose affectata imitatio. Chorographiæ nec parum multæ, nec protritæ orationes artificio plenæ. Vnum illud duntaxat desiderarim, Deorum gentium mentionem, quæ plurima est in carmine, non eo modo, quo sæpe veteris, fuisse constitutam. Siquidem optarem eos accerseres, non vt olim Poetæ addicti eorum superstitionibus, verum vt ipsorum & Osor & contemptor, & expulsor ac vindex, & plane propagator nostræ religionis, cuius es flamen. Sed hoc aduertunt pauci, quod & sæpenumero in scriptis dolui & nostris in carminibus me non probare illorum sententiam sum testatus, quando nec ipsorum Deorum, nisi in contumeliam memor fui. Nec citaui nomina, nisi dum eos ostenderem ab imperio orbis terrarum, Iesu Christi (quem colimus) virtute depulsos. Redeo ad elegantiam & doctrinam, cuius gratia & si tibi Cæsar, & tuus, immo meus, immo noster Gurceñ. debet, debet nihilominus & Germania, & Italia, & tua in pri-

mis Augusta Perusia. Vale ex hospitio apud Licum. XIIII. Calendas Octobris.

ILLVSTRI DOMINO IOANNI FRANcisco Pico Mirandulæ Principi, Riccardus Bartholinus fœlicitatem. D.

Augustæ Vindeliciæ cum mihi lepidissima epistola tua ex Lico reddita fuisset, opt. ac doctissime Princeps, summopere lætatus sum, tum quia mearum vigiliarum, quod abs te Romæ semel, iterum in Germania efflagitaui, iudicium protulisti. Tum etiam ꝗ eandem cum tanti sis apud eruditos & nominis & autoritatis, tanꝗ tutelarem Deum in poematij frontispicio, vt id securius, tuo contentum patrocinio exeat, collocandam censui. Quantum autem de Diis prophanis sentis, id ego tuo arbitratu sectatus fuissem, nisi labore exterritus, totus enim opus recudi oportebat, huiusmodi oneri pepercissem. Cæterum nisi Dij Deæꝗ canerentur a Poetis, fabularumꝗ lenociniis vterentur, velut ieiuni, & minime succipleni, cum proprium Theographice poetarum sit, spernerentur. Nam prodesse volunt & delectare Poetæ. Alterum enim nihil aliud, ꝗ Deorum Dearumꝗ figmenta complectitur, quæ ab Euemero illo prisco, siue ante illum a quopiam alio, siue post ab Homero Hesiodoꝗ affatim proditæ sunt, vt earundem illecebris ad cognitionem bonarum rerum animi rudes facilius traherentur. Quas si ab illis demas, nescio ꝗ pa-

tum eorum opera placebũt. Hesiodi poemata extant, si ilhinc Deorum auferes nomina, totum tollas, mutilesq; ornatum necesse est. Et tamen, vt ille ita de generatione mundi, rerumq; ac Deorum senserit credere, quam philosophi esset, non plane intelligo. Idem si in Marone nostro efficies, nonne totum illud Iunonis, Venerisq; figmentum auferendum. Quod si fieret, nescio quid Diuinum ex opere adimi videretur. Tamẽ quamobrem ita finxerit, tu non ignoras. Idem in cæteris sentio. Nam semper licuit, semperq; licebit Poetis nouas quãdoq; fabulas, nouos Deos, ne dum antiquos, modo ne temere asciscant, reponere. Quod ego in opere meo ita fecisse sum arbitratus. Nam qd aliud significat Bellonæ descriptio in primo libro, q̃ intestini belli originem, principumq; regnandi gratia, pugnandi cupiditatem? Quam partim iis, partim Deorum voluntati, quæ vitari non potest, attribuo. Quid q̃ etiam in toto opere Palladem fauentem Palatino, contra hostem Cæsari, eandemq; in calce operis in fauorem eius rediisse introduco. Nimirum quia Cæsarem & prudentia, & bello (vtræq; enim assecla imperatoriæ celsitudinis sunt) cæteris principibus præstitisse manifestum est. suaq; ipsius prudentia, aliorum sapientiam ita superauit, quod in pugna contra Palladem & a me fictum est, & ipse suis in libris indigena sermone compositis ostendit, vt omnibus in rebus a se gestis victoriam fuerit consecutus. Idem de Diana, quam & Lunam & Hecatem intelligimus, fauentem Cæsari arbitrere. Neq; enim ad vulgarem venationis significantiam referas, sed

paulo altius eruenda fictio est, quam apud Homerum & Hesiodum vbi omnipotentem Deam describunt, facile reperies. Per pugnam vero Veneris Cupidinumq́, haud profecto aliud sentio, q̃ vt Cæsaris animi fortitudinem constantiamq́, contra voluptates firmissimam interpretemur. Absit vt nudis fabulis in tanti principis laude contentus fuissem. Tum quia de ipso parum promererer, cum etiam si vt positæ sunt intelligerem, Atheos (vt Prothagoras ille) & haberi, & nominari non indignus viderer. Hæc ego, non tuæ vt sententiæ refragarer scripsi, sed vt alij, mea qualis esset de Diis opinio intelligerent, ac mihi tanquam vero Christi mancipio, bonam (si vellent) in scriptis meis gratiam referrent. Vale illustris Princeps, nostriq́ eris memor. Ex Augusta Vindelicia.

ARGVMENTVM LIBRI PRIMI.

Propositio totius operis uaria, quoniã uariis in locis pugnatum. Inuocatio ad Cęsarem dirigitur. Sequitur narratio sed concise, quoniam alibi diffusius rei initium narratur. Bellona tanq; Germanorum in re militari gloriæ inuida, pugnam ab inferis Deam, quam & Eumenides sequebantur, euocat. a quibus Germanorũ animi ad Martem accenduntur. Sequitur Roberti prius secum, demum cum patre Philippo, de suscipiendo bello consultatio. cui pater persuadet noscendam esse Deorum uoluntatem, aramq; Vlyssis ad oceanum (unde responsa petebantur) adeundam consulit. quod etiam Pallas insomnis Roberto peragendum imperat. Et per occasionem, causæ recensentur indignationis Deæ, qua Austriadas prosequebatur, quam in toto opere hostem Cęsaris facit, in fine rediisse in concordiam scribit. Itur ergo ad aram, ubi Robertus cum sacerdote loquitur, a quo loci & origo narratur. & umbræ ab inferis euocantur, quarum nomina Georgius dux Roberto exponit, inibiq; multa de origine Magiæ. Interim sacerdos functus sacro, bellum ingens, cædesq; futuras canit. In fine umbrarũ fuga describitur. Et Robertus non bene percepto oraculo, dulces terras, patriãq; reuisit.

LIBER PRIMVS
AD DIVVM MAXIMILIANVM Cæsarem Augustum, Riccardi Bartholini Perusini de bello Norico Austriados Liber Primus.

Aesareas acies, Arctoaq; regna, ducesq;
Magnanimos canimus, fontemq; binominis Istri.
Et vastum Heluetio spumantem vertice Rhenum
Strage hominum, atq; atro maculantes æquora fluctu.
Magnum opus aggredior, cum sæui fulmina Martis,
Et domitas bello gentes, cum Palladis iram
Et coniurato pugnantes fœdere Boios
Mens agitet, quis Parnasum, Cyrrhamq; mouentem
Sollicitat: tantus ne animis mortalibus audet
Illabi furor: & magnis non cedere factis:
Iam satis Amphriso, Pataraq; arcessere Phœbum,
Cymbrorum si bella velim, Senonumq; tumultus
Victaq; Teutonicis Romana furoribus arma,
Infrenesq; Gothos, madidumq; cruore latino
Vandalon, & raptas vrbes, Herulumq; furentem
Et meminisse, olim & tacitis defendere ab annis,
Pierio sed enim cum me color excitet Oestro,
Scribendiq; immensus amor, resq; ire per altas
Cæsaris, ipse mihi præcinctus tempora lauro
Numen erit, Cynthiq; simul lustrabimus vmbras,
Nec Bacchum Eois opus est diuertere lucis.

A

261

Tempus erit cum bella canã, quibus horrida vinci
Bactra venenatis dabitur confisa sagittis,
Carmanosq; Syrosq; truces, Libyenq; perustam,
Aethyopumq; plagas, vel cum duce Cæsare, victor
Vsq; coloratos transcendet miles ad Indos.
Cum fugiet deuictus Arabs, timidiq; Sabæi
Terga dabunt, alioq; ingens tremet obruta mundo
Taprobane, cum victa palus Mœotica cernet
Signa triumphato Germanica feruere Ponto.
At noua nunc belli moles, superumq; prophanis
Lis exorta odiis claras cum euerterit vrbes.
Ordiar hinc seriem, & rerum primordia pandam:
Postq; magnanimi iusto data Norica tellus
Cæsaris arbitrio est, regnum qui legibus anceps,
(Quandoquidẽ imperium sceptrũ cõmune refellit,
Nec patitur regnare duos) discerneret æquis,
Iudicij impatiens, simul atq; vt cederet alter,
Possesso non iure solo, & dotalibus aruis
Decreuit. vigiles extemplo it rumor ad aures
Boiugenum Heroum, gliscitq; insana cupido
Regnandi, sæuitq; animis gens aspera bello.
Interea armisonis mundum Bellona quadrigis
Lustrans, Arctois fixit Dea lumina terris.
Tunc secum, nunq; ne meas Germania vires
Sentiet? aut mentes regno semel vlta superbas
Danubiũ aspiciam, Vindamq;, Aenonq;, Licumq;
Corporibus fluere, & spumantẽ sanguine Rhenum?
Per me Dardanidæ, per me iacet Ilium, & ingens
Regnum Asiæ, sontesq; ruunt a culmine Thebæ,
Ipsa ego ad Aemathios madefacta cruore Philippos

Lætalem impleui membris ciuilibus agrum.
Quid nũc Thermopylas, Marathoniaq; arma, fugãq;
Cõmemorem Xerxis? quid tinctas sanguine Carras
Hesperio? & volucrem vexilla timentia Parthum?
Magna Philectæum stimulasse in prælia regem
Odeacro superante, parum est, nec Saxona tandem
Edomitum duris decima Trieteride, Francis
Censuerim in voto, & deletos funditus Hunnos.
Nescio quid maius Martis ferus inchoat alti
Nunc animus, pugnasq; diu, cladesq; morari,
Et differre nefas, belli ventura cruenti
Consilio premit Albertus, vocat vndiq; gentes
Langraphius, sumptisq; feri Bussactores armis
Exacuunt animos venturo Marte prophanos.
Respice q; sublimis eat, quotq; agmina secum
Auxilio moueat Virthymberzentius heros.
Sic ait, & pugnam nigri de faucibus Orci
Euocat, huic tristis famulam se iunxit Erynnis.
Dein Rheni auriferis velox allabitur oris,
Atq; Palatinas fertur bacchata per vrbes,
Pugnæq;, irarumq; æstus effundit anhelos.
Qualis in Actæis alterna lampade lucis,
Fertq; refertq; gradus cerealibus acta sacerdos.
Aut vbi in Hysmeni ripis, gelidive Aganippes
Ogygiæ celebrant repetita triennia Bacchæ,
Hanc circum Eumenides, bustalibus horrida tedis
Agmina, crinales iactant per inane Cerastas,
Incumbuntq; animis, cœcosq; cupidine regni
Impellunt furiis, tantiq; incendia belli
Sollicitant, addunt vires, audaxq; ministrant

262

Pugnandi robur,mentesq; ad prælia vertunt.
Protinus attonito crescunt sub pectore motus,
Impatiensq; moræ subiit furor.inde regendi
Ambitiosa fames,amor impacatus ad arma
Gliscit,& in sociis pollens discordia regnis
Iam vigili statione vrbes,atq; oppida late
Cinguntur,ferriq; duces exasperat ardor.
Quo ruitis miseri? quæ tanta exordia Martis?
Quodve paratis opus? quæ vos socialibus armis?
Impellit rabies? satius si bella, furorq;
In Turcas translata forent.si Dorica regna
Aegæumq; capax,& Bosphorus Hellesponti.
Frena sub Austriade rursus Rhenana subirent.
Armaq; in Assyriam ferrentur,& obruta bello
Ingemeret Babylon,sceptrumq; orientis ad Alpes
Cæsar ab Eoa veheret Germanicus aula.
Sed visum sic ire Deis.iam certa Robertus
Bella mouens animo curarum voluitur æstu.
Huc tandem,atq; illuc raptus,cupit ire per arma,
Hostilesq; equitum turmas,& frangere Marte
Iudicium,nec velle suum pro lege tenebit,
Austriades inquit.prohibent me sistere regno.
Iura quis hæc sanxit? nun regi credere dignum est?
Cuius connubio iunctam tenet ille sororem?
Ergo cœlestes superi,mortalia cordi
Si vestro,aut hoīm fandum sedet atq; nefandum,
Respicite huc.nec enim ignaris mendacia Diuis
Astruimus.propria cogor decedere terra,
Quis feret hæc? aut quæ mūdi tam barbara proles
Quis Scytha? vel sæuæ Fascellidos ara Dianæ?

Busyriscq̃,& inexorabilis vmbra Palyci,
Aut quæ iam veteres placarunt sanguine, diri
Numina Theutatis? Taranesq̃, Hesusq̃ repelli
Nos animo ferrent æquo, dotalibus oris?
Dixit, & arcanum patris penetrale Philippi
Ingressus. quem Marte super, belloq̃ futuro
Voluentem, aggreditur multa, & sic turbidus infit.
Quæ te cura premit belli pater? aut mihi soli
Succumbet dotalis humus, vel quod precor omnes
Auertant superi, charis vi pellar ab oris,
Non regni est securus amor, tutumq̃ duorum
Imperium, at vastis pugnax Germania lucis
Excitur, populiq̃ ruunt Mauorte furentes.
Belliger Austriades alto de vertice Carnos,
Atq̃ Alpes in bella mouet, Styriamq̃, suumq̃
Impellit Tyrolum, trepidatq̃ Carenthia secum,
Intonsiq̃ ruit pubes crinita Sueui.
Certe etiam nobis, nec pronus in arma Sycamber
Auxilio deerit, nec quæ se montibus arctat,
Gens durata gelu, & nunq̃ satiata cruore
Heluetij, & bello Gallorum exercita virtus.
Iam nemore ingentes mens est excire Boemos
Hercynio, & trepidas regis conuertere in vrbes.
Tu modo quid sentis resera. quem talia contra,
Egregio sollers fatur sic ore Philippus.
Nunc regni cura est animo, & te posse tueri,
Hoc quodcunq̃ reor virtute, armisq̃ potentem.
Nunc timeo Austriadas genus insuperabile bello,
Cerno equidem, nec vana fides gentilibus armis,
Tam fera communi tentari prælia damno.

263

At quid nate velim paucis aduerte docebo.
Est locus ad Rheni ripas, atq; vltima mundi
Littora, ad Oceanum magnum, qua dirus Vlysses
Tartareum ditem, atq; animas mouisse silentes
Dicitur, & nigros traxisse ad sydera Manes.
Densum, ingensq; nemus, vallesq; feruntur opacæ
Excipere has vmbras, dirusq; vbi carmina bubo
Et Stryges infernæ, læuaq; sub ilice cornix
Effundunt, lucosq; volant simulacra per altos.
Hinc exaudiri fremitus, sontesq; figuras
Insolitis vlulare modis, claustriq; refractis
Legibus inferni superas euadere ad auras.
Cocyti perhibent Manes, cum sacra sacerdos
Inchoat, & domito luctantes extrahit Orco.
Extemplo nutare nemus, trepidamq; sub imo
Tellurem mugire ferunt, mirabile visu
Vicinos atra obnubi caligine montes
Accipimus, siccari vndas, & currere retro
Flumina, & astriferum nebulam prætexere cœlum;
Non aliter Magico turbantur carmine Thraces
Cum sæuit Rhodopæa nurus, lateq; per Hæmum
Horrida Cyrcæi crudescunt sibila cantus.
Sed postq̃ paulum Vatis furor ille quiescit,
Voce canit responsa Deum, nec certius illo
Prædicit quicq̃ Cyrrhæo Phœbus in antro
Inuidet huic Ammon, & si sua cornua tollat,
Prædictisq; rudem voluat Garamanta futuris.
Quid vos Chaoniæ quercus, sanctũq; per vmbras
Pana Lycaonias? signisq; excepta mouentis
Niliacæ responsa bouis? quid in aere læuo

Cõmemorem cantus auium, cursusq; volantum?
Ceditis huic omnes, quare cum crastinus ortus
Fulserit, & Croceos aurora retexerit ignes,
In nemus ire para, lucosq; require silentum
Hic Diuum mentes, & belli arcana futuri
Prædisces, venturamq; omnẽ ex ordine pugnam.
Finierat, tunc ille orsus, sic talia contra.
Postq; nosse cupis duri primordia Martis,
Euentumq; iubes Stygios me poscere noctis
Nigrantis, populos caligantumq; cohortes
Exequar intrepidus, responsaq; Vatis adibo
Sic ait, interea prono iam Phœbus olympo
Merserat auricomum caput oceano Atlantæo,
Inq; laboriferas surgens humentibus vmbris
Luna vices, hominum curas mulcebat inanes.
Ecce per immensum virgo Tritonia cœlum
Labitur, & rigidos serpentum exasperat orbes,
Formidant syluæ, tellus tremit, adstupet æther,
Tempestasq; alto visa est feruescere Ponto
Gorgoneo, quotiens Pallas quatit ægida vultu,
Oreq; vesanum virtus vomit aspis hyulco.
Hæc Rheni ad littus, nigras delapsa per vmbras,
Phalsgraphidum tecta alta petit, collesq; superbos
Sopitum & noctem, nequicq; heroa sub altam
Miratur Pallas, namq; illum insomnia belli.
Versabant hinc inde, atroq; furebat anhelans
Marte animus, mirum dictu, pugnamq; ciebat.
Talia voluentem affatur sic Diua Robertum.
Quid nunclente iaces, rerumq; oblite tuarum
Indulges somno, Boiorum maxime ductor?

264

Surge age rumpe morã, & chari genitoris ab alto
Vt lux alma polo, terris seduserit vmbram
Mandata exequere, & lucos inquire silentes,
Sed primum corpus mergens fluuialibus
Purus adi, purumq; sacras te confer ad aras
Dixit, & in tenuem Pallas delabitur auram,
Austriadas contra sæuum indignata, diu quæ
In gentem hanc victrix tristis exercuit iras,
Fabor enim, nec longa sequar vestigia rerum.
Cecropiæ quondam rex, est sic fama, Mineruæ
Charus Otho, templum erexit, centumq; Sabæi,
Thura ministrabant aris solemnia Mystæ.
Passim cultus honor, primum intemerata sub alto
Effigies defixa Tholo, non qualis ad arma
Prosilit, & Libycos violentior explicat Hydros.
Sed similis vultu, quo non experta maritum
Esse solet, Melitemq; refert, aut Protomedeam,
Vel cum seposita Iliacum Simoenta Medusa
Ingreditur, pulchrosq; artus in flumine viuo
Proluit, & rutilo splendorem a vertice vibrat.
At sub marmorea pictum testudine templum
Cernere erat, cum discusso capite orta tonantis
Perrexit Libyam, & primum Tritonide ripa
Exiliens visa est, nec adhuc fuit ægide præster
Insertus, Garamasq; vagum, nec viderat aruis
Chersyhydron, caudaq; atrum serpente Pharæam.
Aera sed postq; rupit Danaeius heros
Remigio alarum, & crudum thoraca Mineruæ
Induit, & cæsa petiit Phorcynide cœlum,
Feruidaq; vt supra Syrtim Berenicida Gorgon

Extitit, in terram ſanguis, craſſumq; venenum
Decidit, vnde ferunt triſtes creuiſſe colubros,
Et Cyrenæa nocuum Baſyliſcon arena.
Parte alia Aethnæo Tritonis fulmine ſæua
Euboico in Ponto, triſtisq; ad ſaxa Capharei
Diſiicit Argolicam rapido cum turbine claſſem.
Interea exoritur magnum, & memorabile bellum,
Quod reges geſſere pares, verum exitus iiſdem
Haud par, Auſtriades cauſis melioribus vſus.
Hunc perimit bello, victorq; per oppida vectus
Sanguine pollutæ infecit Tritonidis arces.
Ex illo iratos contra fert tempore Pallas
Auſtriadas animos, odiisq; inimica prophanis
Inſequitur gentem immeritam, Diuosq; futuros.
Quippe etiã Auſtriadũ venturã a ſanguine magno
Progeniẽ audierat, quæ Boſphoron, & Garamãtas
Signa vltra ferret, Gangem ſuperaret & Indum.
Quæq; ſuum victrix hauriret Marte cruorem.
Hic dolor, hæc rabies, vnde implacabile numen.
Diua Viconicio (ſi famæ credere dignum eſt)
Ingeſſit ſtimulos, ſceleriſq; exorſa nefandi
Moliri eſt auſus, cum Pannonium Sylacæum
Cœpit, & armato lacerauit milite ciues.
Belliger Huniades extra deſerta Getarum.
Impulit inflexo pugnantes Iazigas arcu
In Styriã, & magnis bello abſtulit arua colonis.
Qua fœlix auro, & pingui patet Auſtria gleba.
At nihil his actum eſt, iam ſeditione Vianam
Imbuit, atq; odium popularibus intulit auſis.
Proh ſcelus, & ſumma Cæſar ſpectabat ab arce

265

Federicum imperatorē intelligit.

Armatas acies,& corda ferocia vulgi.
Quid memorē Belgas,Morinos,gentesq; repostas
Oceanum ad magnum,quas impulit illa furentes
In dominum sæuire suum,iamq; arma Leponto
Obtulit,& Veneti maculauit sanguine ripas
Diua odij memor antiqui,serpentibus atris
Sæuit adhuc,pugnæq; duces interfurit Oestro.
Ergo quæ vigilans,humentibus hauserat vmbris
Dux,secum euoluit.dein lecto desilit aureo
Inuitusq; die lucem,Phœbumq; moratur.
Extulit interea Croceas aurora iugales.
In nemus ire parat,Stygiosq; inuisere Manes.
Ense latus munit,clypeum arripit,vnde videres
Phalsgraphidum genus,& proauos,& fortia bello
Pectora,Boiugenumq; aciem,cum Latius arma
Eridano,& domitis fuderunt agmina ripis
Hinc Byorix,Ambronq; ferox,& Cymbrica castra
Picta videbantur,catulumq; timere furorem
Aspiceres,fractasq; niues,& montibus alas
Præcipites,& aquis pontem indignantibus actum.
Nec non indomiti,& fulgentes Saxones armis
Francorumq; manus,heruliq;,& belliger Hunnus
Apparent,raptæq; vrbes,& prælia quondam
Horrida Tectusagum,pulsataq; Noria Boiis.
Mille etiam priscis circum argumenta figuris
Viuunt,mille viri descriptis vultibus halant.
Itur in antiquam syluam,Rhenoq; remenso,
Sacra Ithaci miranda petit,cum nocte silentes
Ad superos veniunt vmbræ,vix margine plantam
Intulerat nemoris,tremere omnia visa repente,

Atq; imo mugire ſolum, gemitusq; per auras
Audiri, & triſtes compleri murmure lucos.
Subſtitit ille, ferumq; extra capulo eripit enſem,
Intenditq; aures, veluti ſub luce maligna
Exploraturus, ſiquid præſenſerit hoſtis.
Arrigit auditum, pronusq; in verba moratur.
It tamen, & greſſu impauidus nemus intrat opacũ
Horrida perquirens Ithaci penetralia Vatis
Sacrorũ ſedem, nigrans quam vallis obumbrat.
Et negat admitti calidos Hyperionis ignes,
Sed noctis patiens, & tetris fumida ſyluis
Relligione locum Stygio ſacrauerat Orco.
Intus perpetuæ plenum caliginis antrum
Demiſſum ad Manes, ſacræq; in faucibus ipſis
Veſtibulum ante aræ, circum pallentibus vmbris
Bacciferæ Taxi, candentisq; vmbra Laburni,
Et pomis viduata ſuis, Cybeleia pinus
Apparent, triſti feralem lampade cedrum,
Atq; ſepulcrales medio de funere raptas
Cernere erat ſplendere faces, mox omnia Vates
Luſtrat, & an quisq; teneat nemus, horridus inde
Voce tonans, eitis quicunq; ait, ite prophani
Hinc procul, & ceptum timidi ne accedite ſacrum.
Tunc heros primum viui ſibi fluminis artus
Sparſit rore leui, atq; olli ſeſe obtulit vltro,
Obſtupuit Vates. quis te inquit caſus adegit,
Infandum penetrare nemus? quo numine fretus
Huc tendis? locus vmbrarũ eſt. age fare viciſſim.
Quem contra affatur breuiter ſic Boicus heros,
Non me caſus agit, defunctas ire per vmbras.

Sed Diuum monitus,& chari iussa parentis
Per loca nigra situ,Stygio sacrata tonanti
Impellunt,dudum laui me gurgite viuo,
Accessiq; tuas Vates purgatus ad aras.
Nunc quid ego exquirã paucis aduerte,profabor.
Bellum ingens,si forte tuas quoq; perculit aures
Exoritur,mecumq; omnis Germania pugnat.
Longa mali series,neq; enim sat tempora fando
Sufficerent,tu bella mihi tantum effer ad auras
Ventura,& casus (nam tu potes)æde futuros.
Per nigri regna alta Iouis,per numina subter
Infernum iuranda polum,& caligine mersa
Oro velis,si fata sinunt,si Iuppiter aulæ
Annuit infernæ,& nostri Diis cura remansit
Effari,ac nobis belli recludere finem,
Venturumq; sinas Erebo prænosse laborem
Dixerat,ille atrox oculis,cui plurima mento
Canicies inculta iacet,gliscitq; videndo
Igneus ore vapor,rabiesq; inserta sororum
Eumenidum,tales depromit pectore voces.
Si te tantus amor bellum,si tanta cupido
Noscere sollicitat,Manesq; videre profundos.
Hæc tibi sunt peragenda prius q̃ cernere quicq̃
Detur,& antiquis mecum considere sacris,
Hac depone ensem,clypeumq; sub arbore,& vna
Lethæam intonsum circum caput aggere Pallam
Tænareæ Iunonis opus,quo sæpe solebat
Pulchrior vt fieri voluit,sibi comere crines,
Et se Tartareo placituram offerre marito,
Illa mihi dono quondam dedit,illius ergo

Numinis infernos libato ſanguine Manes
Placabant olim,qua tempeſtate biremis
Dorica,& appulſus fortuna huc venit Vlyſſes,
Egregiamq; ſuo de nomine condidit vrbem
(Vt fama eſt) poſuitq; aram,cœtusq; ſilentum
Exciuit,ſtatuitq; ſacrum,fiericq; quotannis
Conſuetum populis,donec libare per vmbras
Deſiit humanumiam mitior ara cruorem
Dixerat,inde duos nigrantes cornua tauros
Plutoni Stygio,totidemq; ad vulnera vaccas
Magnæ Hecate promit,dirisq; vltricibus Agnas.
Dein tali impauidũ aggreditur ſermone Robertum.
Funde merũ,& ſalſam ſparge inter cornua frugem,
Cum flammam ex ara,lumenq; micare videbis,
Ipſe ſoporiferum iactat per inane papauer,
Lætiferam Taxum,triſtiq; ex ilice frondes,
Temporaq; exornat circum Stygia Cypariſſo
Infauſti pecoris præfurua pelle recinctus.
Inde manu lignum medio de funere raptum:
Caluitiumq; hominis,ſparſiq; per aera buſti,
Infandos haurit cineres,& ruminat ore
Quæ Thelmeſſiaco muſſantur carmina ritu.
Non ſecus Aeæi Circe ſub rupibus antri
Horruit,& nigri Manes ſtimulauit auerni.
Quæ potuit firmare polos,& cogere Lunam
Sydera torquere,& diuellere montibus Ornos.
Incipit effari,luctantemq; euocat orcum
Addidit & Dryidum cantus,& Theſſala verba
Fœmineis vlulata modis,Nilotica quicquid
Claudit,Cocytum vertens in carmina Memphis,

Nec non Athracij miſcet mala murmura Vatis.
Tunc velut Ogygio ſtimulatũ Penthea Baccho.
Cernere erat voluentem oculos, fit ſpiritus olli
Maior, & in pleno luctatur pectore clauſus
Extemplo micuere ignes, & ſponte per aram
Eluxit flam ma, & tedæ exarſere rogales.
Tunc heros ſalſamq; molam, & ſpumantia Baccho
Cymbia perfundit nigrantis cornua tauri
Stat Vates cultros vibrans, dein talibus hiſcit.
Aeternæ noctis, caligantumq; animarum
Arbiter, horrendiq; Hecate Regina Baratri
Et Chaos, & Phlegeton, conſuetaq; ſæpe vocari
Limoſo Styx atra vado, & liuentia nigri
Flumina Cocyti, ripæq; Acherontis auari.
Et vos o diræ ſontum timor, atra flagello
Tiſiphone, Alectoq;, hydriſq; armata Megæra,
Et cuſtos Erebi, Vates ego ſacra Thyoneus
Conſicio, vobiſq; lito, maioraq; veſtris
Munera libo focis, taurumq; his vulnere dictis
Inuadit, iugulatq; animam, dein cætera mactat
Corpora, & accenſis imponit viſcera flammis,
Accipite hæc inquit, libamina veſtra, ſacriſq;
Annuite, & ſuperas iam iam migrate ſub auras.
Finierat ritus, & verba precantia Vates
Cum ſubito auditæ voces, ſola cepta moueri,
Vicinasq; labare vrbes, & murmure vaſto
Immanes referunt tremuiſſe ſub æquore Phocas.
Flumina ad vmbriferas Vogeſi rediere cauernas
Rapta Moſæ, Rheniq; vadum ſub tartara tellus
Accepit, Syrtiſq; ingentem condidit alueum.

Obnubitq; polum caliginis vmbo, retroq;
Vulgus anhelantes Luna fugiente, retorsit
Tartareum currus, summoq; a vertice luci
Agmina fugerunt, errant quæ montibus illis,
Nympharum, vt supero visa est Proserpina mundo.
Dij quibus & Phlegeton curæ est, aniæq; silentũ
Quæ colitis sedes, & inania tartara Ditis
Vestrum opus incipio, sit fas mihi condita nocte,
Sit terris demersa loqui. iam prima per vmbras
Ante omnes carpebat iter Trinacria virgo,
Raptori coniuncta suo, deinde ordine longo
Non aliter q̃ si grus inter nubila clamans
Iuncta volet, pennisq; secet stridentibus auras.
Succedit syluæ genus innumerabile vulgi.
Gnosius interea Vatem vocat. ille quis inquit,
Quis nouus huc nostrã accessit mortalis ad aram?
Quæ sibi dic Vates, vnde hæc fiducia facti?
Cæruleam extemplo vittam, munusq; sacratum
Iunonis Stygiæ, tumido tunc ore resedit
Ira Dei, & nigri placantur murmura cætus.
Dum per cuncta oculos voluit Mauortius heros,
Ecce per obscuras vmbras, feraliaq; antra
Pallente incedit, mœstoq; Georgius ore
Boius horrescit. qualis cum Luna pauetq;
In cœlo, & Stygios Magiæ pallescit ad hymnos.
Protinus exiluit turba, dein talibus vltro
Aggreditur dictis, num te mea cura Roberte
Cerno oculis? nun te video? nun te alloquor? heu
Me nimis inuitum rapuit mors improba, non tu
Si superis agerem vitam, si vescerer aura,

Numina, vt eliceres Erebi, loca turbida adires.
Bellandi causam Manes mihi fama sub imos
Attulit, & dolui. sed quid regnat ne Philippus?
Ecquid agunt pueri? quid nata? age fare vicissim
Excipit, & contra effatur sic talibus heros.
Postq̃ te nobis sic Dij voluere repente
Abstulit atra dies, veniet quæ semper acerba
Semper tristis erit, mecum sors iuuida cepit
Luctari? neq; enim victa ceruice sub illa
Occubui, sed contra omnes ardentior ictus
Intendi clypeum, regnoq; potitus, ad arma
Prouocor Austriade, & ducibus quos nostra triũphis
Diues alit regio, tantumq; audire Deorum
His rebus responsa super, belloq; futuro
Inquirens, ferale nemus, Vatemq; petiui.
Sed quid plura loquor? regnat pater, & tua proles
Implet auo pueros, sed tu per sacra profundæ
Non temeranda Deæ, cultrosq;, arasq; piandas.
Dic rogo cogantur q̃ longa ab origine Manes
Fontibus a Stygiis superas euadere ad auras,
Quis trahit huc anĩas? quæ gens? nun cũcta mouẽtur
Tartara? vel certis labor est? vel parcitur vmbris?
Fabor ait, nec vana quidẽ, quam prospicis artem.
A Ioue principium fuit, & cœlestis origo
Hinc delapsa polo late descendit ad oras
Persidos, & magno pollens Zoroastre per orbem
Irrepsit Memphim, Syriæq; inuecta per vrbes
Dira superstitio, multisq; fluentibus annis
Ad Lyciæ Thelmesson iit, dein Thessala regna.

Sæpe vbi fœmineis, descendit menstrua olympo
Cantibus, & tristes Phœbe despumat in herbas.
Orphea qd memorẽ? qd Circen, aut Prothea magnũ
Carpathio varias vertentem gurgite formas.
At periere olim Vatum monumenta priorum,
Atq; arti contracta fides, retroq; relabi
Paulatim cepit, stabili sunt omnia fato
Per certas reuoluta vices, siluisse lebetas
Vidimus Epyri, Prænestinæq; sorores
Fatidicam æei liquerunt hospitis vrbem.
Quin etiam quercus referunt oracla dedisse — Alludit ad Dryiadas.
Hercynia in magna, coluit quas alta vetustas.
Nec miror quondam hæc periisse arcana deorum
Aspice defectum nostram quoq; ferre quotannis
Naturam, rursusq; nouis gaudere figuris
Frondiferũ, vt perhibent, flãmæ splendẽtis, Epopon
Vis æquauit humi, montanasq; eruit ornos
Aeq; cacuminibus campestris forma remansit
Tantalon, & Syphilum, Phœnicũq; obruit vrbes
Sub uastum natura solum, rursusq; subinde
Accipimus natas, turbata per æquora, terras.
Et celsam Prochiten, & egentem numine Delon — Respexit ad ortum Deli et Rhodi, id circo egentes numinũ dixit.
Ignaramq; Rhodon miracula ponere Phœbo.
Quid moror? ipsa suis vicibus nox humida fungens
Phœbi pellit equos, hanc ilicet effugat atram
Clara dies, pars sydereo de vertice mundi
Prona ruit, partem assidue vertigo supinat.
Nunc æstas lapsa est, sed & hãc quoq; prouocat alter
Annus, & obseruat glacialis frigora brumæ.
Omnia prætereunt, redituraq; tempore certo

269

Discimus exemplo rerum, sic forsitan, ipsa
Quę vacat, ars repetit, nec Vatibus antra carebunt.
At quæ nos Superis vis attrahat, accipe paucis.
Carminibus Magicis, sacroq; accersimur ore.
Nam simul, atq; imas animas, & tartara pulsat
Vocibus, atq; Erebi pallens adsibilat vmbris,
Sistimus huc omnes, solum nos improba Vatis
Vis trahit ad Superos, inuitaq; cernimus astra.
Nam potis est, Phœbumq; retro, cœlicq; meatus
Vertere, & ex atris conuellere nubibus ignes.
Hinc responsa petit, venturaq; pandere terris.
Nos credit mortale genus, sed vera profabor.
Quis rerum seriem promet penetrale quis alti,
Ingreditur fati? nulli se præbet habendum
Ipse tenor mundi, quot enim mortalia corda
Voluimus in dubiis? Furor est secreta mouere
Fatorum, Vates, sed finge, arcana Thyoneus,
Et populos mersura tibi monstrauerit arma.
Quid iuuat, o miseri tristes prænosse labores,
Atq; malis, tantum, nec adhuc venientibus angi?
Fata immota manent, aderunt, quæ tanta Cupido
Sollicitare Deos, cantuq; lacessere Manes?
Nunc animas Erebi dicam, quas carmina Vatis
Nulla mouēt, nullusq; labor, quasq; improbus vrget
Ad superos error, patet atro limine cuiq;
Tænarus admittitq; omnes, rectosq;, malosq;
Qui regni diuersa petunt. Phlegetonte sub imo
Innumerum sontum genus est, & turba malorum.
Luxus vbi, Fastusq; perit, nec pollet honorum
Ambitio, cunctis sceleris, data pœna, peracti.

At cui conceſſum veros cognoſcere Diuos,
Virtutemq; animi cœleſtem æquauit agendo.
Qui vitæ caruere dolis, quem nulla peredit
Maieſtas, regniq; timor, cognata reuiſunt
Sydera, fœlicesve petunt examine campos.
Quos noſtri Elyſios olim dixere priores
Extra axem, Phœbiq; vias, vbi mille peractis
Solibus, adſuperas, redituræ in corpora, terras
Cœleſtes animæ Læthæa obliuia potant.
Gens nullo turbata ſacro, nullisq; coacta
Carminibus, lucos populi, camposq; colentes
Aereos, Solemq; ſuum, ſua ſydera norunt.
Sed quoq; & hij, magni velut adſpectacula Circi
Turba ingens, Latios, pellecta cupidine, ludos
Inſpectura ruit, veniunt ad ſacra volentes.
At qui iudicio Diuum damnantur auerno
Dant ſceleris pœnam, atq; etiam parere vocatis
Eſt opus, & gelido Vatis conſydere luco.
Sed nunc te verbis tantum ne demorer, illuc
Aſpice Chriſaoram, atq; triformem Gerionea
Orthonq;, & ſtabulis, quem perdidit, Eurytiona
Amphitrioniades ſacræ, in magnis, Erythiæ.
Illas, Heſperidas. Contra ſerpentibus atris
Gorgonas has perhibent, dextra, leuaq; bimembres
Perlege nubigenas, & agentem Monycon ornos,
Aretonq;, Vrionq;, Sagittiferumq; Mimanta.
Iamq; alio deflecte aciem, Romanaq; cerne
Agmina, quæ nunq; ſatiata cupidine regni
Arma per Eoas gentes, tremefactaq; rubri
Littora, perq; Arabum, vetitos duxere receſſus.

270

Qua male turilegas vidit gens Martia Carras.
Hij duo ſunt craſſi,ſed quæ crudelior,ante
Vmbra venit,Sylla eſt,patrio qui ſanguine campum
Fœdauit,Tyberimq; vado ſpumante coegit
Corpora Tyrrheno fluitantia mergere Ponto.
Pone ſubit Marius.Quis enim truculentior illo
Extitit vnq; ſepulas inter,menſasq; nefandas:
Subſtulit Antoni manibus,lacera ora,cruentis.
At qui ſe mœſtis oſtendunt vultibus,ac te
Auerſis ſpectant oculis,lumenq; recondunt.
Primus Romuleis Seruilius acer in armis
Carpit iter,ſignatq; gradu,veſtigia lento
Caſſius,at qui altum,premit immo corde,dolorem
Scaurus erat,quæ pone ferox non debilis haſta
Mallius,inſequitur,cunctiq; hæc littora norunt
Iamq; dolent,trepidiq; vident regna horrida bello.
Quippe olim fuſi,noſtroq; a Marte fugati
Formidant etiam madefactos ſanguine campos.
Drusum de induſtria uictorum ſimulat.
Parte alia indomitum torua ſub imagine druſum
Iam ſpecta,qui Marte Salam,Rhenicq; bicornis
Spumantes multo fœdauit ſanguine ripas.
Hic eſt qui bello Byrchanem,& Bructeron aruis
Inuaſit,gelida qua fertur Amuſius vnda.
Talia dum memorans genero ſocer omnia pandit
Apparet turba in media,mœſtiſſima vultu
Vmbrarum effigies.Tunc heros Boicus inquit.
Cur mœſta hęc vmbra eſt: lachrymisq; os implet ob-
Dic rogo,quē contra breuibus ſic incipit ille. (ortis:
Hic eſt Quintilius longa ipſa exordia,longæ
Ambages,ſed ſumma ſequar faſtigia rerum.

Fœderibus fractis, qua tempestate Sycambri
Deseruere fidem, pactamq; resoluere pacem
Est visum bello, sæuos animare Cheruscas.
Occepit rabies pugnæ, pepulitq; Caulcos
Rumor, & Obnobio trepidantes vertice Cathi.
Romanos contra sumpserunt arma potentes,
Quintiliumq; atra fuderunt strage latinum.
Nec minor Herminij effigies, vultusq; minaces
Apparent leua, is nunq̃; deuictus, at anceps
Sæpe fuit pugna, & quantum Germanice cladum
Perpessus fueris, quoties nec abiueris æquo
Marte, tui seruant bellum memorabile Fasti.
At qui per syluam ingenti, perq; agmina, Fastu
Vmbrarum incedunt, Cyaraxes Medus, & vna
Astyages, illac Dareus Persa, sed ante
Cyrus it, en Xerxes terror maris, omnia miscens.
Aspice vt insurgit campus Mythra. Illius armis,
Calcatumq; fretum, iunctumq; Propontida dicunt,
Epotosq; amnes, Sed tu modo respice, quantus
Rex trabea insignis, superat media agmina Sydon
Interea, & lætas super eminet Italus vmbras.
Hos quondam regnasse ferunt, qua panditur ingens
Hercyniæ nemus, & gelidos alit vmbra Sueuos.
Nec longe apparent Galli, toruumq; minantes.
Vix nostras spectant Aquilas, infestaq; damnant
Sceptra Ariouisti præformidata Tyranni.
Tunc heros quæ forma hoīs, quibus horridus ille
Vultibus incedit? tantusq; insurgit ad auras?
Dic rogo quod monstrum? quęve hæc sub tartara la-
Talia dicentē alloquitur, sic vmbra vicissim. (bes?

Hunc olim fama eſt,terræ omnipotentis alumnum
Germano regnaſſe ſolo,Numenq; fuiſſe
Gentibus ignaris,memorantq; Thiryſtona dictũ.
Non talem Aethnęis vaſtum Polyphemon in antris,
Maioremq; ipſos intendere Brontea folles
Crediderim,aut verſis ſudare Pyracmona maſſis.
Hic pius in primis habitus,Iouis arma ſuperbos
Cæumq;,Cræumq;,Hyperionaq;,Iapetumq;
Temnentes fugit fratres,& nauibus altum
Oceanum emenſus,noſtris deus appulit oris.
O,ſi vnq; ſedes Superum, tibi tendere adimas
Fata darent, viuoq; altas innare paludes,
Maiora his multo,vmbrarum ſimulacra videres.
Namq; ibi Titanas,pulſant qui vertice nubes
Tantũ infra terram merſos,quantũ Aethere ab alto
Ingens ſi caderet pondus,nonoq; peracta
Interualla die,ſurgens aurora videret,
Iuppiter occuluit,ſeptumq; ex ære recinxit,
Et nigram triplici murorum ex ordine noctem
Appoſuit,ſupraq; ingens caligine tetra
Opprimit hos tellus,Duro calybe Enoſigæus
Affixit poſtes,cuſtodes carceris atri.
Centimanus Briareus,Cottosq;,Gigesq; feruntur.
Verum mors cunctis longe eſt immanior vmbris.
Et ſomni ſoror,& pallentis filia noctis.
Huic ſiquidem æreum caput eſt, tenus inguine putri
Ex terra corpus,quæ pendent crura,putares
Eſſe vndas,liquidoq; inflecti errantia,motu.
Hæc infra,ſupraq; innixa, hinc inde recuruis,
Hunc manibus veſtrum præcingit ferrea mundũ.

Nunc geminas huc flecte acies, magnaq; potentẽ
Luminibus lustra venientem Mammona prole
Numen, & ipsum olim populis, genus vnde superbũ
Oceanum iuxta, fluit, & pugnator Itæuon.
Aspice nunc Dryidas, aluit quos Gallia, Vates
Vt perhibent, olim patria qui sede relicta
Fatidico nostros subiere examine lucos,
Sacraq; in Hercynia posuere cubilia sylua.
Hi montes metiri audent, terrasq; iacentes
Syderaq;, & motus, quæ sit natura Deorum
Inquirunt, quæ vis illis, & scire feruntur
Interiecta polo, quantum plaga distet, vtroq;.

Istæuon alibi ut Bastarne, et Batarne.

Respexit ad historiam Clau. Imp.

Dixerat extemplo peragens inferna Sacerdos
Sacra Erebo, tonat ore Deos, circumq; per vmbras
Bacchatur patiens diuum, nec Numinis expers.
Non secus Euboico Vates immanis in antro
Fœta deo, visa est vastum mugire repente
Dardanio Aeneæ, cum centum ingentia claustra
Sponte sua patuere fores, regniq; futuri
Chalcidicæ exhausit diuæ responsa Sibyllæ.
Circumerrant vmbræ, motisq; Megæra flagellis
Tartarei nutu, iubet alta silentia, Ditis.
Ilicet omnis ager, montes, atq; antra quiescunt,
Nullaq; dat voces, repetitaq; murmura, vallis.
Talia tunc imo Vates de pectore promit.
Bellum ingens, cædesq; cano, Rhenũq; cruore
Spumantem aspicio, venient in regna Boemi
Auxilio, Martemq; cient, Francosq; sub ictu
Prosternent primo, atq; vndabit sanguine Rhesus.
Te quocunq; trahet fortuna, ardentior ito.

Ne dubita dabitur requies, finisq; malorum.
Nam te victurum promittunt numina, Regem.
Vix ea finierat tremere omnia visa sub imis
Extemplo pedibus, nemora alta, domosq; ferarum
Excussas, nigrasq; canes vlulasse per vmbras
Accipimus, motoq; sacras de vertice Nymphas
Hercynio plorasse ferunt, mox protinus omnis
Vmbrarum cœtus, Vatisq; effugit imago.
Non secus Hyppotades Tyrrhena ad littora soluit
Carcere ab Aeolio, Boreamq;, Austrosq; procaces.
Qui terras quatiunt, & tempestate sonora
Incumbunt Pelago, tumet altis fluctibus æquor
Ionium, & motas vix continet ancora puppes.
Sic Manes stygij, turbæq; Acherontis auari
Surgentem liquere diem. Cum Delius vmbras
Exoriens, afflaret equis, pars illicet antrum
Irrumpit, repetuntq; altas sub tartara pœnas.
Pars qua flagrantes ignes, Saxonia tellus
Euomit, atq; aditum speluncis continet atris
Ad Manes rapitur, trepidat sub gurgite Tethys,
Cymbrica, & horrescũt glaciali Hemodes in vnda.
Expauit tunc Luna polo, currumq; reflectens
Delius, occiduis rursus remeauit ad ortum
Axibus. Vt quondam mœstæ videre Mycenæ
Obscurum, & radiis versum pallentibus, Argos.
Boicus interea visu rerum astupet heros,
Frigidus, & coiit per membra rigentia sanguis,
Atq; vbi sint oculis vmbræ circum omnia lustrat.
Adsilet omne nemus, tantumq; per aera summum
Auditæ voces, Vates quoq; lapsus ad auras.

Liquerat ancipitem, tunc ille sub arbore fixa
Corripit arma manu, dein talia vocibus infit.
Dij quibus vmbrarum cura est, Erebique silentis
Infernæque animæ, nigrantisque arbiter orci
Annuite inceptis belli, firmumque, ratumque
Sit quodcunque sacri referunt oracula Vatis.
Centum ego cum patria, dabitur me sistere terra,
Constituam ante aras taurorum terga nigrantum
Sacra Ioui stygio, atque Hecate sua munera ponam.
Nec templi non stabit honos, aræque dicatæ.
Dixerat, & secum Vatis responsa volutans,
Bellorum finem fœlix dabit exitus, inquit,
Hostilisque acies nostris superabitur armis.
Heu diuum, ignaræ mentes, heu conscia veri
Nequicq̃ ratio, fatoque hebetata Deorum.
Hæc vbi, discedit, vastæque silentia syluæ
Egrediens, dulces terras, patriamque reuisit.

FINIS.

LIBRI SECVNDI ARGVMENTVM.

Præsagia futurarum cladum recitantur, Oratoresque Cæsaris ad Robertum missi qui de bello, paceque agerent. Interim Cæsari, dum Augustam repetit, ab Alpinis pastoribus quædã de monstro recensentur, quibus se auxilium præbiturum pollicetur. At Diana, quam in toto opere Cæsari fauentem introducit, ab Orthygia insula rediens, de Pallade conqueritur, inibique plura mala recẽset ab eadem Austriadis illata. Conscia ergo Cæsarem uenatum iturum, se in Nympham uertit. Interea Cæsar magna ducũ comitante caterua, in syluas pergit. Quæ dum fido Lango comitatus, ad uallem descendit, ingentis ursum magnitudinis reperit, cuius originem ad Orthum Gerionis canem refert. Hunc necat Cæsar. Egredienti uallem se obtulit Diana, cui Cæsar per occasionem belli Bauarici originem narrat. Diana quæ-

273

dam futura ſuper eodem uaticinatur, ſequitur Cæſaris Auguſtam reditus. Celebratum conuiuiũ. In fine laudes Mariani Bartholini canũtur, quas in Langum permutaſſet, niſi eius iam mortui Genio inſomnis exterritus fuiſſet.

AVSTRIADOS LIBER II.

NVntius interea varias perlabit vrbes (la,
Rumor, & exciti Martis canit horrida bel
Armari populos, & triſtia ad arma vocari
Arctoã gentẽ, mentesq; infauſta mouebãt
Signa Deum, nam viſa polo Bellona trabalem
Excuſſiſſe Sudem, & violentius igne Tonantis
Cum ſerpentifero piceos ciet ægide Nymbos,
Hercyniæ ſacro vibraſſe a culmine ſyluæ
In Rheni turbata ſinus, gelidasq; per alpes
Igniuomo referunt exuſtas fulmine quercus.
Sic turbati animi, & vario vexata tumultu,
Flectitur huc, illuc bello Germanica pubes.
Dumq; ea diuerſis agitabant motibus vrbes,
Magnanimus Cæſar curis ingentibus, acris
Principium euoluens belli, cladesq; futuras,
Deſtinat extemplo, aureq;, electreq; rigentem
Exarmare manum, populosq; accendere Marte.
Sed primum ſtatuit patrio de more, legendos
Quinquaginta viros, rapidosq; ad littora Rheni
Ire iubet, pacemq; ferant, bellumq; Roberto
Malit, vtrum expoſcant. vetito ni cedere regno
Annuat, indicant Martem. ſic fatus. At illi
Nec mora, feſtinant iuſſi mandata ferentes.
Interea Auguſti Cæſar remeabat in vrbem,
Cum ſubito gelidis Paſtorum ex alpibus agmen

Emicat,atq; omneis turbans clamoribus vmbras,
Cingebat longa vastas indagine syluas.
Mirari primo,sed mox perquirere causam
Cæsar auet,coramq; iubet contendere turmas.
Extemplo properant iussi,gerit ille bipennem,
Roboris hic nodo est,hic torre timendus obusto
Hunc Sparus exarmat,variis Bellona sub armis
Incitat agricolas,Aciemq; impellit agrestem.
Tũc Rex. Qui strepit⁹? qd vos Nemora alta fragore
Concutitis? totasq; incingitis agmine syluas,
Dicite Pastores, nun Diis nemoralibus vllis
Est sacer iste dies? aut Pana vocatis ad aras?
Quem contra paucis loquitur sic pastor Opheltes.
Monstrũ infandũ,ingens, quo tota exterrita ab altis
Diffugiunt armenta iugis,passimq; v agatur
Montibus,hic errat. Quid enim natura creauit
Sæuius? horresco referens,nam rite recordor
Cum me quadrifidam,cuneis vrgentibus,ornum
Scindentẽ aggressum, est opera interrupta relinquo,
Arripioq; fugam,& taxum,quæ forte dabatur
Obuia,subsilio,vix prę formidine ramis
Detineor,gelidusq; fluit per viscera sanguis.
Quid tibi tũc cordis fuerat? quid mentis Opheltes?
Iamq; lues aderat frendens,spumantiaq; ora
Huc, illuc voluit,Libyca velut atra Leænæ
Cum gliscit ieiuna fames,per Atlanta feruntur
Indomitæ,& vastis replent mugitibus vmbras.
Tandem treis,memini,cum Sol breuioribus ambit
Mortales radiis,hyemem,frigusq; reducit,
Culmine me miserum taxi considere,nectes

274

Quid memorẽ infandas cædes, vidi, hei mihi, vidi
Corpora natorum, soliti qui montibus istis
Herbida candentes ductare ad pabula tauros
Mandier, & diris crepitare in faucibus ossa,
Frustaq; cum multo semesa relicta cruore,
Infandam a nobis Dij talem auertite pestem.
At tu qui causam iamdudum intelligis omnem,
Fer precor auxilium, monstrumq; expelle nefandum.
Dixerat, at contra breuiter sic talia Cæsar.
Omnia percepi pastor, fortissima pubes,
Vosq; mihi vestram, nec rem narrasse pigebit.
Lux etenim cum nona diem, Solq; aureus orbem
Lustrabit radiis, pelletq; aurora tenebras
Hos circum montes cuncti, lecto agmine sunto,
Ipse adero, præsensq; mea cum gente iuuabo.
His Cæsar dictis Augusta ad mœnia pergit.
Iam nox atra polo, & densa caligine mundus
Obruitur, suadentq; micantia sydera somnos.
Cum Zephyri posuere, silent syluæq;, feræq;,
Quadrupedũq; genus, homines, pictæq; volucres.
Et semota iacent solitis animantia curis.
Interea Orthygiæ remeabat Delia luco
Qua iuga Sol missi, sacrumq; reuiserat amnem
Cenchrion, & vigiles Deli curetas in antro
Cymbala pulsantes. Etenim Saturnia Iuno,
Sic memorant, olim insidias molita parenti est
Latonæ, quęrens partus abolere Deorum.
Tunc vero hostiles, æris crepitantibus, aures
Curetes clausere Deæ, quo mystica ritu
Festa simul celebrant Leleges, caresq; quot annis.

De Diana quæ toto in opere Fautrix Cæsari introducit.

Ergo illinc diua excelsas inuecta per auras,
Sic secum, nunq; ne irarum comprimet æstus
Sæua Iouis proles: rigidisq; armata Chelhydris
Insultans, iterum ne odiis miscere profanis
Audaces animos volet: & nihil esse putabit
Quæcunq; Austriadas contra fuit ausa potentes:
Quid memorẽ excitas gentes, populosq; rebelles:
Atq; Voconicij dirum scelus: ipsa furorem
Mentibus ingessit, placidumq; inimica Tyrannũ
Marte lacessiuit, Morinosq;, extremaq; mundi
Littora Belgarum pictis certare Couinis
Impulit, & mentes acreis accendit ad arma.
Quin etiã in somnis stimulat Deus ore Robertum,
Sollicitatq; animos bello, neue ipse relinquat
Intentatum aliquid, stygios inuisere Manes
Imperat, & sontes animarum euoluere pœnas.
Hæc hausi, quanq; per nigra silentia demens
Crederet occultam, puroq; ex æthere vidi,
Quid vacat: en etiam mœstas bacchata per vrbes
Pugna Erebi Numen, furialibus excitat armis
Pectora, iam cœlo pugnet pater, atra coruscans
Fulmĩa, et Austriadas trudatq;, abigatq; sub vmbras
Iratus, vel nubigero compellat ab Hemo
Belliger Aedonas mauors in bella Phalanges.
Verum ego, scandescant superi licet, armaq; contra
Suscipiant, obstabo ferox, operaq; iuuabo
Magnanimũ Austriadem, qui me veneratur, & aris
Lancibus imponit fumantibus exta quotannis.
Et modo tergeminam, modo me perseida prolem,
Nunc cererem vocat, accensos facturus ad ignes

Sacra Deis, meritis nun plane ingrata viderer
Ni præsens olli faueam? nam Iuppiter olim
Magnorum iussit lateri me assistere regum,
Et parere his multo partos sudore triumphos,
Nec, quamuis ortu, Libycisq; superbiat Hydris,
Terrebit pallas. nam mi quoq; Iuppiter ipse
Est pater, ingentesq; arcus, Pharetræq; minaces
Haud desunt. si bella volunt, pugnemus & ipsi.
Dixerat. Interea bigis rutilantibus eos
Substulit os sacrum, vultuq; retexit olympum.
Tunc Diua in nemus, & lucos se contulit altos
Qua Cæsar venturus erat. monstrumq; domandũ,
Cœlestes vultus, Phœbæosq; exuit artus,
Quæ velocipedem summis de montibus Opim
Finxerat errantem, vel agentem in retia ceruos,
Vel poterat Dryadum formosior vna videri,
Fibula cui limbum collegerat arcta fluentem,
Et roseo sparsi pendebant vertice crines,
Qualis per Cynthi lucos, aut per iuga sacræ
Orthygiæ graditur, nullis comitata Napeis.
Interea Pharetris, arcuq; armata iuuentus,
Vestibulum ante ipsum, primoq; in limine regem
Expectant, ardent animi concurrere monstris,
Et timidas alto depellere vertice Damas.
Primus ibi ante alios, circũdatus agmine magno,
Emicat Albertus, vastisq; sonantia gestat
Tela humeris, alacer vultu, dignusq; videri,
Hic curam ingentẽ premit, & sub pectore versat
Venturum exidium populis, cædesq; cruentas.
Parte alia æripedem campo calcaribus aureis

Vrget equum indignans, nitidecq; hastilia ferro
Concutit, & rapidos præuertitur æmulus Austros
Langraphius mauors, qualis Pangæa peragrans
Thrax agit Odrysias, Adomanthæasq; cateruas
Segnior haud illo Virthymberzentius heros
Altum inuectus equo, spumantibus ora lupatis
Laxans, puluerem cursu mouet æthere nubem.
Olli gemmatum subnectit fibula cornu
Aurea, & agglomerat textura, atq; implicat auro
Labentes in terga comas, crinemq; fluentem
Spicula bina manu, Phœbo velut esse putamus
Cum Dryopas, clariosq;, & se clamantia Pœan.
Agmina per Lyciam, & saltus impellit Imaui.
Hinc Brutisuychides, cui paruo in corpore virtus
Sũma viget. qui gentis auos memorabat Othones,
Pube aderat iuuenum, Cadmi nec iturus ad vrbem
Tydeus Oenides magno secus hæsit Adrasto.
Nec te Iuliaci imperium, populumq; regentem
Præteriisse sinam diuinæ prolis alumne.
Pone ardens Casimyrus adest, sequiturq; parentem,
Cui vix purpureæ nigra lanugine malæ
Tinguuntur, duro sed habentur casside dignæ.
Nec non & pictis heros Zornesius armis
Fulgebat, qualem Nymphæ Cyllenides olim
Parrhasiis memorant, venantem Oriona syluis.
Postremo Austriadæ sidus vestigia Langus
Præcedit, regni curas sortitus & orbis.
Hic nitet ante alios forma pulcherrimus omnes,
Non secus humentes vel cum nos ingerit vmbras,
Vel surgens Aurora diem, lucemq; reducit

Cardinalis Gurceñ. laudes, qui in toto opere, ut Achates Vergilianꝰ introducit.

Lucifer aſtrorum ſplendens ſuper eminet ignes,
Quem niſi belligerum præformidaret amantem
Alma Venus, Cyprum ſecum rapuiſſet in altam
Læta, vt perpetuos olim ſibi iungeret annos.
Præterea innumeri, quos elicit æmula virtus,
Regem expectabant, tandem ſtipante caterua
Egreditur Cæſar, qualis cum corniger Hammon
Heſperidum in ſacros pubem Garamantida lucos
Educit, ſedet ille altum, vultusq; verendos
Exerit, & viſo gaudentq;, pauentq; tonante.
Aut cum cœlicolis curru ſpectandus Eburno
Offertur, ſacraq; nouos ciet Elide ludos.
Itur venatum, rumor volat agmine facto
Paſtores trepidare iugis. Alpinidos vrſæ
Induit hic pellem, ſudibus ferus ille præuſtis
Vmbriferos cingit montes, atq; inuia luſtra.
Hic ſuſpenſa rudi geſtabat retia conto.
Vt ventũ in ſyluas, cunctos labor euocat ardens,
Hic tortas laxare plagas, hic tendere neruos
Incipit, hic lato vibrat venabula ferro.
Figebant alij laqueos, altosq; pererrans
Hic montes, cornu pubem ſtimulabat adunco,
Monſtrabantq; vias alij, ſic ordine longo
Indagant ſyluas, & vi nemora alta recludunt.
At Rex haud timidas montis de vertice Damas,
Vel ceruos glomerare fuga, propiusve ſagittis
Optat agi, aut imis ſpumantem in vallibus aprum.
Sed monſtrum, ceu Partheniis Calidonius vmbris
Arduus Hippomanes ſequitur, totumq; recurrit
Per nemus, ingentiq; vocat clamore ſequentes.

Vallis opaca fuit,quæ circum vmbonibus altis,
Et ſcopulis præcincta iacet,ſtant vndicꝫ rupes
Nubiferæ,tantum ſciſſis vi cautibus,horrens
Semita,monſtrificæ vallis contendit ad imum.
Illic fons nitidus,prædulcibus adſtrepit vndis
Flumen agens,ſacrumcꝫ caput,crinesqꝫ madentes
Diffundit per prata vagus,ſcenisqꝫ coruſcis
Gaudet,& Herculea prætexere tempora fronde.
Ille locus Nymphis ſacer eſt,nam ſæpe videres
Arcadio huc diuos arceſſere Pana Lycæo.
Cum flauam Harpalicē,vitreocꝫ Hyalitida vultu
Inſequitur,Tegeæa minus ſibi Mænala curæ,
Aut Homoles gelidi virides circundare ſaltus.
Fronte ſub aduerſa,penitusqꝫ in valle repoſta,
Magnū immane patet ſcopulis ingentibus antrū,
Obſcurocꝫ aditu,tenebriſqꝫ in faucibus horret,
Monſtrorum hæc ſedes,vrſoſqꝫ,luposqꝫ rapaces
Audires fremere,& prætortis cornibus vros.
Huc ſe magnanimus,Lango comitante per vmbras
Contulit Auſtriades, dein fontem,& flumen adorat.
Atqꝫ Deas,Nymphasqꝫ loci,dumqꝫ omnia luſtrat,
Exploratqꝫ oculis,Rex enſe decorus & arcu,
Ecce ruens ſummo vicini culmine montis
Monſtrum infandum, ingens, ſatiatum cæde ferarū,
Speluncam petit infrendens,concuſſa fragore
Ingenti,nemora alta tremūt,velut orbe profundo
Eliciant hecatem,Manesqꝫ & tartara vertant
Theſſalici cantus,gemat atro Tænarus ore,
Argolicæqꝫ labent vrbes,Phœbeqꝫ tremiſcat.
Vel cum ſe vaſtum referunt Cyclopes in antrum

Aethnæi,audires Siculas mugire cauernas
Illi indignantes,nemus a radicibus imis
Conuellunt,tolluntq; caput,nec celsius vlla
Populus Herculea cœlo se subiicit vmbra.
Vrsus erat,ceu fama recens peruenit ad aures,
Horrendum visu monstrum,cui lumina toruo
Intus opaca micant capiti,gliscitq; per ora
Infrendens rabies,vastisq; e faucibus extra
Eructat spumas,& inanem polluit auram.
Exæquat dorso montes,& cruribus altas
Exuperat quercus,dentes tribus exerit vlnis,
Saturniq; refert intortis vnguibus Harpen.
Inarimem quondam sub terras tristis Echidna
Incoluit,Nymphe vultu,tenus inguine serpens
Inferius,sæuo quæ mista Typhaone natos
Horrendos peperit custodem cerberon orci,
Cuius demersos terret vox ærea Manes,
Lernæamq; Hydram, quam ferro atq; ignibus hausit
Amphitrioniades cum Belligero Iolao.
Sed primũ ante alios latrantem sustulit Orthum.
Oceano in magno,nullumq; hoc sæuius vsq;
Progenuit natura nefas.tribus ora relaxat
Faucibus hic,trinumq; caput,tria guttura pandit.
Interea Alcides Erythæo in littore victor
Gerionem extinguit,monstrũ domat,inde reuectus,
Infandas cædes populis ostendit Iberis.
Inde & Bebrycios montes, & inhospita transit
Volcarum regna,& longe possessa colonis
Arua Tricastinis,qui monstri dum inficit agros.
Vicinasq; alpes,infractaq; saxa veneno,

Prociduis tellus guttis,& ſanguine fœta
Virus alit venis,recipitq; in viſcera tabem.
Et partum iuuat infandum calor,atq; agit intus.
Monſtrificum extemplo natũ genus omne ferarũ
Hinc Alces,Vrosq; boues,Geticumq; biſontem
Creuiſſe accipimus,Machlinq; per æquora vectam
Inſula nunc vaſtis nutrit Codanonia ſyluis,
Nec minor hac Eale nigranti fœta veneno
Prodiit ex terra,gerit alta hæc Lurida fronte
Cornua,& alterno ruit in certamina motu.
Viſus & Ichneumon liquida ſe mergere terra,
Et Phœbo ſiccare cutim,nunc fœmina,nunc vir,
Naturæq; potens,formas variantis Hyæna.
Ergo inter diros partus,terræq; nocentis
Progeniem infandam,dictu mirabile, monſtrum
Exeruit caput,& villoſos extulit artus
Vrſus humo,rapuitq; fugam,transq; inſilit alta
Celtarum nemora,atq; alpes inſedit apertas.
Inde genus,proleſq;,& adhuc milleſima peſtis
Errabat ſylua in magna,monteſq; per altos
A ſtabulis armenta fugat,viſuq; nefandum
Nymphæ deſertis fugiunt Alpinides vmbris.
Hanc cuncti inquirunt,reſerantq; indagine ſyluas.
Interea Cæſar ſtrepitus cum venit ad aures,
Immenſusq; fragor,quibus antra,nemusq; repente
Mugiit,expectat cupidus,poſitisq; ſagittis,
Quas iubet ex humeris fidum ſuſpendere Langum,
Enſem vulnificum vagina extraxit eburna.
Ecce autem longe turbata apparet imago
Ingentis monſtri,ac veluti ſub rupe Leonem

Frondiferæ nemees,nodoso robore fretus
Aspexit primum Alcides,& creuit vtrinq;
Pugnandi rabies,cauda saxa aspera pulsat
Alter,& Argolicas longum mugire Cleonas,
Atq; Ioui sacrum credas Apesanta moueri,
Amphitrioniades mota ferit aera daua,
Perlustratq; oculis,qua parte haud irrita dextra
Vulnus agat,sic Cæsar erat,sic horrida monstro
Effigies,feruetq; oculis ardentibus ira.
Ventum est ad pugnam,laxat bipatentibus ora
Faucibus Orthigena,& dictu,visuq; tremendum,
Ore vomit saniem,semesaq; membra virorum
Eructat per inane,& verberat aera tabo.
Stat Cæsar contra,quid enim tremefecerit illum?
Intenditq; animum,veluti cum Delius ardens
Prostrauit calidis luteum Pythona sagittis.
Nec mora dum patulo monstrum crudescit hiatu,
Impatiensq; sui per vulnera corruit.olli
Transabiit costas Cæsar mucrone corusco.
Protinus infecta est effuso sanguine tellus.
Contra Ira indignans,gemitum sub nubila tollit
Horrendum,quo scena ominis,nemora, inuia lustra
Syluarum,& motæ longum intonuere cauernæ.
Nescit stare loco furor igneus,obuia cędi
Fit monstro rabies maior,gaudetq; periclo.
Atq; vt in Hercyniis certantem Iaziga lucis
Accipimus,contraq; ferum sæuire bisontem
Cornibus,ille arcu impauidus,tęloq; corusco
Ingentes harmos transuerberat,& latus haurit,
Ingemit horrendum pestis,toruumq; minatur,

Vicinæq; tremunt impactis cornibus vmbræ.
Sic ferus instabat Cæsar, nixusq; cruento
Vrgebat mucrone feram, & villosa lacessit
Tergora, iam cedens modo non, vt sanguinis atri
Debile profluuio paulum certamina Cæsar
Decertare videt, meditata q; voluere monstrum
Effugia ad montes, scopulosaq; tendere in antra.
At non hoc telum, stillans impune cruore
Rex ait, effugies, al tumq; insurgit in ensem
Extemplo, & mediam ferit inter tẽpora frontem,
Partiturq; immane caput, ruit ardua moles
Cum gemitu, & vasto tremuit sub pondere tellus.
Sternitur horrendum visu, sparsoq; cerebro
Sæuit adhuc, oculisq; ferox pallentibus horret,
Nequicq; eluctans, tandem indignantia soluit
Membra ania, & moriẽs sub tartara monstra reuisit
Centauros, Orthumq; canem, Scyllasq; biformes.
Interea Austriades spoliis, & cede recenti
Arduus incedit, sequitur vestigia Langus
Illius pone, & dextram vix flumine viuo
Abluerat. Subito cum se coram obtulit vltro
Dissimulata Deam, præstanti Delia vultu.
Osq;, habitumq; gerens, qualẽ gerit illa, vbi Cynthi
Venatrix gelidos syluarum indagine lucos
Circuit, & ceruos telis agit, omnia vultus
Mortalis, roseoq; fluunt a vertice crines.
Postq; congressi, tunc rex prior. Eya age, nun quem
Vidisti socium, ingenti clamore frementem
Nympha per hos saltus? voces te audisse per vmbras
Crediderim, & certe, ni me tua fallit imago,

Auguror esse Deam, namq; his persæpe soletis
Vos Dryades, sacræq; in montibus esse Napæę.
Quiqs es, Alma faue, & dextri pedis ominia firma.
Talibus affatur dictis. Contra illa vicissim
Incipit. Audiui longe, iamq; omne resultat
Alpinum clamore Nemus, densa agmina ab altis
Decurrere iugis, & valle feruntur aperta.
Et ne tantopere fallaris imagine nostra,
Nympha ego sum nemorũ, dexter tibi Iuppiter adsit.
Sed tu qui tandem, nam te genus esse Deorum
Credidi, vt aspexi vultus, & fortia bello
Pectora, tunc breuiter sic Rex placido ore profatur.
Ille ego sum Cæsar magno de sanguine cretus
Austriadum, pugnaxq; mihi Germania seruit,
Sarmaticis vicina plagis, quam Cymbrica frangit
Vnda, arctantq; Alpes, & duplex Gallia claudit.
Præterea huc quæ me sors attulit, accipe paucis.
Monstrum infandum atrox, & formidabile terris
Irruere hos solitum montes, & pascua læta,
Cunctaq; ab vmbriferis armenta expellere syluis.
Hac animam effudit dextra, iacet horrida labes,
Et scelus inuisum mortalibus, & sacris Diis.
Quare agite, o Nymphæ nemorũ, Fauniq; bicornes,
Et Syluane parens, & agrestis Numina Panes,
Tucq; caput fluuij, sacrataq; fontis origo
Magnorum sedes Diuum, si præmia tantus
Promeruit labor, & polluta sede remoui
Infandam pestem, & monstrum exitiale peremi.
Oro fauete omnes, dabitur si cernere ferro
Phalsgraphidem contra, vetitasq; reposcere terras.

Excipit hæc Phœbe, quondam si rite recordor,
Quod memoras Bellum, & Regni mauortia facta,
Fatidica in syluis solita est prędicere Thespis.
Centum annos vixisse ferunt. centum ora, Deorum
Munere, cui data sunt, nam cum furor intus anhelãs
Spiritibus titubare sacris, audire tonantem
Fas erat, hanc syluam, circumq; tremiscere montes,
Multa super bello dixit, semperq; canebat
Te for e victorem, domitisq; ex hostibus, alta
Signa relaturum, & te quantum viribus audes
Haud ignorabit, gens cultu asperrima, & armis
Boica, Reginum cum sanguine polluet Ister
Infectus, riuiq; fluent e monte cruoris.
Hinc Copestigenas victos, magnumq; canebat
Martis opus, tumefactasq; Aeni cladibus vndas.
Interea exanimis lachrymas, longumq; trahebat
Cum gemitu voces, meminiq; audire querentem.
Et verbis culpare Deos, heu perfida fata
Heu crudele nefas, toti iuuenilibus annis.
Eripiere orbi, Regum recidiua propago.
Cuius erit terra tumulatum corpus Ibera,
Tu ne cede malis. perstant immota, suumq;
Fata tenent cursum. nam te post tanta tuorum
Funera, post curas domitas, victosq; labores
Excipiet gremio victorem Oenotria tellus,
Romanas arces, populos, Latiumq; videbis
Armipotens, & iura dabis, gentemq; togatam
Restitues. & eris sacra quoq; Iuppiter arce.
Ne tamen incassum labantur tempora fando,
Eya age dic nobis, repetens ab origine bellum.

Pugnã Boemicam intelligit ad Ratisponã.

Vaticiniũ de aduentu Cæs. in Italiam.

Tunc Rex Auſtriades ſuſpiria pectore ab imo
Alta trahens, inquit. Dij talem auertite caſum
Cælicolę, ſeruate domum, ſeruate Nepotes
Ad mundi imperium. Mors ſi interruperit annos.
Et ſpes concepta, & magnorum exordia rerum
Nequicq̃ extiterint, Belli eſt iniuria longa.
Sunt longæ ambages, ſi te tamen ardor habendi
Hæc mouet, incipiam, cauſasq; ab origine pandam.
Norica regna tuas, ſi caſu venit ad aures
Nomen, fœta viris tellus, & diuite Gleba,
Narrantur variis quondam poſſeſſa colonis.
Primus enim ante alios ſibi Noricus incola terras
Aſciuit vacuas, & adhuc veſtigia ſeruant,
Vt memorant patres, & gentis origine gaudent.
Vde olim quæ nulla manet quecq; Noria dicta eſt.
Romulidum interea fugiens victricia ſigna
Gens armis, opibusq; potens, atq; horrida bello,
Deſeruere Padi campos, oramq; togatam.
Hos memorant Boios, qui qua fluit alpibus Aenos
Incoluere ſolum, transq; Iſtri flumina vectis,
Fertur in Hercynio creuiſſe Boemia luco.
Iamq; aucti, & fama per Norica rura potentes,
Sceptra diu tenuere loci, fluit vnde ſuperbum
Et genus, & proles, & fortia pectora bello
Boiugenũ Heroum, treisq; alto a ſanguine creti
Imperium rexere duces, ſine prole receſſit
Primus, & hunc Stephanon dixere, ſuiq; reliquit
Hæredes regni fratres, quorum ædidit alter
Heurycon, huic Natus regno ſucceſſit, ab illo
Diues opum, atq; auri, clarusq; Georgius armis

Iura capit ſceptri, pulchram qui coniuge prolem
Subſtulit, hæc iuueni materno ſanguine iuncto
Nubit, & hinc regnat Boiorum in ſede Robertus.
At magnũ armipotens Herneſtona procreat alter
Hic te Alberte ſenex, ex te tua maxima proles
Aeditur, & quamuis delapſum ſanguine ab vno
Partitum genus, & ſedem diſcreuerit ætas,
Noriciam hic gentem, regnumq; repoſcit auitum
Impatiens patriis, q; fœmina regnet in aruis.

Albertũ intelligit qui iure ſanguinitatis, quia in linea Georgij mares defecerãt repoſcebat Auitũ regnũ.

Tantæ ergo ad noſtras orientia iurgia litis
Cum delata forent aures, placare furorem
Inſtitui, curamq; mihi, ſceptrumq; volentes
Commiſcere duces, regnoq; vt cederet alter,
Et genus, & leges, & auorum elapſa propago
Compulit indignans, fas omne abrumpit, & armis
Inuadit cunctos, atq; occupat arua Robertus,
Dotalesq; vrbes, & connubialia regna,
Quæ iuſta imperij, & ſtirpis ditione potenti
Alberto obueniunt, ſceptriq; hærede repulſo,
Et noſtri contemptor habet, dominusq; per alta
Oppida deuectus populis dat iura ſubactis.
Sed quid ego has voluo, memorãs ab origine cauſas?
Quamq; animos aliæ noſtros antiquitus vrgent,
Regnandi furor hinc, & pugnæ immenſa cupido
Mentibus illapſa eſt. iam dudum intelligis vnde
Principium extiterit belli, nec plura loquentis,
Effulſit Diana oculis, Diuamq; fateri
Se voluit coram, ſubitoq; euaſit ad auras
Sublimis, quacunq; meat micat orbita, qualis
Eſſe ſolet mundo cum ſydera lapſa relinquunt.

Tacet ex induſtria alias odij Cæſariani cauſas ne Palatios lædat, quos toto in opere mirifice extollit.

Immensi splendoris iter, tunc Cæsar adorans
Numen ait. te sancta sequor, quęcunq; Dearum
O adsis tandem, fortunasq; aspice nostras.
Dixit, & ad socios reditum parat, inuia transit
Syluarum, nemorumq;, & opaca silentia, gressum
Inde rapit celerem, qua prominet horrida casu
Præcipiti rupes, altoq; asperrima caute
Consurgunt pinnæ ingentes, & nubila tranant
Culmina saxorum, victor tamen ardua Cæsar
Exuperat montis, summoq; in vertice sidit.
Atq; vt tantorum viuant monumenta laborum,
Signa triumphato fixit cœlestia saxo.
His cornu exactis violentius astrepit vnco,
Heroasq; ciet, sociosq; per auia syluæ
Sollicitos, sonitusq; vt eorum perculit aures
Conuenere omnes, regem cernuntq;, pauentq;,
Intenduntq; aciem, & replent clamoribus auras,
Quisq; timet molem immensam, & labentia ab alto
Saxa iugo, ne prona ruat tutela, salusq;
Orbis, & arctoum cœlum sibi vendicet astrum.
Tunc rex vt vidit trepidantem a culmine turbam,
Impauidus prætentat iter, nec hiantia quicq;
Saxa timet, volat inferius, stat pendula pubes
Pastorum, montisq; ima in radice moratur.
Rex aderat tandem, fluit vndiq; turba, nemusq;
Consonat, & strepitu syluæ, collesq; reclamant.
Vt paulum sedati animi, vocesq; remissę,
Incipit effari Cæsar, remq; ordine pandit.
Scilicet vt monstro concurrerit, atq; cruentis
Obruerit telis, & valle reliquerit ima,

Alludit ad dexteritatē Cæsaris in ascendēdo mōtes ubi dominicā crucem affixit.

Ingentem eructans animam, ſic omnia Cæſar
Narrat, & exertum feruenti cęde madentem
Mucronem oſtentat, iam læti rebus ad vrbem
Se referunt, plauduntq; omnes, crebra intonat æther
Voce hominũ. ſtrepit omnis ager, longeq; reſultat
Aenoum littus, rex haſta inſignis & enſe
Ibat ouans, iuxtaq; duces ſquallentibus armis
Vrgent aeripedum ſpumantibus ora lupatis.
Nec mora paſtores, qua victũ eſt Cæſare monſtrũ
Feſtini trepidant, aras, ludosq; quotannis
Inſtituunt, vbi ſacra Ioui ſolennia læti
Victori celebrant, magnoq;, vt priſca vetuſtas
Alcidæ, relinuntq; cados, ductantq; Choræas
Intonſi iuuenes, pueri, innuptæq; puellę,
Auſtriadæ laudem, & lætum pæana canentes.
At rex Auguſtam propere dum tendit ad vrbem
Multa ſuper bello ſecum, placet ire per hoſtes,
Ablatasq; vrbes, gentesq; repoſcere ferro
Imperio arreptas, pietas tamen alta refringit.
Ardentes animos, & corda furentia Marte.
Ante oculos etenim videt arma, virosq; nefandis
Cedibus infectos, patrioq; in ſanguine tinctam
Arctoam gentem, varioq; examine rerum
Multa animo voluit, propriasq; q; eſſe videbat
Inſontes cauſas, bella hæc, bella inquit, agamus.
Intrepidiq; iubente Deo, in media arma ruamus.
Illa dies aderit, qua noſtro Marte Robertum
Expulſum regno, mecum certaſſe pigebit,
Hæc ſecum, tacitasq; premit ſub pectore curas.
Iamq; propinquabant vrbi, volat obuia pubes

282

Vindelica, ardentes pueri, matresq; Licæę
Vndiq; concurrunt, tandem stipante caterua
Excipiunt regem, lætiq; ad limina ducunt
Primores patrum, proceresq;, ducesq; sequuntur.
Stat domus excelsa, & sublimibus alta columnis
Ad cœlum porrecta caput, foribusq; superbis
Aerati strident postes, laquearia fulgent
Auratis trabibus, squallet par omnis in auro,
Belgicaq; intonsis pendent aulæa Britannis.
Rex ipse interea sublimem ascendit in arcem,
Prospectumq; oculis lustrat, populosq; iacentes,
Incultumq; solum, cererem nec amantia prata.
Siue q; est illis curæ minus arua colendo,
Frangere humũ, & semen sub tristibus abdere sulcis?
Siue q; infaustum glaciali sydere cœlum
Vrit arenosas terras, alimentaq; secum
Abstrahit, & sterilis depascitur arua coloni,
Illic nulla seges, nec præla liquentia Baccho
Cernuntur, tantum vacuis armenta videres
Errare in pratis, gelidoq; in flumine mergi,
Cum feruens calidum comburit Syrius æquor.
Respicit & late fluuios, Vindamq;, Licumq;
Miscentes vndas, & nomina littoris, vnde
Antiquã gentem, populumq;, vrbemq; vocarunt
Vindelicam, atq; etiam sic dicta Licatia tellus.
Interea occiduo fessis properabat olympo
Phœbus equis, pallensq; polo subduxerat vmbras,
Instituunt de more dapes, & fercula promunt,
Regiaq; exornant positis conuiuia mensis.
Hi cura ingenti nitidis laquearibus aureos

Suſpendunt Lychnos, atq; igne micante tenebras
Diſcutiunt noctis, lucent alta atria flammis.
Hi cererem expediunt, hic Cymbia lacte madenti
Depromit, famulisq; tonant curſantibus ædes,
Regifi coq; ardent luxu, Carcheſia Baccho
Spumant, & late vaſorum argenteus ordo
Inſtruitur, puroq; auro memoranda ſuppellex.
Iamq; aderat Cæſar, ſquamantem grandibus auro
Veſtem humeris aptat, Tyrioq; recumbit in Oſtro.
Aſtrifero qualem accipimus conſidere magnum
Axe Iouem, & ſacra libantem pocula dextra.
Ornatiq; ſedent proceres, menſisq; recumbunt,
Indulgentq; mero, nec non de more vetuſto
Sollicitant epulas dono ſpumantis Iacchi,
Inq; vicemq; potant omnes, nullumq; putabant
Lætitia maiore diem, moremq; ſecuti
Dulcibus irrorant menſis bona vina volentes
Quæ Rhenus, Niceruſq; vehit, quæq; ardua Treuir
Nutrit, vbi placidi ſurgunt vineta Moſellæ.
Aeneadum interea ſapiens Orator ab arce
Venerat, atq; thoro regis conſederat alto.
Et ſtupet, & pompas oculis titubantibus haurit.
Hic Marianus erat, quem thuſco vertice fudit
Sublimis, Peruſina domus, quam Lydius amnis
Aſtrepit, atq; vllo lacus indelebilis æuo
Attollis Thraſymene caput, ripamq; vetuſtas
Faunigenam memorat tenuiſſe antiquitus Aunum,
Hæc patria eſt olli, nobisq; & ſanguine ab vno
Aedimur, ille tamen virtute inſignis ad aſtra
Euolat, & celſo pulſat iam vertice olympum,

Mariãi Bartholini laudes, qui antequã opus cõpleretur, obiit, nec mutãda cenſuit, quæ in optimi uiri memoriam cecinerat Poeta.

Nascenti Lucina diem fœlicibus horis
Concinit, arrisere Dei, sortesq; locutæ,
Et Dodonæas pulsauit virga lebetas,
Nec tacuit de te Vates Aminonidos aræ
Vera loqui, & vitæ Deus incrementa profari,
Effudisse tibi nascenti carmina Delphos,
Assyriamq; vmbris pepigisse silentibus astra
Iam læta, & Memphin cœli secreta mouentem.
Nec non Carpathio Vatem cecinisse sub antro
Crediderim, & toto patefacta oracula mundo.
Nam simul ac luci te prodidit Ilithyia
Infantem, gremio suscepit Pallas Athenę,
Inde ad Erechthæas secum te transtulit arces,
Instruxitq; animos faciles, infantiaq; ora
Finxit, & æthereus solio pater annuit alto.
Salue cura Deum, salue non digna sileri
Progenies: quid sancta canam primordia pubis,
Aetatisq; decus? tantarum euoluere rerum
Nequicq; enitor cumulos, namq; acta putantes
Obruimur, laudumq; ingens iam panditur æquor.
Hinc stimulat pietas, hinc & sollertia iuris.
Hinc iusti sincerus amor, venerabilis omni
Parte sui, quacunq; meat subridet eunti
Tellus, & subitos ponunt freta concita ventos,
Celsaq; placato fugiunt caua nubila cœlo.
Hunc olim gelidis Pannon suscepit in oris
Iura ministrantem populis, hunc Eya age fandum,
Quantum Germanæ gentes venerentur, adorent.
Vt primum Aethereas transcendens attigit alpes,
Labentisq; Oeni fluctus, grauidamq; metallo

Tellurem, ſenſit fauſtum germanica pubes
Illius aduentum, currunt de montibus altis
Agricolæ, & totam circundant murmure vallem.
Donec Vindelica haud longe expectatus ab vrbe,
Clarorumq; ducum, primorumq; agmine magno
Suſcipitur, quantum egregio decus enitet ore
Mirantur cuncti, & coram vt data rege facultas
Dicendi, ſiluere poli, nidosq; reliquit
Ales vt audiret, mediaq; pependit in æthra.
Et matutinos firmarunt ſydera curſus
Dulcibus hic verbis, tanta eſt facundia linguæ,
Tęnarios domito Manes placaret Auerno,
Aoniasq; iterum poſſet componere Thebas,
Hæc maiore Deo, maioreq; digna camœna
Ordimur, ſeu nubigeras mens ire per alpes,
Calcatasq; niues, ingentiq; obſita bruma
Regna canam, ſeu quos populos inuiſit & vrbes,
Danubiiq; alto quos pertulit amne labores.
Hæc dum magna loquor, retro maiora ſuperſunt,
Quæ ſi cuncta ſequi prętentem, Pelio Oſſan
Ocyus imponam, Cumæaq; tempora norim.
Huius enim mores crinem flectente Sueuo
Teſte canam, nouit vitam ferus incola ſyluæ
Bructerus Hercyniæ, lataq; palude Sycamber
Cinctus, & ad famam vaſtis ſaxones ab oris
Deſeruere Albin, ſyluarumq; inuia Franci.
Quid Morinos dicam? Belgas? quid littore magno
Oceani errantes populos? tibi munera Treuir
Obtulit, & lato vicina Colonia Rheno
Condignas cecinit laudes, & honoribus auxit.

Viue, vale, o nostris semper memorande camenis.
Hactenus hæc placido Cæsar germanice vultu
Accipe, nunc acies, & bella horrentia Martis
Prosequimur maiore chely, & tua pandimus arma.

FINIS.

LIBRI TERTII ARGVMENTVM.

Postq̃ exempta fames Enypeus cantor bellum Byzantiacum canit, atq; in primis de origine Thurcarum. De Furiis, atq; Pharnacis umbra, quæ Thurcas stimularũt ad suscipiẽda arma. sequitur Cathalogus Scythicarũ gentiũ Asiæ, et Europæ. Cunq; circa Mœotim paludem conuenissent, tres habitæ orationes sunt. Inde celerrima Thurcarum Byzantium uersus nauigatio describitur, repentinaq; oppidi obsidio, et pugna. Interim Apollo suæ urbis misertus, cuius etiam origo recensetur, ante louem conqueritur. Cui Iuppiter prædicit futurum Thurcarũ imperium. obiterq; Triptolemi, Lynciq; fabula narratur. unde Ceres cum Scythas odio prosequeretur, Regem Bizantij, de futura clade in somnis admonet. nec mora, urbs & incendio, & armis superatur, ac duorum militum in pugnando laudes describuntur. Rex a Salmoneo obtruncatur. exitus hic urbis. Inde oppidorum, insularumq; enumeratio, quas post Thurcę occupauerunt. sequitur ipsius Cytharedi hortatio contra Thurcas. Cæsariscq; oratio qua demonstrat prius pacandam patriam. deinde arma in Thurcas sumenda esse.

AVSTRIADOS LIBER III.

Postquam exempta fames, mensisq; micantibus auro (ta demum
Instauratus honos, frontiq; est reddi-
Lætitia, et Bacchi laxarũt munera mẽtes.
Personat aurata testudine pulcher Enypheus,
Non canit errantem Lunam, non furta tonantis,
Nec iam vulgatos electræ Atlantidos ignes

Scilicet vt magno certus Ioue Dardanus, isq;
Aedit Eryctoniũ, nec Caucaſon, vnde Promethei eſt.
Fabula, Cyrrhæo flammam rapientis ab axe,
Parrhaſiam ſed enim gentem, pontumq; niualem,
Armatosq; Aſiæ populosq;, Turcasq; canebat
Horribiles bello, atq; alto ſic incipit ore.
Qua Boreas gelidis Scythiamq; diuerberat alis,
Perpetuiq; ruunt imbres, & lubricus anguis
Armatam torquet nymbis algentibus arcton,
Ryphæi inſurgunt montes, niuibusq; ſub altis
Horreſcunt ſcopuli ingentes, vallesq; profundæ
Perpetuas denſa ducunt caligine noctes.
Immanis regio Mœotidas aſpicit vndas,
Hanc habitant circum gentes, populiq; paludem
Innumeri, matrem vndarum qua littora Ponti
Nunc Aſiam curuis vrgent anfractibus, & nunc
Europam, et Scythicum curſu flectuntur in arcum
Nauigat obſcuras vbi Tauricus accola fauces,
Allatratq; vndis littus ſpumantibus Iſter,
Et Septingeminus Peuces ferit æquora Nymphæ,
Cycladas hinc ſparſas in fluctibus aſtrepit Aegon,
Totaq; ad Herculeas vrgens agit æquora meras.
Qua breuis oceano patet exitus Atlantæo,
Gurgiteq; immenſo vaſtarum ambitur aquarum
Orbis, & effuſo circum, iacet inſula Ponto.
Ergo has deſertis Arabum de finibus acti
Turcæ olim coluere plagas, Tanaimq; bicornem
Venari ſueti, raptasq; auertere prædas,
Barbaraq; incultis Magalia figere ſyluis.
Illic nulla ſeges, creſcentia frigus adurit

Pontici maris curſ⁹ ad Gades non reciprocus.

Gramina,& arentes glacialem perdere brumam
Herbarum vires certum est.vnde aspera quaq;
Vertaris regio est.hinc extera querere regna
Impulit atra fames,alienaq; littora,& imas
Scrutari gentes,longeq; inquirere bello
Decantatam Asiam,& spumantibus æquora remis
Diuitis Europæ,nostrumq; lacessere mundum,
Errantes Scythiæ populos,it fama repente,
Concordesq; acuit mentes stygialis Erycto.
Damnata(vt perhibent)antiqui Pharnacis vmbra,
At simul accepit Rypheo a vertice bellum
Europam contra,atq; Asiam ruere,omnia miscens
Hydrigeras magnæ famulas Iunonis auernæ,
Qua specus Herculeis Acherusia panditur antris,
Impulit ad Tanaim,atq; vndę Mœotidos oram,
Vtq; altos tetigit montes,atq; horrida bruma
Aequora camporum,furiarum infecta veneno
Corda virũ,stimulatq; fames,gens Barbara nostræ
Conuenit exitio Europæ,memorare potestis
Musæ olympiades,quanto ruit agmine tellus
Infida,& populos Scytha quos armauerit olim.
Argolicam in primis Tanaim Mœotide ripa
Effundit belli rabies.gelida alta palude
Vrgetur patriis Borealibus insula ventis,
Rhombitiæ sulcantur aquæ,totamq; Tyrambem
Exagitat furor,& trepidos impellit Oranos.
Nec non Cepæi,portusq; ad littora Sindi
Tela vehunt læti,totamq; Apaturon in armis
Cernere erat,Venerẽq; sacro struere agmina fano,
Vnde Gygantæo Tirynthius antra cruore

Tingens, Argolicas remeauit victor ad vrbes.
Quosq; Calystonij spumans ferit vnda Lagoi,
Dein Zigij, Valiq;, & pexo vertice Seres,
Sarmataq;, & magico pugnans stridore Cohatra
Fama exarmantur belli, Tanainq; colentes
Iaxamatę, & fuso gaudentes sanguine Cottæ.
Mouit & Argolicos bellorum rumor Achæos,
Cercetiosq; acres, & duro Marte Laconas
Hemocos, cymbaq; fretum secat aspera Tazos,
Littora mythratos fuderunt Colcha maniplos,
Linigerumq; genus, Phariosq; furentia systro
Agmina bellantum, nec vertice defuit alto
Caucasus, & rigidas armauit Iberia turmas.
Et niueum Albanus sulcauit Alazona miles
Nocte magis q̃ luce videns, canibusq; superbis
Insultat pugnæ, & crudo vorat agmina morsu.
Et quos inflexa Scythicus sinus abluit vnda
Aequoris Hyrcani, Nomadesq;, & pellibus hirti
Sauromatæ, & pictis pugnator Pæsicus armis
Hinc & Moschus atrox, curuisq; imposta Trapezus
Littoribus, Calybumq; furor, qua Pontus & æther
Gente sonat, reboant montes, vt forcipe massa
Voluitur, & vastis resonant incudibus æra.
Inde Genetæi rupes tetigere tonantis
Rumores belli, motus Zaberenus, & antro
Vmbrifero Phyliræ, & sparsis Byzares in agris.
Non tot habet frondes Othrys, non collis Hymetti
Tot flores, tellusq; Arabum tot mittit odores,
Quot veniunt ad bella viri, nouus impulit ardor
Mossinæcosq;, & sudibus Macronas obustis,

Armataq; cohors vibrabat Amazone peltas,
Thermodontiaca præformidanda securi,
Quosq; iris,quos potus Halys celer alluit vndis.
Nota olim vt perhibent,sitienti littora Mœdo,
Atq; vmbram in pelagus curuam deflexa Synope
Quos alit,armantur.pedites liquere Cimolin,
Et gens aeream Teuthrana Carambida vidit
Commotam,& trepidum buxo pallente Cytorum.
Vnde ruens pugnæ sua spicula vellit Amastris,
Ponticaq; obscuro linit Heraclea veneno,
Nigra inter scopulos gignens Aconita sagittas.
Accola Callichori remeans vbi corniger Indo
Bacchus Pampineis ornauit tempora vittis,
Lauit & eoo madefactos sanguine Thyrsos.
Martem inhiat,vel qui Byzantia mœnia contra
Exarsere odio,sceptrumq; odere Tyranni
Vulgus hebes,dominoq; nouo parere parabant
Instabiles populi,sic nos contraria semper
Fata trahunt,& clade noua lętamur,& armis.
Nec contenta manent vno sub principe regna,
Sed mutare vices,cupiuntq;,cupitaq; damnant
Sæpe,nec euentu mens vlla quiescit in vno.
Quippe nouum iuuit demens Europa furorem,
Esse donum capit arma manus,gaudetq; parentum
Funere,quiq; Bycem curuam cinxere paludem.
Iamq; Agathyrsæę temnunt sua plaustra cohortes,
Et linquunt rapidi pecuaria nota Satarchæ.
Quosq; Thoantæę populos vocat ara Dianæ
Ad cædem,& tinctos humano sanguine cultros,
Subsidio traxere duces.Hypanimq; bibentes

Ante Examphęo dulces ꝗ misceat vndas,
Mox & Echidneam misit gens barbara prolem,
Agminaq; ærisonus Scytha formidantia thauros.
Nec vos Axiacæ, Brachataq; turba silenda es
Sarmatiæ, inq; lupos vertentes corpora Neuri.
Etiam Carcinites centum sinus ingemit alnis,
Spumeaq; horrentes spargunt in æquora Taphræ.
Mille etiam populi veniunt, mille agmina passim
Armatorum hominum Mœotia littora circum
Cernere erat, multæq; ruunt sine nomine gentes.
Non secus ac placidi remeat cum temporis aura,
Trans pontũ glomerantur aues, atq; agmine denso
Perturbant terras, & pennis aera verrunt.
Armati stabant proceres, cunctiq; fremebant,
Et cupiunt Asiam ꝗ primum inuadere bello,
Europæq; imos tumefacta per æquora pontus
Querere, & Argolicis Tanain ditare triumphis.
Tunc Methydes, Peryphas, trepidantis ductor Alani,
Corpore qui magnum Cyclopem, altumq; Typhoea
Vincit, & eloquio par est, sed viribus impar
Plus lingua, ꝗ Marte valet, spectanda furenti
Lumina subiecit vulgo, paulumq; moratus
Incipit affari populos, ac talia promit.

Bellũ ingens proceres, & magna paramus, euntes
Ad gentes Asiæ, Europamq; lacessere Martis
Ignaui, haud opus est freta si tentabimus, alto
Cyaneæ occurrent pelago, totumq; moueri
Crediderís Pontum, & saxis concurrere saxa,
Vnde per errantes fluctus vix vlla superstes
Nauis agit remos, medio properanda recursu est

Oratio qua persuadetur bellum suscipiendum non esse.

287

Ipsa fuga,& montes vitandi, vndæq; ruentes,
Fluctiuagos quanq; nobis superare furores
Concessum superis,prope magni adnare necesse est
Littora Byzanti,rex ipse tremendus in arctis
Faucibus obstabit,totaq; propontide contra
Excibit populos,timeo Thracum arma,suumq;
Bosphoron,& gentes fluctu quas perluit Aegos,
Naufraga vbi mediis iacet Attica puppis in vndis,
Transtraq; cum remis subter vada cęca feruntur.
Fingo fretum pateat,nulloq; premamur ab hoste,
Vela quis imponet ratibus? quis gnarus aquarum,
Turbatiq; salis scopulos vitabit opertos?
Quis flantem Boream? quis noscet idonea puppi
Tempora? quis placidis committere lintea ventis?
Quis furor o proceres? quæ fors temeraria belli
Sollicitat mentes? Ignota petuntur,& armis
Fœta virum tellus,atrox ruet agmine Lęuon,
Et dacum manus,& crinito vertice Mœsus
Pannon,& inculto propior male Sarmata Mosco,
Quotq; vndis populos Germanicus alluit Ister.
Ergo si patriæ pietas tenet vlla,furorem
Pellite,& externi flammam compescite Martis,
Si tamen hic animas effundere vultis,eamus
Per mare,per terras adsum,meme ipse,meumq;
Obiiciam caput,& dicar comes vnus in armis
Indecoris non esse animi,sic talia fatus,
Spem vultu simulat,circum pauor intus anhelans
Corda quatit,rabies decreuerat effera cunctis,
Pugnandiq; ablatus amor,sic Pontus, vt vnda
Exeris os,mulcesq; Deos Neptune marinos,

Propter cladem a Sarmatis moschis illatā dicit.

Et ponit fluctus,& tempeſtate remota
Tauromínitanum Siculus mare nauíta tranat.
Venerat interea Polemo longęuus,Ibera
Matre ſatus,genuit cuius vetus Acra parentem,
Sed ſua Myrmecio traduxit tempora pago
Extorris patria,huic nullum virtute,vel armis
Conſiliove parem Scythicas regnaſſe per oras
Commemorant,poſtq; ſiluere.hic aggere ab alto
Linigerum caput oſtentans, his vocibus hiſcit.
Non ego tantarum ſocij molimine rerum
Sollicitor,maneat vobis modo vita ſuperſtes,
Ibitis in clades Aſiæ,mihi ſortior ætas
Hæc foret o vtinam,primosve referrer ad annos
Cum fregi Albanos,pepulicq; e monte Thoonas
Caucaſeo,& vetitas ſpoliaui milite portas.
Sed vitæ pars lapſa meæ eſt,quodq; abſtulit ætas
Roboris,ingenio ſollers natura rependet.
Ergo ſi qua fides ſenio prębetur,& annis,
Audite hæc proceres,ſtat Cheroneſus ab alto
Circumfuſa freto quo templum,arasq; cruentas
Virgineæ ſtatuere Deæ,cui dirus in antro
Fatidico Vates litat,atq; arcana ſub auras.
Quæ ſunt,quę fuerint,quę ſunt ventura canebat
Vt recolo,cum Martis amor,temereq; iuuenta
Me rapuit bello,& crudelibus impulit armis.
Quare ſi Martis mens eſt cognoſcere finem,
An ſuat hoc nobis bellum exitiale cauendum,
Mittite Partheniæ ſcitatum oracula Diuæ,
Mittite & ad Danai templũ memorabile Achillis,
Vel qua Phryxęæ gens Colcha horrenda fatigat

Oratio ſancta,qua deorum cõſilio utendũ perſuadetur.

288

Carmina Leucothoes, ſacramve requirite Lunam,
Albanæ numen gentis, quo montibus errat
Afflati, & trepidos miratur Iberia Vates.
Quiq; magis furit, & maiore impellitur œſtro,
Is ſacer, & ſacra deuinctum membra cathena
Relligio, Diuæ mactandum deſtinat aræ
Indigenæ, hinc ſimul atq; exhauſta piacula ritus
In dubiis reſponſa petunt, quæ numina diuum
Annuerint, eadem nobis peragenda ſequamur.
Si ſpem ſuppeditant ſuperi, & ſperare triumphos
Promittunt, capite arma citi, & vexilla volentes
Tollite, & in pelagus læti compellite naues.
At ſi nos contra Vates arcana mouebunt
Inuiſos ſuperis, quid fruſtra littus arandum
Claſſibus, atq; inter Symplegadas æquore mergi.
Cur Scythiam patimur? ſatius nos condere terris
Pauperibus, propriosq; lares, atq; antra tueri,
Q̃ diuis cepto auerſis, & numine læuo
Claſſe peregrinas, belloq; laceſſere terras.
Plura adnectentem vox deficit, ortaq; vulgo
Seditio eſt, alij infectis decedere rebus
Conſulere, & placitam vitæ captare quietem,
Secretas alij Diuorum exquirere mentes
Solliciti, verum ij quorum ſententia bello
Scrutandi Europam, pacem damnare, Deosq;
Temnere, & innumeras ſecum compellere gentes.
Vt ſiluere omnes, ſe tunc Othomanius Orchas
Androphagum de gente ſatus, coram obtulit vltro,
Spectandum cunctis, furibundoq; ore minatur,
Indignis Scythiæ populis, ite ite per altas

Oratio tertia indignatiõis plena, qua animi non perſuadentur modo, ſed impelluntur.

Assuetasq; niues,& vos ignobilis æui
Viuite degeneres inquit.quis nesciat olim
A nobis mortale genus,gentesq; renatas,
Et prolem exhausto dignam subcrescere mundo,
Vnde olim Ianum,(ceu prodidit alta vetustas)
Trans Hellen,scopulosq;,& saxa minantia Ponti
Italiam petiisse ferunt,vos terror ab vndis
Sulcatis toties remouet,regemq; timetis,
Angustumq; fretum,quid enim dementius illo?
Vela quis imponet ratibus? quid perdita iactas
Verba miser Perypha? populosq; in pace reponis?
Primus Anacharsis Ryphęa ab origine cretus,
Perdocuit firmare rates,& verrere Pontum,
Commotasq; salo teneat velut anchora puppes.
Primus & æs conflare nouũ Scytha Lydus,& arcum,
Et pharetras,magno natus Ioue prodidit infans.
Nun periere artes? nobisq; ablata facultas
Infandum pelagus vetitis accedere velis?
Est Bryomas,magnusq; Gyges,Glaucusq;,Thoasq;,
Quemq; tulit terris memoratũ Armozica Nereus.
Gnari omnes sulcare fretum,& contexere naues.
Saxaq;,& horrisonos soliti cognoscere ventos,
Quod Polemo suadet,senio confectus & annis,
Scrutari diuum mentes,hæc futilis ætas
Ista iubet,tempusq; teri in discrimine mauult,
Q̃ peragi bello,& quantum olim Marte feroci,
Nunc tantum sermone valet, quid Delphica demens
Tẽpla siles? Phariũq; bouem? quid corniger Hãmon
Intactus? sacræq; Hecates Perseidos aræ?
Gemmantem his dictis,vagina extraxit eburna

289

Impatiens gladium,quicunq; remanſerit inquit,
Hoſtis erit patriæ,dixit.circumq; ferentem
Lumina, ſollicitum aiunt ingeſſiſſe furorem
Mentibus,vſq;adeo ſtrepitus,vocesq; reſultant
Montibus,& Ponti ſtridor diuerberat vndas.
Non ſecus Ionij campos,atq; æquora late
Corus agit,triſtisq; Aquilo,Libyamq; remenſus
Africus,& moto conturbant littora fluctu,
Quisq; volat,perflatq; vndas,& turbine magno
Perſonat horrendum,& vinci negat.inde fugatis
Hoſtibus arreptum propriis mare flectit habenis,
Atq; poteſt quo vult titubantem impellere Pontum
Victor,& indomitus ſpumantibus imperat vndis.
Arma vocant cuncti,pharetrasq;, arcusq; minaces
Expediunt,belliq; Orchas deſignat Amartem
Eſſe ducem,ſęuumq; patri Salmonea iungit
Ad pugnam,iubet & ſcindi de vertice naues
Ryphæo,cæſisq; vndas impellere ſyluis.
Nec mora feſtinant operi,totamq; moueri
Aſpiceres Scythiam,feruet mare nauibus altis,
Ponticaq; accipiunt glaciales carbaſa ventos.
Iamq; rates pelago,iamq; arma,ducesq; feruntur
Europam contra,atq; Aſiam,cum fama per æquor
Euolat,& tali rumore Propontida miſcet,
Vicinasq; vrbes,Scythicum genus æquore magna
Claſſe vehi,& gelido properantia lintea Ponto
Aegæum in pelagus,Leſboaq; littora ferri,
Remq; auget dictis. horrendaq; nuntiat arma.
Extemplo pauidas ſubitus timor occupat vrbes,
Arma parant populi,curruntq; ad littora Thraces,

Aniaduerte aſperitatem nomis,ut in plærisq; deuitatā. nam amurates dicebatur.

Pilatæq; manus funduntur ab Hellesponto.
Venit Bebrycia genus insuperabile bello,
Et Mysi indomiti, & sublato Mœones arcu,
Quiq; Asiam, Phrygiamq; colunt, & flumina potant
Lydia, & Ionias Cycnis modulantibus vndas,
Egialum interea cursu, Cromiamq; relinquunt.
Et Mariandynos, Erithynaq; saxa, sinistra
Nautæ, fluctisono dextra concurrere cautes
Cyaneas pelago, & Byzantij littora miles
Prospicit, & contra plenis it mœnia velis.
Iam Scytha per littus diffunditur, æquora classis
Occupat, & vasto telorum turbine muros
Agmina certatim inuadunt, stant turribus altis
Armati ciues, & saxa ingentia torquent,
Et pice flagranti positas in littore puppes,
Sulphureisq; vrunt tędis, atq; ignibus atris,
Vndiq; fit clamor, bellum terraq;, mariq;
Insurgit, primusq; vrbi ferus intonat armis
Salmoneus, multoq; madẽs in sanguine Amartes,
Increpitat pugnam ignauam, lentasq; sagittas.
O genus æternum, & terris seruata propago,
Scandite iam murum, & Mœotica signa per vrbem
Ferte alacres, quid vos Byzantia mœnia terrent?
Dixerat, incumbunt pelago, sonat icta profundo
Verbere tonsarum, & remis spumantibus vnda.
Annixiq; altos tormento impellere muros
Insultant, iaculisq; ardens prętexitur aer,
Non tot Erycthoniæ pulsarunt curua triremes.
Littora Sicaniæ, nec coniurata Mycenis
Aulis vicino vidit tot lintea portu.

Interea ſyluæ cęduntur, turris in auras
Erigitur trabea, & tabulis creſcentibus vrbi
Inſtat, & armato completur milite moles.
Hinc vectes, & ſaxa volant, hinc peſtifer ignis,
Nigrantiq; ruunt male olentia ſulphura tæda.
Venerat illa dies, qua lamentabile regnum
Eruerent Thurcæ, noſtrisq; ornata triumphis
Barbara Ryphęas victricia ſigna per alpes
Gens ferret, noſtroq; orbi intercluderet æquor.
Nox ruit interea, & creſcens pallentibus vmbris
Diſtulerat pugnæ rabiem, iacet humida tranſtris
Pars Scythicæ pubis, pars curuo in littore ponunt
Corpora, & humentes capiunt ad ſydera ſomnos,
Gliſcit in vrbe timor vigiles, per culmina clamant
Cuſtodes arcis, iamq; altera venerat orbi
Clara dies, croceisq; polo Titonia bigis
Fulſerat, at Scythicæ reuocarunt arma cohortes.
It ſtridor cœlo, reclamans vocibus Helle
Perfremere horrendum, Termontiaq; arua fragore
Ingenti tremere, & ſubter (mirabile dictu)
Auſugere immanes turbata per æquora Phocę.
Heu vrbem inuiſam ſuperis, quam vidit ab alto
Nec pater omnipotens, nec iuuit Apollinis ara.
Fama eſt Argolica vento Lacedemone vectos
Conſuluiſſe Deum, magniq; oracula Phœbi.
Quo tandem immenſi per tot diſcrimina Ponti,
Per varios caſus, & mille pericula rerum
Compulſis, finem præberent fata malorum,
Vt Deus egregiam circundare mœnibus vrbem
Præcepit, dignam ſtatuendæ quęrere ſedem

Argiui ſcrutari oras,cum Dorica puppis
Helleſpontiacæ ſummiſit lintea f auci,
Et celerem anguſto firmauit littore curſum.
Hic vrbem egregiam ſtatuunt,& mœnia condunt
Spumanti vicina ſalo,chalcedona contra,
Atq; ſuo ductor dixit de nomine Byzas.
Ergo dum pugnant,& cędibus alta fatigant
Mœnia,& Argolicæ Scythicus furor ingruit vrbi,
Delius ad Rhodopen oculos,& littora Thracum
Torſit,& armatam claſſem,terraq; furentes
Aſpexit populos,regnumq; quod ipſe,domosq;
Puppe Terapnæa quas condere iuſſerat actos,
Strage premi infanda,tractosq; in funera ciues,
Fumantes firmauit equos,magnumq; tonantem
Inuadit dictis.quid te pater optime contra
Vrbs molita mea eſt? circumſtant vndiq; gentes
Per mare,per terras,& ni tua cura ruentem
Excipiat,noſtri cadet ingens gloria Ponti,
Cretheos Aemonij magno de ſanguine Phryxus.
Aurea trans pontum,qua Colchidis ora recedit,
Vellera deuexit,Nephelæaq; deinde ſacrauit.
Dona tibi o genitor,proliq; tuenda reliquit
Noſtræ,vt Theſſalico raperentur ab hoſpite furtim
Scilicet,atq; aurum Aeſonias veheretur ad vrbes.
Multaq; præterea ſileo ludibria templis
Facta meis,ſerua hunc populũ.nam cætera tali
Penſabis dono,Scythiamq; his diſiice flammis,
Atq; iter ad Manes calcatum Acheruſia pande
Limina,& horriſonas ſub tartara merge ſagittas,
Hoſtilesq; incende rates,aut obrue Ponto

Vel si te pietas retinet, fac desinat armis
Hoc genus infandum, regnumq; reuisat auitum,
Atq; Pharetrigeræ referant sua signa cohortes,
Ad Tanain, tristemq; iram compescat amantes.
Talia sic fantem, solio tunc Iuppiter alto
Excipit omnipotens, fatis vrgentibus instat
Vrbi summa dies, & ineluctabile tempus.
Non longe cladis meta est. nec Delphica tantum
Oppida disiicient, sed nostro oracula templo,
Rapta quoq;, & summo lugebunt vertice sellæ.
Non erit Archadiæ locus integer, omnia flammæ
Consument Scythicæ, bimarisq; arsura Corinthus,
Ictibus æthereas prosterni ingentibus arces
Cernet, & æquari Pelopis tecta alta superbi
(Infandum visu) mediis iam Cycladas vndis
Aspicies, Delumq; tuam, Myconemq; cremari,
Igneq; Ryphæo trepidam fumare Lebynthum.
Hæc multos olim gens regnatura per annos,
Donec in arma ferox magno Germanica pubes
Seruiet Austriadum generi, quo sanguine cretus
Trans Hypanin, vltraq; feret victricia Thulem
Signa triumphatam, & Scythico dominabitur orbi,
Ventura hæc terris, hominũ cum pastor habenas
Lydius excipies, nec non Pallantidos arcis
Sceptra Leo, & sancto Latialem numine Romam
Sublimem efficies, votisq; vocabere terris.
Hæc ait, & magno nutu aurea sydera torquet,
Perq; polum incedens stellis ardentibus, imas
Despiciens terras, Irim Thaumantida ab alto
Aethere demisit, tetramq; alimenta referre

Imperat in nubem vndarum, volat ipse tricuspi
Fulmineus, tonitrusq; ciet, ruit igneus æther,
Totaq; pulsantur piceis Byzantia nymbis
Mœnia, & horrificis Boreas circum euolat alis,
Et defrenatis voluuntur cursibus amnes,
Instat tempestas oculis, & grandinis horror.
Pugnabant cæci, & nubis clauduntur amictu,
Deseritur pugna, & curuo se littore condunt.
Humentes Scythiæ populi, postesq; reuulsos,
Aerataq; minas nutantes mole relinquunt.
Interea nox atra polo surgentibus astris
Ingruit, & fessos dulcis sopor alligat artus.
Stant muro excubiæ, rexq; alta in nocte quieti
Se dedit, & somno curas mulcebat inanes.
Mopsopia, vt perhibent, curru deuectus ab vrbe
Triptolemus, cœlo sacratos impulit angues,
Dona ferens Cereris, Scythicas iam desuper vrbes,
Et Pontum geminos deflexerat axe iugales.
Sceptra loci, & regnum tunc rex crudelis habebat
Lyncus, & hospitio venientem suscipit amplo.
Inuidet inuentis, & nocte silentibus vmbris
Ferro hostem aggreditur, celeri scelus hausit olympo
Alma Ceres, regemq; noua indignata figura
Induit, illum acri compensans lumine curru
Bacchus pampineo, frenatam in Nebrida versum
Alligat, inuaditq; Indos, vbi cornua tollens
Nigra corymbifero victor ciet agmina Mœro.
Ille odium Cererem Scythicum contra impulit almã.
Exercere genus lucentem qualis Eleusim
Deuehitur curru, sertisq; recentibus ornat

celeri olympo dixit, ad Lunæ naturam respiciens, quæ & ceres dicit.

Spicifecum caput,& geminos agit alta dracones,
Talem sese offert,& regem nocte sepultum
Inuadit dictis,tu nunc agis ocia somno
Fatorum ignarus,Byzanticq; immemor vrbis,
Surge age,nam terris cum crastina fulserit hora
Collucere faces,& mœnia capta videbis,
Dixerat,& tenues subito delapsa per auras
Multa super fatis cunctantem,& multa parantem
Poscere,deseruit,visa est quoq; ab æquore summo
Cærulea in somnis affari talibus Helle.
Heu fuge direptas terras,fuge littora Ponti,
Multaq; præterea superum portenta Deorum
Suprema vnde dies,vrbisq; miserrima cædes
Agnosci poterat,trepidus rex protinus alto
Desiliit lecto,& medias parat ire per vmbras,
Cum subito excelsa penitus micat ignis ab arce,
Summaq; fumantes rapiunt incendia turres.
Talia cunctanti regi,Melanius arcas
Hostis habet muros,inquit,vidi ipse,refracto
Belli ferratos diuelli cardine postes.
Sic ait,& tenebris pauidum se miscuit atris.
Interea armorum sonitus clarescit,& vrbem
Horror habet,veluti cum pergama celsa tenebant
Thersandrus,Pyrrhusq; ferox,& dyrus Vlysses
Teucrorum imperium iuratum transtulit Argos,
Vndiq; stricta acies,hinc Vali,& Sarmata ferro
Incumbunt,Cottæq; fremunt,gaudentq; fruore
Iaxamatæ,Chalybesq; ruunt,Neuriq; luporum
Pellibus horrentes,Phyliræq;,rudesq; Satorchæ
Byzeresq; feri,& peltis decertat Amazon.

Parte alia trepidos inuadit Iberia ciues,
Atq; Albana cohors, Nomadumq; exercitus omnis
Funditur, & rapidis non defuit ira Cohatris,
Irrumpuntq; omnes, cęduntur limine primo
Portarum excubiæ, resonant clamoribus vndæ.
Discurrunt passis matresq;, nurusq; capillis,
Et natis comitata cohors infantibus ibat
Per tenebras, perq; arma virum, Scythicasq; sagittas.
Vrbs ruit in flammas, miserorum corpora passim
Cęduntur, rapiturq; adytis Byzantia gaza.
Eoo interea surgebat lumine Titan,
Augetur passim cædes, vasto omnia luctu
Complentur, fugiuntq; omnes, & lata viarum
Constipãtq; Scythæ, & strictis mucronibus instant
Fulminei. haud aliter rabies infanda luporum
Ieiuna compulsa fame, stat faucibus atris
Atq; inhiat prędæ, & pecora inter inertia sęuit.
Iam Byzantiaci properabat ad alta Tyranni
Atria Salmoneus, Scythica stipante caterua.
Quem simul atq; amplo venientem a limine vidit
Rex, fugit. inq; domus sese penetralibus abdit.
Fama Charistenium bello flagrante Mycenas
Armata misisse manu, Ieuonemq; Pyræum
Iunxisse & bello, quo non Taulantius oris
Vir fuit in patriis, & pace animosior alter.
Hi duo vestibulum regis, vastamq; silentes
Portam adseruabant, etenim te subtrahis illa
Fœde Ligur pugna, nec fusi sanguinis vltor
Iustiniane fugis, tum luce coruscus ahena
Orchasq;, Polemonq; ferox, & dirus Amartes

Hic alterũ nomen immutatũ est, alterũ mollitum.

293

Tela parant,limenq; petunt,& ſanguine tincti
Threicio inſultant portis,illi horrida contra
Arma retundentes, hoſtes a limine pellunt.
Vtq; feræ telis circum ſtridentibus vltro
Incumbunt ferro,& quanto magis ingruit hoſtis
Mucrone infeſto,iis tanto magis effurit ira.
Dij qbus hanc vrbem,iunctũq; Propontida Thracũ
Mens fuerat regi externis defendere bellis.
Cur æquis ſummo hęc oculis ſpectatis olympo?
Iamq; Chariſtenius madido ſudantia tabo
Tela vibrat,roratq; effuſi ſanguinis vnda,
Ipſe Pharetrigeras impellit in arma cateruas
Salmoneus,Periphasq; ſimul,ſolumq; petebant
Marte Chariſtenium,nec cedit Achaicus ardor,
Sed contra ignauum violentius increpat hoſtem,
Milleq; iam fracto pendent vmbone ſagittæ.
Interea ille ardens crudum Pythoenta,Lycumq;
Setigerũ,& longo pugnantem Amythaona cęſtu
Enſe necat,vomit ille animã,Ladumq; Agathyrſa
Matre ſatum obtruncat,nec ſegnior ante Pyræus
Pugnat, & infanda proſternit cæde ruentes
Sauromatas,fractoq; expellit Amazona baltheo
Alter Thiſſagetas(qui dudum e rupibus altis
Proruerant)iam victor agit,Taberenaq; fundit
Agmina,Brachatumq; Gyan,cui Pythia mater
Ingeſſit ſtimulos,quæ Ponti effaſcinat Hyrcos.
Voluit humi,mœſtumq; Thagen agit obuius enſi
Quiſq; animam,fuſoq; madẽt in ſanguine poſtes.
Quantum Martis amor creſcit,violentaq; ſurgit
Impacata fames pugnæ,tantum horrida cædes

Augetur,ruit Argolicus iam fulminis instar
Impetus,aut quando gelidi fumantia Pindi
Alta ruens quercus diuellit saxa,nemusq;
Prosternit,vastoq; resultant antra fragore.
Ecce aũt armipotens magno cũ turbine Amartes
Arguit ignauam pugnam,telumq; trabale
Torquet in aduersos hostes,fremituq; sonoro
Id volat,& triplici insidit ferale cruenti
Aere Charistenij,tauriq; ingentia findit
Tergora,& effracti clypei mora scinditur ærea
Iliçet atra repens descendit ad inguina pestis,
Perculit & vires,animamq; inuasit Achiui,
Ille cadit moribundus humi,sociumq; requirit
Lumine,& vltorem poscit necis.alta Pyræum
Ira,dolorq; rapit,miseri iam pallida fato
Ora tegit clypeo,vibrataq; tela repellens,
Argolicos Manes iterumq;,iterumq; querelas
Nominat ingeminans,& funus deflet amici.
Acsubito vt tygrim catulos rapientibus Indis
Ira agit impatiens,volucremq; impellit in hostem.
In turmas ruit,& Sibina crudescit acuta,
Authoremq; necis quęrit Taulantia proles,
Nec mora,terrifico ceu turbine voluitur Auster,
Ingruit & Ponto,& motas circumtonat vndas,
Crescit Amastriaco violentior ira Tyranno,
Atq; coruscanti telo furibundus Amartes
Stat contra,sed postq; nequicq; horridus hostem
Inuadit,frustraq; suos prædestinat ictus.
Saxum ingens,quod forte via sub turribus altis
Deciderat rapuit,nixusq; per aera torquet.

294

Heu fatum inuiſum,fremit & perſibilat auras
Pondus,quaq; ori mentum coniungitur imo
Irruit hoſtile,& fractis furit oſſibus,ille
Vt moriens ſua fata videt,pallentis amici
Deſuper incubuit corpus,ſic deinde quieuit.
Fœlices animæ dum Cæſar,& Auſtrias orbis
Progenies reget imperium,Rhenusq; bicornis
Seruiet,& dominos rerum viſura nepotes
Tranſferet in cœlum noſtros Germania diuos
Fama per ora virum,tenuesq; volabit ad auras.
Nec mora conuellunt poſtes,longa atria luſtrant
Porticibus vacuis,Byzantia gaza, ſuppellex,
Thraiciiq; patent luxus,rapiuntur ab hoſte
Regis opes,Scythicæq; aperitur curia turmæ.
Ecce cruentatis manibus iam cęde recenti
Raptabat regem Salmoneus,fœdaq; tabo
Ora,& purpureo concretos ſanguine crines.
Ante fores limenq; locat(miſerabile viſu)
Exanimum corpus,ſpoliatq;,& regis ademptas
Exuuias oſtentat ouans,quatit omnia,& altum
Vociferant volat in cędem,ceu vertice torrens
Alpino ruit,& vaſto cum murmure ſyluas
Abſtrahit ingentes,& ſaxa ſonantia torquet.
Vndiq; conueniunt matres,& pectora plangunt
Innuptæ,pueriq;,& fœmineo vlulatu
Helleſpontiaci reſonabant æquora Ponti,
Fit paſſim cædes,Thurcæ dominantur in vrbe.
Sic placitum ſuperis,iam ſumma incendia turres
Aureaq; inſiliunt lambentes ſydera flammæ
Perq; domos,perq; alta ducum pallatia,& vrbem

Ignis abit,teter per multa volumina fumus
Euolat,& qua non poterat vulcania peſtis
Ire,tenent gladij,Scythicusq; intermicat enſis,
Tela parata neci,nulli parſum,accipit omnes
Atra dies,fœdos niſi qui ſeruantur in vſus.
Exitus hic vrbis,iam fama per aera pennis
Præpetibus volat,& Thracum ſublimior vrbes
Aemathiamq; petit,veloxq; per oppida fertur
Dorica,& affatu Pelopæas territat vrbes.
Mox abit in nubes,& iam ſuper æquora magno
Remigio alarum propellitur,omnia miſcet,
Tercentumq; tonat linguis,Aſiamq; pauentem
Sermone inuadit vario,pauidasq; per aures
Infandum canit excidium,lacerata capillis
Ingemit,& diro funeſtat murmure terras.
Tunc ſubito capere arma viri,portasq; nouare
Vrbibus,& celſas implere molaribus arces,
Armaq; pars ſenio,& rubigine pallida tetra
Expoliunt,raptor tanq; prope mœnia Amartes
Afforet,atq; Aſiæ diffunderet agmina campis.
Nunc me Pazeites,nec non vocat alter Amartes
Hunyadisq; fugam,& rorantes ſanguine Varnas
Mens agitat,geſtitq; animus per vulnera ferri
Europæ,& toto ſeriem deducere bello.
Moles longa retro eſt, Taberena ne fulmina,& vltra
Excitas Tanaim gentes & bella canemus
Horrida:palmifera pręformidante Damaſco:
His igitur,ne longa ſequar primordia rerum,
Hiſmariæ pereunt vrbes,Orphęaq; quondam
Sythonis,& patulos longis vlulatibus agros

Taburlanũ intelligit a Taberenis Aſiaticis oriundũ.alludit ad nomen.

Byſtoniæ replent matres,ſerpitq; ruina
Per Macedum campos,& ſummo vertice paſtor
Horruit orbeli,nec non & Eantia pubes,
Et Libethra ſuis Scythiam male vidit ab vndis,
Oſſa ingens,Pindus,Lapytharum a ſedibus Othrys
Euulſus,Nymphas ſæuus Bæbeidas horror
Armorum, & clades viridantem perculit Orcon,
Nec te Triptolemi ſerpens defendit Eleuſis
Non Argis quondam belli, non fama Mycenis
Profuit antiqui,nec Liber & Herculis ira
Ingentes Thebas,Cadmæaq; mœnia iuuit.
Iam declamatus Bromio aduentante Cytheron
Deſeritur ſacris,atq; exululata relinquunt.
Nota triennales trepidantes Orgya Bacchæ.
Hinc furor Archadiam,& gelidi delubra Lycæi
Inuaſit,Pholoemq;,& Nymphas nonacrinas,
Piſæasq; vrbes,& in oppida Achaica fertur
Infandus furor,& non dum vada miſtus Enipeus
Alphæo expauit,turbatiq; Elide ludi.
Quid Pelopis tecta alta canam? Bimarisq; Corinthi
Iſthmon,& euictæ miſerandas Helladis vrbes?
Quo me Cyrrha rapis? quo me Cephiſus,& vnda
Caſtalius ſacra? & vocales carmine Delphi?
Non Athamanteæ cladem Calidonis,& amnem
Athracium Ionij maculantem ſanguine littus
Diſſimulabo,nec exhauſtum iam Marte prophano
Leucatenq;,Argosq;,& Acarnano Acheloo
Vincula coniecta,& frenatas Pontibus vndas.
Nec metam Europæ tantorum habitura malorum,
Sed tranſuecta fretũ gens cultu aſperrima & armis,

Angustas iterum fauces, Asiamq; pauentem
Inuadit bello, rapitur Chalcedonis ara,
Sacra Ioui magno, positumq; ab Iasone templum,
Bithynæq; vrbes, Nymphæq; rapacibus vndis
Ascanio fugere lacu, Mysiq;, Phrygesq;.
Inde etiam Ionias manauit pestis ad vrbes,
Quas nec tutata est pereuntes Latmia Phœbe,
Branchiadæq; arcus, nec Amazonis ara Dianæ.
Quid cares memorem? quos ire per arma furentes
Bubasides videre nurus. quid Marte reuulsum
Et Cragon, & Lymiren, & Xãthon, & horrida Vatis
Templa Dei? quot vos positę super æquora Naxos,
Dulichiumq;, Sameq;, & syluis densa Zacynthos,
Neritos, & Chalcis Syphnusq;, & parua Seryphos
Perpessæ clades? saxi Paros inclyta vena
Iam gemit, et Gyaros, Strophades, viridisq; Donyssa,
Insulæq; Altisonis quot fluctibus astrepit Aegon.
Quare agite o proceres, & tu Germanicæ Cæsar
Trans pontũ, Scythiãq;, atq; hymbribꝰ obruta regna
Pergite, & armenias belli frenate sagittas.
Iam video Euphratẽ descendere, & agmina tauro,
Assyriamq;, & bello altum exardere Nyphatem,
Et festinantem nostros Babylona triumphos
Et rapere, & raptas Eoa ad littora prædas
Vertentem, Casiumq; Iouem, Biblonq;, Tyrumq;
Sydonem, & Libanum externis seruire Tyrannis.
Quin etiam per agros palma fragrantis Idumes
Chaldeæ venere manus, sæuitq; cruenta
Sacra Palestinæ, & memorãda per oppida Memphis.
Hosti præda sumus, iam fulget Maurus in armis,

Pugnacesq; manus contra mouet Astrifer Atlas?
Q; si vestra genus mora debellare superbum,
Et defrenatas longe propellere gentes,
In patrias venient sedes, gelidasq; per alpes
Signa ferent, legesq; dabunt, etiam ne videbis
Persarum, Europæ gentem Sophytida, tellus
Nauibus Aegæo infestis? quando ergo erit olim
Tempus vt Austriadũ tremat Africa terra tumultu,
Atq; iterum pontem ferat indignatus Araxes?
Dixit, & inflammatũ animum mentesq; reliquit
Heroum, curua pulsans testudine Enypheus.
Pars cupit Hyrcano bellum exercere sub Oxo,
Pars celerem armeniæ confestim inuisere Tygrim,
Horridaq; armigeris pulsare Artaxata signis.
Pars Scythicas spectare plagas, hic ire per vstos
Ignoti Garamantis agros. pars vincere Mauros.
At iam iam Aegypti Phariis quatere oppida systris,
Et latratorem telo propellere Anubim,
Bubastamq; sacram, & Diuæ lunaria fronti
Cornua spiciferæ, variisq; coloribus Apim
Fœdare, & bello quęsitum inuadere Osyrim
Visum aliis, Nilumq; acie turbare cadentem.
Dumq; huc atq; illuc ardor mauortius errat,
Legati vndisono redeuntes littore Rheni,
Reddita belligero referunt responsa Roberto,
Scilicet hunc pugna & bello contendere malle,
Cedere q̃; regno, dulcesq; relinquere terras.
Nec Martem indictum, & pugnã renuisse nocentẽ.
Tunc rex Austriades solio sic orsus ab alto.
Magnanimi proceres, quor; mihi cognita virtus,

Sperabam parta iam pace quiescere regnum,
Noscq; alio transferre nefas, socialiaq; arma
Vertere in externos, patriamq; cruore tueri.
Sed quoniam sęui passim inuasere Tyranni,
Nullaq; raptores tangit pietatis imago
Tantorum facie scelerum, quis temperet iras,
Atq; animã timeat mediis effundere in armis?
Qui Scythiam inuadet, rapidũq; videbit Orontem,
Et Maurum imbellem vincet Germanicus ensis?
Quandoquidẽ sunt bella domi? iam perfidus hostis
Occupat Europam, Libycas tenet anchora puppes
Littus ad Hispanum, querimur. vellemus in armis
Ilico perfremere, & populos superare furentes,
Ii longe a patriis absunt regionibus, Acer
Hostis adest, vestrasq; potens sibi vendicat vrbes.
Quid vos par facere est? non extera quęrere regna
Nunc opus. at iusto patriam defendere Marte,
Libera quæ simul atq; erit, & pietate suorum
Defensum imperium, Tanais timet, ipsaq; supplex
Se dedet Babylon, nec plus se nubifer Atlas
Armabit, verretq; hostilibus æquora remis.
O genus armipotens superis gratissima proles,
Desidia ne animi tanta? consuetaq; bello
Pectora mollescunt? perstet sententia vestro
Et regno, patriæq;, penatibus, & sacris Diis
Consuluisse prius, varias q̃; quęrere terras
Increbrescat amor, stat Pallatinus in alta
Arce ferox, nostrisq; inhiat violentior aruis.
Nec quemq̃; timet, & iam formidabile bellum
Illum oratores referunt, pugnamq; futuram

Moliri impauidum, ac frustra repetuntur ab illo
Nostras quas tenuit sedes, Hagenoia tellus
Testis erit nobis, & iam pridem oppida capta
Antiquæ Helsatiæ. vobis quot & abstulit vrbes
Colligite, atq; vtinam falsum sit latius acrem
Instruit hic animum, & vi pacto degere nescit
Vestra nisi hunc contra virtus insurgat, & iram
Arceat, atq; sui regni intra limina cogat.
Præterea quoties tacitas humentibus vmbris
Nox operit terras, visa est regionis imago
Ante oculos nostræ, passos laniata capillos
Sæpe queri, & nigram ferri lachrymosa per auram.
Quin etiam in somnis genitor meus increpat arma,
Abiectasq; Aquilas, & corda infracta timore.
Nec non & Thepsis, superũ quę arcana Deorum
Callebat Vates, olim ventura canebat
Excidia, & stragem populis, belloq; peracto
Nos fore victores, & dudum Iuppiter alto
Intonuit leua, sic nos Ioue in arma volente,
In cędes, strictiq; aciem mucronis eamus.
Dixerat, inq; animos pugnę spirarat amorem
His accensi omnes Baccho, mensisq; remotis
Stant auidi Martis, vultuq; ferocia corda
Noscere erat, cunctos subit hæc sententia ferro
Cernere, & Arctoo pacem componere mundo.

FINIS.

LIBRI QVARTI ARGVMENTVM.

Quartus liber, gentium, populorumq; descriptionem habet, & primo Cæsaris gentes enumerat. Inde fœderis Sueuici, quod tripartitũ est. In eo enim principes, prælati, ciuitatesq; numeran-

tur. Interea iuuenis cum baculo de more ad indicēdum bellum mittitur. Inde Cæsar in Noricum cum exercitu proficiscit, unde Danubiani Numinis oritur in eum indignatio, qui statim flumina in consultationem uocat, & per occasionem iugis sexaginta fluuiorū, qui in Danubium exonerantur, descriptio, decq; Danubij fonte plura. Sequitur Cæsaris & militum in Danubio pugna. & inde discessus, eiusdemq; cum Regina uerba de rebus Insubrium. qui mox cum exercitu in Prischauium agrum profectus, Ophoburgium obsedit, inibiq; pugna uaria, sed in primis duellum Cæsaris & Oebali, qui de se multa refert, quorū in auxilium Venus, & Diana descendunt. clarum utrinq; certamen, sed uicta Venus, in cœlum aufugit. Oebalus iam iam moriturus, Cæsarem ut se mandet sepulturæ, rogat. Cæsar cum militum furorem composuisset, ad Oebalium corpus proficiscitur, idemq; sepulturæ mandat.

AVSTRIADOS LIBER IIII.

Vm gliscit sic ira animis, vulgata potētes
Fama mouet populos, tunc omnes arma capessunt
Illyricæ, ī primis patrio de more cohortes
Armantur Sibinis, Pucinaq; præla relinquit.
Tergestina manus, Natisumq;, nouemq; Timaui.
Transcendit fontes, portusq; arx alta Naonis
Excitur, Carnusq; audax, cui corpus Ibera
Cætra tegit, iuguloq; in pugna mussat obeso.
Inde Carenthani trepidam eduxere phalangem
Villacio, sequiturq; luentium, & altior illo
Gurcia, quæ variis pedites emiserat armis.
Quinquaginta Bebras centum delecta iuuentus
Pila gerunt humeris, cæstus fert cętera pubes.
Oppida quid Styriæ memorem? Grętiasq; cateruas?
Armigerumq; genus? qua despumantibus vndis
It Drauus impatiens, & multo fertilis Hydro.

298

Nec mora, disiectis antiqua Celeia muris,
Petouioq; ingens (velut indicat alta vetustas)
Arma parant, equitum turmas hæc, illa cohortem
Emittit peditum, sed longe animosior ibat.
Belliger Austriades, & mœnia lata Vianæ
Conueniunt circum populi, effusumq; videres
Et Cremesum, Sthaniumq; ferox, & prędia lætos
Rhecia deserere, & Mauternia rura colonos.
Quiq; habitant Cetij summis in collibus vrbes.
Inde Anasina Phalanx. primo Styra in agmine secũ
Velsines ducit, simul & Gemunda profundum
Turba lacũ, & rupis Traustanidos antra relinquũt,
Et manus Istricola in bellum ruit aspera Lynzo.
Ii signa extollunt Aquilæ, Martisq; futuri
Festinant auidi, pars leuam Ancilibus ornat,
Prę munitq; latus framea, pars more Catheias
Teutonico gerit, & loro prędestinat ictus.
Gemmatoq; omnes auro, tortisq; refulgent
Torquibus, armati proceres, galeisq; micantes
Coniferis, duro gestant humeralia ferro,
Thoracem connexa super, rapit æquora cursu
Miles, & æripedem impellit Cataphractus anhelũ
Goricius, sacraq; fremens volat agmen ab vrbe,
Qua se Noriciis Athesinum vallibus infert,
Vastaq; percussis liquere incudibus æra.
Nigrantes populi, cæcisq; horrenda cauernis
Sbotia, & armatis campus deseruet Halæus
Ciuibus, ardentes qui deseruere Salinas.
Et iam nubiferas linquunt castella per alpes
Durati niuibus populi, & qui diuitis Arces

Inspruck intelligit & hic sequitur Stra. a quo ænus Athesinus appellatur.

Intonat hic Istro, & contra nitentior vrget
Et saxa, & montes, & fluminis antra profundi
It Saus interea, & magnis allabitur vndis.
Squamigeris inuectus equis, hauritq; morantem
Imperturbati Drinoum littoris amnem,
Sollicitatq; Dei monitu, longumq; Tybiscum
Carpathio ciet ore iugo, qui fessus in antro
Sederat, & secum requiescere iusserat vndas,
Nulla mora vt sensit se terq;, quaterq; citari
Prosilit ingenti strepitu, quo curua reclamant
Littora, quo syluæ, & saxorum impellitur agmen:
Et iam Sardonio trepidat de vertice Moschus,
Miranturq; Daci tumido properare Rhabosum
Gurgite, & inflexi turbari stagna Marisi,
Nympharumq; choris sublimius ire Ciabrum
Vlnifer attonito cursu metuendus Alutas
Vndas quadriiugo spumantes verberat axe
Extremusq; venit Mysorum Hierassus ab oris.
Sic turmatim omnes vasto cũ murmure fontem
Istri adeunt magni, limenq;, & Numen adorant
Vndarum, sedemq; sacram, fluuiumq; potentem.
Hic ortu gelidis, sacro caput exerit vndis
Ex leni sic fama iugo, fuit Abnoba nomen
Olli, sed vocem iam mutauere priorem
Monte sub aerio, quos Rhetia pascit, Adula.
Extemplo sed aquis fluuiorum exauctus, oberrat
Immanes populos, & regna exortia gentis
Lęthiferos q; alat pisces ab origine, vanum est.
Sic etenim ignari patres, mendaxq; vetustas
Asserit, Armeniæ ceu fons & Lydia ab ortu

Traduntur partus eniti ſtagna nocentes
Nec(quamuis Perſes deſcendat ab alpibus amnis,
Et fontem Abnobium curſuq; augeſcat & vndis)
Credimus hoc non eſſe caput,quo deniq; cuncti
Se referunt fluuij,ſubeuntq; madentia muſco
Atria,& immenſum tophis ſurgentibus antrum.

Nymphæ Perſeides dixit propter duo flu. Perſen, & Perſeniũ prope ora danubij

Porta ingens primo, & ſcabris domus alta pateſcit
Porticibus,madidaq; ingens ſpecus accipit aula
Flumina,pro foribus cuſtos ſtat peruigil Eſox,
Veſtibulumq; tenent Nymphæ Perſeides amplum.
At vero introrſum ſquallentia tecta lacunat
Purpureus murex,Conchæ,teſtæq; renident
Humida ſaxa inter mediæ, quaq; ipſe ſedebat

Longa pro longe.

Iſter erat locus, & pars longa remotior antri.
Iam ſatur ille annis æuoq; verendus,obibat
Labentes muſco,viridiq; vligine crines,
Quem Xanthe formoſa pedes,phialeq;,Pſechasq;
Errabant circum,& pulcherrima Lyſianaſſa
Carpebat Cypriis popularia Numina flammis.
Tandem multicauo reſidens in pumice,cuncta
Perluſtrans oculis,fluuiorum ſtante corona,

Danubij oratio in deliberatino genere.

Incipit effari. dubiam ſententia mentem
Noſtra diu tenuit,totus ne effuſus in vndas
Ad mare deferrer,ne me Germanica tellus
Suſciperet gremio,noſtroq; tumeſceret ortu,
An veſtrum auxilium peterem,nam mi fuit anceps
Vtrum tentarem,potior ſententia viſa eſt
Vobiſcũ hæc peragi,ſumma hęc.iam tota ſub armis
Auſtria agit noſtri pilata ad littoris vndas
Agmina,& infertur Boiorum mœnia contra.

Iam ſtrepitus noſtras ingens peruenit ad aures
Armorum, atq; ipſi pugnaces vidimus alas
Ardere, immeritasq; aciem conuertere in vrbes,
Scilicet vt fœdis maculetur cędibus vnda,
Veſtraq; deſcendat teter quoq; ad oſtia ſanguis.
Ite ergo & fontes, totasq; reſoluite venas,
Et tumido lata arua vado, camposq; patentes
Mergite, vt Auſtriadis iter eripiatur, & alto
Immerſi fluctu, tentent minus aſpera noſtris
Prælia littoribus, fœdentq; cruoribus amnes.
Vix ea finierat ſtrepitu gliſcente per antrum
Confremuere omnes, reſonant caua ſaxa fragore,
Nec mora Danubij rurſus per magna reuecti
Flumina, corripuere fugam, totisq; feruntur
Viribus, atq; ſuos repetunt cum murmure fontes.
At Licus, & Vinda, atq; vna Tyroleius Aenos
Detrectant iuſſa, & tacitum ſe continet antro
Quiſq; ſuo, ſimulatq; vndas hauſiſſe parentem
Oceanum, & tenui vix poſſe inſurgere ab ortu.
Ecce ruens Iſter vaſtarum impulſus aquarum
Molibus, exuperat ripas, campiſq; vagatur
Vndiſonans, veluti per Canchrum vectus Apollo,
Aut fuluũ ingreſſus flammato Hyperione monſtrũ
Luctantem nigris Nilum propellit ab Indis,
Nec tantum increſcens ſuperat ſua littora Ganges
Incertus quo fonte cadat, fugiuntq; per Alpes
Agricolæ, atq; altis nutant in montibus vrbes.
Hic armenta trahit, ſyluasq; & luſtra ferarum,
Et ſaxa, & rupes, atq; alta cacumina ſecum.
Interea rapidos voluunt ad littora curſus

Defrenati amnes,& fontibus ora relaxant,
Vndarum patefacta domus,iam latius Alueum
Pandit Iser,gaudetq; effundere brachia campis,
Miraturq; simul piscosum Rheson abesse
Auxilio,verum ille atris ingrata cauernis
Fata vocans,charam vxorem lugebat Acastem
Thraicij neptem regis,quam duxerat ante
Dardaniæ in campis,q̃; fraus pellacis Vlyssi
Candentes auferret equos,illumq; necaret,
Vnde etiam illius voluit de nomine dici
Rhesus,& hunc viuens sic Thressa vocabat Acaste,
Posteritas regum,& Reginum nominat vrbem.

Poetica fictio de Rhego flumine Ratisponæ quã antiqui Reginonẽ dixerũt ipse Reginum dixit.

Quiq; Getas,Mysosq; vident,vasto obiice pronam
Constipant vndam,& contra luctantur in amne,
Camporum iam lata tenet,perq; arua,viasq;
Expatiatur aquis fluuiorum maximus Ister.
At rex vt molem vndarum,passimq; vagari
Ingentem aspexit fluuium,longeq; sonantes
Audiri fremitus,pulsataq; fluctibus astra.
Substitit impauidus,rerumq; ignarus adorat
Numina quæ subter labuntur gurgite vasto.
Quæ vis naturæ est:huc forsitan æquora Nereus
Obiice terrarum conuulso & montibus ægit,
Arctoum mersura solum.sic talia secum,
Intorquet telum in fluctus,gemuere sub ictu
Ex esi cautes,concussaq; littora circum
Ingenti tremuere sono,ceu Iuppiter altos
Fulminibus quateret scopulos,ruerentq; per vndas
Annosi lapides,motumq; tremisceret æquor.
At rex armipotens auro,electroq; refulgens,

Circum habitant Tyroli, regio quo nomine dicta est.
Inde tridentini, & populi venere bilingues
Bessenij, Cornicq, & plebs cętrata Salurni,
Bolzanumcq ferax mercis, cogitcq morantes
Clusinos ea fama duces, tua Bryxina proles
Ante omnes visa est sumptis fulgentior armis.
Parte alia vallis circundata montibus altis
Quadriuia, hæc patribus dicta est Amnaona priscis.
Tela capit, falces Trameni conflat in enses
Vinitor, impellitcq acres ad munia belli
Cura Ameranæos, atcq Octumiudicum ad oram
Peruenit rumor, Rætiq ex alpibus altis
Tyrrhenãcq manum, & celeres ægere quadrigas.
Algoui, & armigeræ pubes animosa Briganti
Pilati aduentant, plenas constantia lintres
Telorum impellit remis, longecq resultant
Per Venetum vecta arma lacum, propiuscq videtur
Incola neglectis ferri Neleburgius agris,
Ad bellum fremit Hegouius, similicq furore
Corripitur Rotheburga manus, Nicerũcq remensa
Soncouiis se iungit equis, tacituscq furentem.
Nec te Phryburgi, nec vos nemora atra silebo,
Fraxinea horrificas vibrantia tela per vmbras,
Nec non Vindelicos, & qui nunc fertur in illis
Esse locis, iuxtacq Alpes colere arua Sueuum
Ingentes clypeos aptare, & pila videres
Fœdere coniunctum magno, sunt longa relatu
Principia, atcq olim variis orientia causis.
Burgouiæ (vt memorãt) tellus, atcq oppida, q̃ inter
Vindelicos Istrumcq iacent, subiere Georgi

Origo fęderis Sueuici causa duplex hic tertia differtur ubi de Norimbergen. loquitur.

301

Boiugeni imperium, qui late extendere fines
Inuigilans, auro prædiues & vbere glebæ
Sub iuga consilium crinitos Marte Sueuos
Posse trahi cepit, vicinaq; protinus arua
Occupat, & trepido potitur vi Martis Othingo.
Deuictiq; sacras Rocheburgi sæuit in aras
Hac primum populos coniunxit origine fœdus.
Ast alij diuersa, & te Friderice recensent
Fœderis autorem, qua tempestate potentes
Inuasit Venetos senior Tyroleius heros.
Raptaq; Regini ducibus sunt mœnia Boiis.
Tertia iam causa est, alio sed differet alma
Calliope, nunc & populos, & missa canemus
Auxilia, & iunctas bello memorabimus vrbes.

De occupatione Regini latenter scribit, ne aperte quempiã lædat.

Prima Moguntiaci micuerunt agmina ab oris
Bertholdi, sequiturq; Iacobus, & almus Vryel
Zolrensisq; sacer, & tanti Martis origo.
Boiugena Albertus, multis legionibus arce
Munychia properat, generisq; is Norica rura
Per seriem repetit, Rugborumq; aspera princeps
Gesta Filectei referens animosa Tyranni.
Bella inhiat, priscoq; acres descendere regno
Cassubios secum, & venturo Marte frementem
Vandalon aspiceres. Virthymberzentius heros
Instruit antiquos decios, montanaq; proles
Prosequitur Pelegarda ducem, qui turbine belli
Innumeros scribit populos, & auita reposcit
Oppida, trans Enti ripas, quantumq; laboris
Hauserit is bello post me admirabitur ætas.
Tu quoq; dux Badæ, non inferiora secutus

Fęderis sueuici ordo triplex principum, prælatorum, ciuitatum.

Auſpicia, ad Martem properas, qua cana vetuſtas
Antonina tuis oſtendit munera thermis.
Primus & hic ordo eſt, arasq;, & ſacra relinquit
Fana Mogunthiaci, delubra, ignesq; Licæos
Relligioſa cohors, vadit nec ſegnior illis
Campiduna Phalanx, atq; Eluagenſius haſta
Inſignis miles, populus Salmonidos oræ
Villaq;, Augieq; minor, vineæq;, Rotumq;
Belli opus accelerant, æterna nec abfuit aris.
Veſta ſuis trepidas campo, quæ fuderat alas
Pone Hugon, fratresq; duo, ſecundaq; proles
Natorum, & paruo properat Volphangus Othingo.
Zolrenſisq; ferox alter, pincernaq; magni
Imperij Albertus veteri mouet arma Lyburgo.
Quiq; equites ducit ſaxoſa Elephantis ab arce,
Prętera innumerũ genus alto a ſanguine cretum.
Tertia dein veniunt coniunctis fœdere magnis
Vrbibus auxilia, in primis ad munia belli
Turma Argentorato violentior exit equeſtris,
Hinc Auguſta ſacro tantum, quę ſurgit alumno,
Quæq; e menſa vltra eſt, feruentem littora Zonam
Nauibus oceanum, & rubri trans littora, nouit
Quæ regum imperia, & qua Calecutidos oræ,
Taprobanesq; altus declinet Delius vmbras.
Nec non Vindelici, telluſq; Licatia ſecum
Armantur, campoq; fremit Gæſata iuuentus
Alerio, & gelidi complentur milite ripæ
Pegnitij, propere qui regna inuadet Othonis.
Pone Vlmanatum placido decurrit ab Iſtro
Turba ingens hominũ, Niceroq; Eſlingides alæ.

Alludit ad Cardinalẽ Gurceñ.

302

Nec non & vacuam fontem liquere ſalutis
Gens habilis pugnæ, ſequiturq; ardentior Hallis,
Norlingiq; hominum, genus implacabile pugna.
Quæq; tenet patrium collis ſibi nomen ab vmbra
Antiquis memoranda viris, hic Flauius aras
Præclaras ſtatuit, armisq; eiectus ab Iſtro
Aeneadum prius, his conſedit Rætus in oris,
Vnde etiam priſcis dicta eſt hæc Rætia tellus.
Lindauiumq; feros telo, remisq; Brigantas
Muniit, & ſacrum petiit Gemyndia fœdus.
Incola Mēmingi, Bibracūq;, & Vimpina currus
Aptant militiæ, atq; alio ſeſe ordine rurſum
Campiduna armat Legio, viſuraq; primum
Verdea Auſtriadas acies, & Martia tela.
Villaq; Fullonis, turba & Luthyrchidos oræ
Auleniumq; vetus, & formidanda Buchori
Inſurgit pubes, alia ratione nec vllo
Fœdere coniunctus bello furit Heſſius heros,
Viſus & vmbriferis rapidas diffundere ab antris
Melibocus turmas equitum, longumq; frementes
Abnobij montes, & quas non ſuggerit ordo,
Mille anīæ properant, variæ & ſine nomine gentes.
Principium interea belli ſeriesq; futuri
Diuiditur, variiſq; fremunt regionibus arma.
Dux ſiquidem Decius, vexilla volantia ripis
Diffundit Niceri, Cubos, Rhenumq; laceſſit
Langraphij furor, & cętratum Bacteron vrget.
Quiq; excelſa colunt Segduni mœnia patres
Hercynia in magna, qua regnū, atq; oppida Othonis
Antiqui ſteterant decertauere, potentes.

Langraphium Haſſiæ intelligit. q̃ cum in fœdere non eſſet ſeorſum ponit.

Trans quoq; Alexander Rheni furit agmine ripas,
Pellæis qui claret auis,& nomine regum
Nec minor insurgit contra violentus Odechi
Mœnia Burgrauius princeps,atq; instruit arma.
At Cæsar trepidas inuadere destinat vrbes
Norici,& Albertum secum coniungere castris.
Iamq; sui armantur populi,iam pila Sueui
Gestabant humeris pedites,circumq; Licæa
Littora perfremere,& Martem incusare morantē.
Tandē magnanimus phaleris ardentibus auro
Cæsar æquū ascendit,circundatus agmine magno
Armatorum hominū,cui duro cassida ferro.
Suffultos operit crines,& lamina pectus
Aegidos,& lateri feruens effulminat ensis.
Mittitur interea iuuenis,qui more parentum
Indicat bellum,Claregatumq; per vrbes
Pergat,& elato baculo fera nuntiet arma.
Austriades igitur rebus sic rite paratis
Verdæam petiit,qua se Vernesus in Istrum
Ingerit,& vasto condit sua nomina fluctu.
Visaq; vt inuicti splendentia Cæsaris arma
Formido inuasit proceres,qui fœdere iuncti
Hostilem in cędem,& bellum cōmune ruebant,
Omnia ne Cæsar late sibi vendicet armis
Pacta soluturus,totumq; repente subactum
Noricon asciscat,talisq; it rumor ad vrbes
Illius aduentu trepidas,ceu subter anhelans
Tellurem quateret Boreas,& verteret imo
Fundamenta domū,quo summa palatia,templa,
Ingentesq; cadunt turres,planctusq;,timorq;

Mos germanorū in indicēdo bello.

Fictio Danubij p quā principū suspiciōem significat,unde subitus Cæsaris ex Norico discessus. q;q; & fluminis incrementū fuit maximum.

Gliſcit,& exangues præſſant ad pectora natos
Sollicitæ matres,fugiuntq; labantia tecta.
Armorum interea ſtrepitus,clangorq; tubarum
Ingens auditur,ſubterq; meabilis horror
Fertur aquas,Iſtriq; meat ſpumantis ad aulam.
Tunc ſubito vt magni tumefactas perculit aures
Danubij,excelſa madidum caput extulit vnda
Numen,& a ſummo palantes proſpicit amne
Auſtriadas,motasq; vrbes,atq; obiice peſtes
Muniri,& circum rapidam ſua mœnia pubem
Lętiferos lapſus,vaſtosq; locare molares.
Tunc Xantho,Beoremq; vocat,qbus īperat almos
Acciri Diuos fluuiorum,qui ſua pulſant
Littora,& in gremium recipitq;,fouetq; cadentes.
Protinus obliquo fluctus ſecat vtraq; motu
Immanes,pars inferior tenus inguine piſces
Spumea tortilibus propellunt æquora caudis.
Virginis os,vultusq; illis ſuper eminet Algam,
Et proni in fluuium crines,Hyſmenia quales
Leucothoe diffundit aquis,aut ſub dola Syren.
Nec mora aui ſimiles, iunctæ Vlmanatibus ambæ
Incubuere vadis,Reginiq; æquora vaſti
Straubyngūq; petunt,dein fætam mercibus vrbem
Auguſto augurio quondam quæ condita fertur
Petauium,& latis properantem cornibus Aenum
Exuperant,ſacriq; inuiſunt mœnia Lynzi.
Mox vbi nauifragi ſubter vada cæca Trudeli
Danubiana fremit nequicq; adeunda Charybdis,
Errantes vbi ſæpe rates abſorbet hiatus,
Interq; & cautes,& ſaxa ſonantia voluit.

Hinc Cremesum,& magnæ pallatia culta Vianæ
Prætereunt celeres,nec non antiqua superbi
Mœnia Claudonyi,Phlexiq;,& Amantina linquũt
Littora,Lussoniumq; ferax,& Iazigis oram,
Syluicolasq; alto trepidantes vertice Dacos
Videre,& Mysos,quis lac mulgetur equarum.
Iamq; Triballorum fines,iamq; arduus Hæmus
Visitur,& gelidi regio transcenditur Axij
Vsq; etiam Peucen,& qua septem ostia voluens
Præruptum in pelagus,vasto cum murmure fertur
Ister,& vndarũ trepidum subit agmine Pontum.
Adnantes fluuios adeunt,& nuntia portant
Verba,& solliciti mandato Numinis vrgent.
Principio ante omnes Perseæ cursibus vndæ
Conueniunt æquis,& Campidunius Iler
Deserit Algouios,genus insuperabile bello,
Diuitis hinc Vlmæ descendit Plauus ab oris,
Burgouiusq; altas infertur Gynsus ad vndas
Danubij,& de se dictam præterfluit vrbem.
Ramilachumq; rapax,longaq; in valle refusus
Præntius,& fœlix Laugeno Verghus alumno
Mos Eguæ,Zuzimiq; amnes,Vernessus ad alta
Spumeus euoluit Verdęæ mœnia cursum.
Infra autem strepitus velocis Smutteris ingens.
At leni contra descendere gurgite Egyssus
Auditur,planisq; Licum stupet accola ripis
Sic fluere,& rapido Nymphas vlulare sub amne.
Iam properat Suter,& Parrhi violentior Alueus
Arsacidesq; Ilmus,& tu quoq; turbidus vndis
Altinula,gelidas allaberis amne Chehelas.

Aniaduerte numerũ fluuiorũ, sexaginta em̃ recitant̃,ut Plinij opinio est.

Hunc & Abis Rhegusq; minax,& Nabus ab antro
Pinifero,mitisq; Laber,Iserisq; fluenta
Pone ruũt,nec Phylsa minor,quẽ Volphagus æquat.
Ripaq; nec cursus voluis Gyssæa minores
Vastior,at longas interluis Aenus Alpes
Labentemq; cies Boiorum a montibus Ilsum.
Rhennauiq; Auarum fluctus,Nymphæq; sorores
Crenyseæ properant,Gemundæisq; refusus
Traunus aquis,Inasusq; volat,dirimitq; potentes
Austriadum populos,dubiusq; binomine ripa
Laureaci,in vastum cursu deuoluitur Istrum,
Nec non Orcyniis Nendus de montibus ortus
Miratur,vitreum longe quanto impete fertur
Herlacium,quantasq; trahat celer Ipsyus vndas
Vtq; rapax simul a Styriis ruit Erlaphus antris
Venaq; Pylachij lenis,fontesq; Melyci
Nec placidis te campi vadis,nec Trasme silebo
Nec te,quod retinet regio prope Tullia nomen
Pone Vienna Deis nostris sacer,hoc quoq; montes
Oppidaq;,& priscæ gaudent cognomine syluæ
Piscosusq; Physa,& tranabilis vnda Sueci
Hinc Leyta Austriadum dirimit qui pannona terris
Marcomanumq; assurgit aquis,quibus altera ripa
Danubij increscit,Carnuntiq; astrepit vrbi
Cæruleusq; Arabon,Styriis de cautibus ora
Attollens,veteris disterminat arua coloni.
Nec piger it Granis,Boghusq;,sed amplior illo
Sarmaticis se mola iugis euoluit in Istrum
Mox Drauus impatiens vndarum examine vasto
Perstrepit,& spumans fluctu diuerberat astra

Pergere in aduersas vndas, nec parcere cursu.
Non secus oceano fertur Neptunus in amplo
Iratus, Pontumq; secat, cum littora torquet
Fluctibus, & late vicinas territat vrbes.
Interea fremit Ister aquis, vastumq; moueri
Aspiceres cumulum vndarum, contraq; sonantes
Irrumpunt fluctus, Montesq; feruntur arenæ,
Ipse super vehitur curru Deus, altaq; miscet
Aequora, & impellit molem, mugitq;, fremitq;
Horrendum, fluuiosq; iubet sua tollere cornua.
Inde acies turbatur equis, iamq; acta profundo
Hærent arma vado, iam pila natantia fas est
Cernere, & horrisono demergi corpora monstro.
Tunc rex extollens duplices ad sydera palmas.
Iuppiter omnipotens reges cui cura tuendi,
Si mortem oppetere, atq; anima diuellere corpus
Nos (ait) ordiris, melius precor astrue fatum.
O ter fœlices, quibus est occumbere bello
Concessum superis, supremaq; funera passi
Arma inter potuere mori. sic talia fantem
Obruit vndarum globus, & densata volumen
Ingens æquora agunt. tunc Iuppiter æthere summo
Despiciens, Irim propere Thaumantida misit,
Hæc addens. Istro qui iam tenet omnia fluctu,
Dic coeat ripis, proprioq; nec exeat Alueo,
Q; nisi paruerit, sumptis delabere pennis
Trinacrium ad littus, aulaq; arcesse Sicana
Vulcanum, vt flammis audacem torreat Istrum.
Dixerat. illa volans iuxta caput astitit amnis,
Atq; Iouis mandata refert, flammasq; minatur.

Tunc ſimul atq; alta Thaumantida ſenſit abunda
Danubij Numen, vectum ſuper æquora curru,
Palantes compeſcit aquas, omnesq; reſidunt
Numinis ad nutum fluctus, placata quieſcit
Vndarum rabies. veluti cum turbine denſo
Nigreſcit Pontus, ventorumq; agmine facto
Vis rapidas aperit Syrtes, atq; omnis ab imo
Pulſatur tellus, ſpumantq; ad littora fluctus.
At vero vt flantes linquunt freta cęrula Cauri
In ſeſe redit, & tumidas mare temperat iras.
Tunc Cæſar iam vincat ait, noſtroq; triumphet
Inuidia auſpicio, nunc cedimus, & fore tempus
Quo nos vera fides, ſeruataq; fœdera poſcent
Ire iterum in cędes, victosq; auferre periclo.
Sic fatus ſeſe paulatim gurgite ab alto
Subtrahit, & regem ſequitur ſic cętera pubes.
Interea Diana polo delapſa per auras
Danubium vrgebat dictis, fluuiosq; morantes
Maturare fugam, regemq; per aera Nymbo
Sublatũ, Auguſtam velox Dea vexit ad vrbem.
Inde Hylecrotem, Cynthi quæ ſola per vmbras
Secum venari, ſecumq; errare ſolebat
Fida comes, Roſcæ, mutato virginis ore
Ire in caſtra iubet, Langumq; affata potentem,
Cui rex diſcedens rerum conceſſit habenas,
Imperet armatas vrbem traducere turmas
Vindelicam. mœrens iam ſe Regina ferebat
In thalamum, belli rabiem & crudele querentem
Excidium populis, erat haud oblita ſuorum
Funera, nec poterat menti dare ſola quietem,

Sed longe ante alios Cæsar sibi charior omnes
Cordi erat,& Martis totam suspensa periclis
Ducebat noctem insomnem,dum coniugis illam
Cura subit,pugnæq; acris formido fatigat,
Ingressus tecta alta domus,sese obtulit vltro
Cæsar,& ancipitem Reginam his protinus ambit.
Cur mœsta es coniux? quæ te premit anxia cura?
Quin age & inceptos mecũ meditare triumphos,
Cum tu victa sacro Regina per oppida curru
Insubresq; tuos,Gallosq; vehere togatos.
His dictis,ingens vestis diffibulat aurum,
Denudatq; artus Reginæ,atq; oscula libat,
Et fouet amplexu,veluti cum Iuppiter almam
Dardaniæ excepit Iunonem in montibus Idæ.
Et iam clara dies transacta nocte rubebat
Lampade Phœbæa,bigisq; micantibus eos
Rettulerat miseris curas animantibus ægras.
Protinus armato procedit milite Cæsar.
Pryschauium inuasurus agrũ,quem fluctibus vrget
Hinc Rhenus,tumidoq; humectat spumeus alueo,
Hinc nigra prospectat patrio de nomine sylua.
Tunc subito aduentus dubias it rumor ad vrbes,
Nec quid agant gnaræ,secus haud cũ carbasa vento
Franguntur,fluctuq; graui ratis ipsa fatiscit
Concurrunt mœsti nautæ,votisq; fatigant
Numina,cum decimæ surgit fragor arduus vndæ.
Iam passim trepidare viri,pars turribus altis
Alpinas aptare sudes,casusq; molarum.
Iis formidando torquenda phalarica telo
Armatur diuersa locis,partem timor vrget

Secus accidit nã morte preuenta est.

Et Diuum auſpicia, atq; fides violata potentis
Arma ſequi Auſtriadæ, interea Offemburgia Cæſar
Arua petit, circumq; vrbis volet agmine muros.
Nulla mora, effuſi ciues, & tempora ramo
Palladio euincti, pacem veniamq; precantes
Recludunt vrbem, & regem intra mœnia ducunt.
His actis, rapidas Ophoburgia in arua phalanges
Educit, primoq; iubet petere ocyus vrbem
Legatos, ſecum breuibus mandata ferentes,
Vt ſeſe dedant ciues, portasq; recludant.
Sin aliter, bellum indicant, nec plura locutus
Circundat valloq; acies, & robore munit.
Iamq; Atlantiacas volucrem Pyroenta ſub vndas
Merſerat, & vultum detexerat oceano nox.
Tunc nigri diſcors imis Dea ſedibus orci,
Quæ ſecum e furiis vnam coniunxerat atris,
Vrbe furens tota, per nigra ſilentia noctis
Pugnandi rabiem, ſubitosq; in Marte furores
Effundit, tacitosq; efflantia pectora ſomnos
Excitat, inde abiens ciuesq;, vrbemq; reliquit
Irarum voluentem æſtus, paſſimq; videres
Arma vocare viros, crudo & ſe accingere Marti.
Dumq; huc, atq; illuc ſæuit furor, orta nitebat
Inducens Aurora diem, cum regis ad vrbem
Deueniunt Legati, & Serentanus vt aptum
(Hunc etenim exiguo fidentem corpore Cæſar
Diligit ante omnes, curasq; interuocat altas)
Affatu nouit tempus, ſic incipit ore.
Armipotens Cæſar magno de ſanguine cretus
Auſtriadum, iuſſit nos hæc mandata ferentes,

Pro re pauca loqui, vult ergo atq; imperat, omnes
Vt sese dedant ciues, portasq; recludant.
Sin aliter, bellum præsens indicimus vrbi,
At vos auxilij patriæ, nunc rebus egentes,
Consulite in dubiis. breuiter sic talia coram
Effatus, tacuit. tunc passim murmura vulgo
Exorta, vt primũ parua exalbescere Pontus
Tempestate parat, notus æquora subter anhelans
Euolat inter saxa, imisq; remugit in antris,
Vixq; refert tacitum per littora curua fragorem.
Tunc discordis Abas excitus Numinis ira,
Pergite, & hæc vestro regi mandata referte,
Vrbem si cupiet dedi, portasq; recludi,
Non verbis sed Marte petat, bellumq; volentes
Expectamus ait, sic fatus, lapsa per omnes
Voxq;, furorq; simul, strepitusq; alta atria clamant.
Nec mora discedunt Legati, & sæua reportant
Responsa ad regem, remq; omnẽ ex ordine pandunt.
Ilicet armisono strepuerunt cornua cantu,
Nunc huc nunc illuc cursatur, Cæsar ad arma
Prosilit, & solus cunctis spectatur, & ardent
Illius ante oculos alacres occumbere campis.
Non secus ad ripas Hebri, aut Oeagria rura
Aeripedes Mars flectit equos & turbine fertur.
Aclides hic aptat duros, temone Cateias,
Iungit hic Hercynio, pars tela trabalia vibrat,
Ardentem interea in muralem lampada portam
Rex iacit, & calido iam strident cardine postes.
Tunc Gabretæis quassantur tympana truncis,
Itq; fragor cœlo, veluti cum Phlegra Gygantes

307

Protulit,& montes in montibus,ardua ſaxis
Saxa ſuper poſuere,Deosq; egere pauentes.
Iamq; propinquabant muris,Caſymirus Halarco
Quadrupedante furit,iaculisq; armatus acernis,
Corpora ſubnixus pedibus,ferit obuia muris.
Hericum Brūſuyceñ. intelligit. Parte alia cætratus adeſt Hericonius heros,
Nodoſaq; ruit condenſa in præli a quercu
Hærent parietibus,pellunt,pelluntur & ipſi
Turbine ſaxorum,atq; animas efflare ſub armis,
Hæc laus,hoc decus eſt,atq; indefeſſa cupido
His inferre iugum,his ſe libertate tueri.
At rex hortari,pugnæq; accendere pubem
Dulcibus alloquiis,animæ o fœlicibus inquit,
Natæ aſtris,Martisq; genus,date tela per hoſtes,
Ferte facem,& ſulfureo iam fulmine portas
Vrite,nec victo pręformidetur ab hoſte,
Dixerat.Aeripedem voluens,duo ſpicula torquet
Horrendum in poſtes,gemuerunt æra ſub ictu,
Et moto tremuit nutans arx ipſa profundo,
Tunc velut Aſtræi prorumpunt carcere venti
Aeolio,& timido colliditur Adria fluctu.
Procurſum in cędem,fortes ingentia voluunt
Saxa viri,& iactis defendunt mœnia flammis,
Franguntur ſcalæ,ſubeuntesq; atterit ictus
Annoſæ de mole trabis,tragulisq; Sueuus
Fertur humi miles,propius duo fulmina belli
Et Brunſuychides,& longe animoſior illo
Magnę laudes Langi. Irruit in cędem Langus,quem candida mater
Extulit in lucem magnarum ad culmina rerum,
Hunc pietas & cana fides,mensq; ardua magno

Aequabit cœlo,& Latium mirabitur vni
Ius belli,pacisq; datum,quantumq; pauoris
Incutiet populis,cum se Germanicus ensis
In Venetos effundet agros,gentemq; togatam
Transferet imperio,debellabitq; superbos
Littoris Euganei,iunctosq; in fœdere Gallos,
Tempestas eadem bellorum,& Cæsaris arma
Inuadent,magnasq; ruent(sic auguror)vrbes.
Hic ergo intrepidus telo,facibusq; sub æreis
Assultat portis,perfractoq; obiice,in ipsum
Erumpens aditum,framea retro vrget acuta
Effusum vulgus,matrum ferit aera clamor.
At rex vt postes,patefactaq; limina vidit,
Non secus ac segetes Boreas agit,& sibi cedit
Propulsata ceres,latosq; volumine campos
Immenso quatit,& timidis rapit arua colonis,
Sic pugna furit Austriades,sic ingruit vrbi
Sternens cuncta solo,Thaumantisq; aclide pectus
Transadigit,Pyrnũq; Getam,Pheronemq;,Labũq;,
Clauigerumq; Gyan mersit stygialibus vndis.
Dumq; horrescit ouans,cunctis pauor,aduolat ipsa
Arce globus iuuenum,veluti cum fluctus ab alto
Euulsam Calpin,Balearicaq; æquora frangit.
Diua adsis,seu Phocaicas tua plectra per vrbes,
Seu ripæ ad sacram resonant Holmæidos vndam,
Bella,virosq; refer quibus astris gloria sese
Cæsaris extollit,venturoq; orbe propagat.
Iamq; aderat pilata manus,regemq; requirunt,
Perlustrãtq; oculis,globeisq; nunc molibus vrgent,
Nunc frameis acres,telisq; minantibus instant.

Hos inter iuuenis quo non præstantior alter
Arctois fuit in terris, nec fortior armis
Clarus stirpe patrum, nomen fuit Oebalus olli,
Quis vigor, & Martis pugnandique emicat ardor,
Hic ergo immensis feriens clamoribus auras,
Huc huc arma viri, telis terite obuia tela
Ignaua contorta manu. sic fatus, in hostes
Prorumpit medios, nunc magno turbine glandes
Torquere aduersum ingentes, nunc pellere gentẽ
Austriadam, magnosque duces, cum Cæsar ab alto
Et fugere, & capta Tyrolæos vidit ab vrbe
Retro ferre pedes, & desperare triumphum.
Tunc Hyrcana velut viduo furit vbere tygris
Montibus, & magno lustrat nemus omne fragore,
Haud secus ense ferox excussa per agmina fertur
Purpuream ostentans aciem, rorantiaque arma
Sanguine cæsorum, nunc hos nunc increpat illos,
Heu pudor exclamat, vecorsque in pectore virtus,
Ite o Germanæ germani haud amplius, ite
Atque mihi hunc Martem, pugnamque relinquite soli.
Sic ait, & sæui media in discrimina belli
Euolat, arcentesque arcet, frenatque ruentes.
Parte alia intrepidus pugnans Hericonius heros
Agmina dispulerat, ciuesque, vrbemque sonoro
Terruerant horrore tubæ, tunc Oebalus armis
Et facie insignis, qualem gerit æmula Phæbe
Cum puer æstiua lasciuit Latmius vmbra.
Inuadit regem, & sublata missile dextra
Intorquet telum, raptum per inane quod altum
Sibilat, & conum regis transuerberat aureum.

Haud mora cornipedis magno furit impete in hostē
Cæsar, & autorem furibundo prouocat ore.
Quo fugis en adsum, decus est & gloria forti
Marte viro oppetere, atq; animā perflare sub armis.
Sic fantem fugit ille, & sese subtrahit hosti.
Rex instat tamen, & iam iam prensare videtur.
Cum subito vacuas velox delapsus in auras
Decipit, hostilem dextram & se cursibus aufert.
Sic & in Hercynia capreæ fugere Laconos,
Aut cum dulcisoni per littora curua Cayci
Ipsa Iouis querulos ales dispellit olores.
Iamq; propinquabant prato quod plurima circum
Rupes (mirandum est) tophis pendentibus ambit,
Vna via est aditus cunctis, eademq; regressus,
Nec nisi sese vno diffindit tramite circus
Naturæ cœlestis opus, mediumq; pererrat
Algidus exesis descendens cautibus amnis,
Illuc conuenere prior rex, eya age postq;
Sors tulit huc ambos, namq; o fortissima proles
Mirabar quæ tu ense ferox in Marte gerebas,
Qua patria, quibus altus auis? dic oro. loquentem
Excipit ille, genusq; suum, patriamq; recenset.
Qua lata Ogygij tolluntur mœnia Tulli,
Belgarum armigeris olim possessa colonis,
Quos & posteritas Lothoringos nomine dixit.
Antiquis sum clarus auis, qui ab origine prisca
Sparta huc exilio pulsi venere relicta,
Vnde mihi nomen, verū quo tempore, ferro
Italiam armipotens Byorex inuasit & igne.
Hic sibi fœmineam Cymbra de coniuge prolem

Ficta loci descriptio.

Alludit ad nomē. nam Oebalꝰ spartę rex fuit.

309

Subſtulit,& noſtris cum forte appelleret oris
Hanc ægram patriæ,& charis cõmendat amicis,
Quæ poſtq; Mario ceſſit victoria belli
Infandamq; patris mortem,fatumq; ſuorum
Audiit,Oebalio coniuncta eſt nubilis Othri,
Vnde genus,ſtirpẽq; traho,neq; em̃ ordine priſcos
Fabor auos,de me breuibus ſic accipe Cæſar.
Vt ſæuis genitor puerum diuelleret armis
(Horrida nam Druydum bello me oracla ferebant
Olim occaſurum)ſyluis me condidit altis
Atq; arcus,pharetrasq; dedit,veſtemq; virilem
Exuit,atq; inter Nymphas errare ſolebam,
Nec non barbarico teneras mihi tegmine ſuras
Arctabam,crinesq; dabam diffundier aura,
Hinc Nymphæ potius q̃ vir credebar,& annos
Bis ſeptem in ſyluis luſtrans nemora alta peregi,
Interea ex Nymphis pulcherrima Lyriopæa
(Solus enim ſecum viuo me in flumine laui)
Ardet amans,noſtrosq; oculos ſibi geſtit apiſci
Vnde faces iactabat amor,quid plurima fando
Cõmemorem? vt primum Veneris data copia nobis,
Pergimus in ſyluas fidoq; coimus in antro.
Tunc ſimul ac vigiles Nympharũ venit ad aures
Noſtri fama doli,latebræq;,& dulcia furta.
(Namq; vterũ heu miſeræ tumidũ detexerat error)
Hanc Dryades quærunt,& Oreades,atq; Napęæ
Exitio,& longe iam conclamata per vmbras
Lyriopæa amnes,& Lyriopæa cauernæ,
Saxoſusq; veni mons Lyriopæa ſonabat.
Quæ ſubito vt ſenſit ſe quæri,lumina tollens

Ad ſuperos, tales effudit pectore voces.
Promerui mutate precor me in ſaxa, meumq;
Infandum caput, aut flagranti fulmine ad vmbras
Ipſe adigat pater, & ſic fata replebat obortis
Illa ſinũ lachrymis, quid em̃ pudor imperat? ægram
Mœrens ſola animam q̃ primũ effundere in auras
Et cupit & tædet, dubioq; in fine moratur.
Tunc ſubito (infandũ dictu, ac mirabile monſtrum)
In latices abiere pedes, & candida in vndam
Vertuntur crura, in limum ceu vertice crines
Extiterant abeunt, ſummoq; in gurgite pendent,
Vena fit ex oculis, fletusq; immurmurat imo
Vnde etiam ſcabro gelidus fons manat ab antro,
Ilicet vt caſum audiui, compendia luſtro,
Arripioq; fugam, patriamq;, patremq; reuiſo
Calcantem, & lætus per auitos deferor agros.
Hic Nympham exutus cingor fulgentibus armis.
Verum auidum belli, genitor me ſæpius ortis
Detinuit lachrymis, tandem ſic fata trahebant,
Vt vidit non poſſe animum retinere furentem,
His compellauit lachrymans me vocibus vltro.
O mihi ſi primos annos, quibus ipſe recordor
Hercynio pugnaſſe iugo cum Prothea magnum
Strauí, cum centum iam cæſo, armenta per vmbras
Setigerosq; ſues, & ouilia victor abegi,
Præberent ſuperi, nunq; iſta pericula ſolus
Suſciperes dilecte puer, nunc denegat ætas,
Heu tecum me poſſe mori, miſerere parentum
Reſpiceq; ante tuam morientem limina matrem.
Quo ruis? Ha ſaltem placeat me condere in vrna

Ante fugam, aut artus flammis adolere supremis,
O spes occiduæ multum expectata senectæ
Men linquis? per ego has lachrymas, & casta parẽtis
Viscera, perq; istos circum mea tempora canos
Obtestor nunc necte moram, nec Cæsaris arma
Tenta, dura precor, sed & hanc mihi transige vitam,
Dixit, & amplexũ ingeminat, tremebundaq; figit
Oscula, & ex animis collo suspensus inhæret.
Tunc velut indomiti excutiunt insueta iuuenci
Pondera, vel Libycæ Garamantum vincla Leænæ
Effugi, hanc q; auidus pugnæ, me contuli in vrbẽ.

Figmẽtum de Venere, & Diana ut Cęsaris animũ integerrimũ, castũq; significet.

Talia dum memorat Venus alto, & Delia olympo
Diuersis coiere locis. Cypris alma Cytheris
Et Papho, hæc sacra discesserat hospita Delo.
Tunc Diana prior, veræ iactantia laudis
Aucta tibi Cytheræa dolis, si fœmina victa est
Inter Amadryadas longe mihi charior omnes
Lyriopæa tuis, hausitq; miserrima flammas
Cum mea me Delos venantem sacra teneret.
Et pœnas sumpsisse parum est, quin agmen amorũ
Cypri vehis tecum, & sæuis armata sagittis
Bella paras, iterumq; oblita sub Ilio alto
Tytidæ vulnus molli mauortia vibras
Arma manu, non sic furiis obnoxius istis
Cæsar erit, ne necte dolos. Sic talia contra
Orsa Venus, quid nostra ferox tibi dulcia quondã
Obiurgas tela? & nobis magni obiicis arma
Tytidæ, scis te demens per saxa ferarum
Latmia Mæandrum, Cydrelæumq; Myunta,
Cum nostris, tantum gemeres iam saucia curis

Errasse, & dulcem frustra Endymiona vocantem,
Auxilium petiisse meum, nunc Delia fastu.
Nescio quo tumida es, partesq; secuta potentis
Cæsaris, armisonam contra fera iurgia iactas
Pallada mortalem, quæ olim Natabus es ausa
Et menti præferre Iouis, iam nulla Deorum
(Pro scelus) astrifero regnat sapientia cœlo,
Namq; tuo superata Ioue est, mortalibus vllis
Ne dum præponis magnũ & memorabile pectus
Austriadæ, At nostrum non sic, & Numen, & arcus
Nequicq; Paphij, flammæq; cupidinis ibunt.
Talia subridens olli Venus alma locuta est.
Interea Austriades paucis affatus, ad arma
Prosilit, & rapidos metitur in æquore cursus.
At contra belli cupidus non segnior ibat
Oebalus, & lato sæuit vis Martia campo,
Ensem alter vibrat, claua furit alter acerna,
Aureaq; ambobus sublimi in vertice fulget
Cassida, & horrentes diffundit in aera Cristas,
Tunc velut excussa terris cum nube corusca
Fulmina bina ruunt, volat æthere Iuppiter atro.
Ambo acres animis, armis fulgentibus ambo
Insignes ineunt pugnam, ardentesq; duello
Ingeminant ictus, quibus alta cacumina rupes,
Saxaq;, & exesæ longe sonuere cauernæ,
Oebalus aduersum putri rotat æquore loro
Puluerulentus equum, regemq; inuadit, & inquit.
Quo fugies? nunq; hæc te nostris subtrahet armis
Sæua dies rex, extremo tibi debita fato.
Sic ait, & rigido squallentibus ære lacertis

311

Tela vibrat,regemq; vrgens,inſtatq; premitq;
Impatiens,pugnaq; minax ſecat aera trunco,
Nunc pectus,nunc ora ferit,nunc pondere vaſto
Regem abigit,vires olli Venus alma miniſtrat.
At Cæſar veluti Getulas arma Leænas
Principio vitare ferunt,& temnere fraudem
Hoſtilem,at poſtq; violentior ingruit haſtis
Venator,ſuluasq; iubas,& colla ſub auram
Tollere,& immenſo deferri in tela furore,
Conceptã agglomerat rabiem,nec fundit habenas.
Rex primo irarum,ſed poſtq; audacia cernit
Vulnera,tunc auidus certandi increbruit ardor,
Et ruit in pugnam,& violenta perfremit ira.
Ac iuuenẽ aggreſſus,qua caſſida lubricus anguis
Implicat,& circum tortus caua tempora ſerpit,
Enſem agit indignans,perge,& Calcanta reuiſe
Nunc ait.infœlix,quantum o meliora ſecutus
Auſpicia in ſyluis,dixit.vulnusq; profundum
Emicat,exanguisq; ater cruor inficit ora.
Tunc Venus armatũ contra ſtruit agmen Amor,
Ipſa autem niueos per inane impellit olores,
Et ridens certamen init,ceſtiq; reflexo
Aurea carbaſeos nodo ſubſtringit amictus,
Et telum vibrat,quo cœlum,hominesq;,feræq;
Squamigerumq; genus ſub aquis,pictæq; volucres
Inflammas,& in arma ruunt,penitusq; ſub hauſtis
Vulnus alunt venis,cæcoq; vruntur ab igne.
Vtq; Deum agnouit,veniam præfatus,in illum
Effurit Auſtriades,molleisq; repercutit ictus.
Nec mora circumſtant Natorum armata ſagittis

Turba ingens, verruntq; alis ſtridentibus auram,
Iniiciuntq; faces, & in intima pectora condunt.
Arma ſonant regis, Paphio tona tæreus vmbo
Turbine, nec tanto potis eſt ſe Marte tueri.
Protinus indignans contra ſe Delia pugnæ
Expedit, hic tuus eſt nequicq; inuentus Adonis
O Cytherea inquit, gelidi & Symoentis ad vndam,
Nec Phrygium roſeis Heroa amplecteris vlnis.
Sic ait, & velox in Cyprida torquet Hiulcum
Telum vaſtum, ingens, & inexuperabile pondus.
Illa inſtructa dolis rapidum ſubterfugit ictum
Atq; fugam meditantem, & telo preſſat inanem.
Exclamat Cæſar non ſic impune, per vmbras
Ceu fugit ex oculis canis vmber, & inter anhelans
Agmina ceruorum ſæuit, glomeratacq; morſu
Diſſipat, extemplo per cœtum inuectus Amorum.
Sic furit Auſtriades, victorq; immania tela
Vibrat, & Idaliæ diſtringit ſæua mamilla
Vulnera ſub niuea, ſciſſus fluit æquore ceſtus,
Dulceq; purpureo manat pro ſanguine nectar.
Vt Venus infectam grandi ſe vulnere vidit,
Agmina Natorum vocat, & ſublata remittit
In Paphon, ipſa abiit cœlum ſublimis in altum,
Inq; ſinũ lachrymans magni eſt conqueſta parẽtis,
Quam ſic omnipotens ſolatur Iuppiter ægram.
Perfer ait, toleraq; graueis mea Nata dolores
Fata vrgent, ſuperantq; Deos, & voluere parcas
Omnia, ſic placitũ. belli Mars arbiter olim
Paſſus Aloidas fortiſſima corpora fratres
Vincula moliri, & forſan periiſſet in illis

Ad naturã amoris non ad cęſarẽ reſpiciẽdũ eſt.

Nota figmẽtum. nã nobis cauẽdũ eſt, ne appetitus telum nobis accipiat. i. rationem. nã cũ ſemel admittũ perpetuo uincimur, niſi Cæſar auxilieẽ, id eſt Deus.

hic antiquorum opinionem de fatis ſequitũ, alibi Deo omnia tribuit.

342

Hunc nisi Maiugenæ tollendum Eribæa dedisset
Mercurio, qui clam (nãq; is Deus est quoq; pollens
Præstigij) vacuo mauortem exemit ab ære.
Vulnere quin etiam Alcidæ Saturnia Iuno
Percussa indoluit, stygium quid in arma furentem
Plutonem memorem? qui telo saucius illo est.
Dixerat, & Natæ cruciatus fouit acerbos.
Hercynidum interea Nympharũ turba per auras
Dianam exportant, roseaq; in valle recondunt.
Cæsar adhuc feruens pugna, & præturbidus æstu
Martis, ad exanguem iam iam volat Oebalon, ille
Perdiderat grandi confectas vulnere vires,
Et caput in teneros moriens deflexerat harmos.
Vtq; solent crebra iam proni grandine flores
Præ tenera languere coma, vel lata per arua
Procidere occiduo Lethæa papauera collo,
Ille tamen cubito innixus, fœdosq; cruore
Attollens vultus, & pallida morte futura
Lumina, sic regem supplex affatur ouantem.
Vicisti tandem, lætorq; hoc vulnere Cæsar
Effudisse animam, nec digni or exitus vlla
Morte parandus erat, sed postq; frigore membra
Soluentur, precor adde rogo ne præda ferarum
Fiant, aut putres iaceant in operta per agros.
Præterea si vnq; patrios inuisere fines,
Et calcanta senem dabitur, mœstamq; parentem
(Magnanimi patris pietas tibi si qua remansit)
Egregiam mortem & casus solabere nostros.
Dixit, & infernas anima est delapsa sub vmbras.
Interea captam victor volat ense per vrbem

Cæsareus miles, sternit cuncta igne, manuq;
Hostili, clamorq; virum, clangorq; tubarum
Tympanaq;, & rudibus resonabant æra flagellis.
Nil sparsum cædi, tolluntur in æthera voces,
Horridaq; immensos expandunt arma furores.
Dumq; interfuso saciatur sanguine miles,
Cæsar adest insignis æquo, costoq; superbit
Idalio, rigidis præreptaq; cingula bullis
Gestat ouans, gentis casum miseratus, & vrbem.
Demulcet dictis animos, & temperat arma,
Non aliter venti diuerso ex orbe profecti
Bella gerunt, trepidoq; Illisa tonitrua mundo
Fulmineum extollunt impacta nube fragorem,
Sicanio at postq; profert caput Aeolus antro
Seditione vacant, & bella incepta relinquunt
Iratiq; fremunt vecte, & duro obice clausi
Atria concutiunt resonantibus ardua saxis.
Sic Cæsar, sic miles erat, sic Martius horror
Placatur, iam cuncta fide capit inde sequestra.
Protinus armato procedit milite Cæsar
Corpus ad Oebalium, circumq; exercitus omnis
Funditur, & flauos miratur puluere crines,
Oraq; iam nigro fœdataq; membra cruore,
Nec mora sublatis cadit icta securibus Ilex,
Mortiferæ taxi, & coniferæ cypariſſi
Procumbunt flammarũ vsu, rogus ilico in auram
Tollitur, atq; ingens lignorum increscit aceruus.
Interea corpus fœdatum in flumine viuo
Abluitur, totosq; oleum perfunditur artus.
Imponuntq; pyræ ramo frondente cupressi.

Irrorat cunctos, plenaq; incumbit acerra
Ladus, & armato Cæsar ter milite lustrat
Congeriem, ter defletos iam voce supræma,
Oebalios Manes iterumq;, iterumq; vocauit,
Aeternumq; vale dixit, iamq; ignibus atris
In cineres abiere artus, quos protinus aureo
Imposuere tubo, fractisq; a culmine saxis
Instituunt versu factum monstrante sepulcrum.

FINIS.

LIBRI QVINTI ARGVMENTVM.

Quintus continet gesta Alberti ducis, & primo eius orationem ad milites, inde Landouij obsidionem, cui Georgius Rosoburgus pro palatinis præerat. quod cum tueri non posset noctu fugam arripuit, non citra militum Alberti suspitiõem. Inde frustra ab Albertinis Neoburgum obsessum, missosq; ad oppidum oratores Polydamantisq; seditionem. eiusdemq; superbam orationem, quædamq; & præsagia, & uaticinia futurarum cladum. Interea Phalsgraphidæ Draunam aggrediuntur. diuq; cum pugnatum fuisset, oppido potiuntur. Hoc Cæsar cum accepisset ueritus, ne Alberti exercitũ quoq; inuaderẽt, subsidio uenit. eiusq; consilium circa rem bellicã describitur. At Pallas nuntiat Roberto coniunctas acies esse, & futuram pugnam. Interea Vcalegos explorator capitur, qui Cæsari ex summo montis iugo Roberti Phalanges enumerat, & per occasiõem hanc Cathalogus, quem consulto prætermiserat, describitur. Sequitur pugna atrox, non solum hominum, sed etiam Dearum. Nam dum Cæsar, ac Robertus duello certant Palladis et Dianæ certamen ingens recitatur. vulneratur Pallas a Cæsare, sed a Mercurio dirimunt. In fine Polydamantis subsidium, & mors, & Roberti non sine laude ex pugna discessus, quo Poeta eius futurã mortem significauit.

AVSTRIADOS LIBER V.

Oluerat Arctoo meritas in littore Cæsar
Exequas tumulo, dederatq; nouissia ỷba,
Cum subito totũ percurrit nũtia Rhenũ

Fama mali, rectique loquax, vt vicerit armis
Indomitum genus, atque Othobergi strauerit arcem.
Te quoque dux Badæ montes, & saxa Gerunthi
Aiebat superasse, atque inuidiosa Tyranni
Præsidia, ipsis & mortalibus & sacris Diis.
Tunc subito riguere animi, timor omnibus idem
Ne circum streperent regalia cornua muros.
Nec mora deduntur cuncti, poscuntque sub altis
Cæsaris inniti fœlices fascibus vrbes.
Interea vndisonũ dum trans parat agmine Rhenũ
Deuecto Helsaciam, & rapti confinia regni
Irruere, armipotens per Norica rura quiescit
Nequicq; Albertus, varias sed ab arce phalanges
Munychia educit, telisque armata iuuentus
Intexto squallere auro, duroque orichalco
Cernitur, argentumque nitet, pallensque electrum
Vndique, & Aeripedes phaleris gẽmantibus ardent.
Quæque armis via fœta est, vt varia agmina magnũ
Compleuere forum, princeps sic aggere ab alto
Incipit Albertus, gratoque hæc ore profatur.
Hactenus o socij conabar meque, meumque
Conseruare genus vobis, neu bella per arua
Norica feruerent odiis exorsa prophanis,
Vos testes duco, multos optata per annos
Pax fuit, & nullis audita est Buccina campis,
Vndique pendebant nigra rubigine & æuo
Consumpti chalybes, at nunc horrentia nobis
Instant bella viri, iustam dinoscite causam,
Iam vestros prædantur agros, iam funditus vrbes
Diruere incipiunt hostes, contraque feruntur

Securos patriæ.quare quod cernitis ipse
(Testor quæ norunt bellandi Numina causas)
Obiiciam caput,vt vestris a mœnibus absit
Quæ se Boiugenas expandit flamma per vrbes.
Addo q̃ & Cæsar referens victricia signa,
Arguit abiectos animos,Martemq̃ mouere
Nos iubet,atq̃ armis ablata reposcere regna.
Parte alia Obnobiis deductũ e montibus agmen,
Vrget Langraphius,Virthymberzentius heros
(Vt fas est)ad bella volat.quid Norica castra?
Excitũq̃ hoc Marte genus?iam scim us vt altis
Prorruat in pugnam commota Sueuia lucis,
Nos solum ignaui iusto sine Marte fruemur
Hac aura?aut nulla pensabimus ocia laude.
Quod petimus nostrũ est, propriũ nisi fallor,habẽdi.
Dij causa certare iubent,& Iuppiter æquus
Inceptis aderit,fundetq̃ in pectora vires.
Vos modo confirmate animos,magnumq̃ parate
Pugnandi robur,dextrasq̃ assuescite Marti.
Nosco animos,vultusq̃ truces,nosco ora triumphis
Digna virum,& belli facile victura labores.
Nec vos prætereat quæcunq̃ pericula nobis
Sors dabit,experiar primus,nec plura locuto
Assensere omnes,& resplendentia tollunt
Pila viri,circunq̃ fremunt,& castra moueri
Q̃ primum vellent,teloq̃ occurrere telis.
At dux sat belli gnarus,Martisq̃ futuri
Tercentum exarmat currus,& ab arce ruentes
Munychia spectant matres,nuptæq̃ puellæ
Mœnibus ex altis,atq̃ amnica murmurat vnda

Vocibus,& vulgi votis obtunditur aer.
Itur Landauum,cuius ſtant mœnia ripæ
Alta Iſerís,celſæ tolluntur ad æthera turres.
Huic equitũ,peditumq; manu,Rhodomontius vrbi
Gorgias præerat,duruſq;,feroxq; ſub armis
Tormentis,foſſiſq;,atq; altis molibus vrbem
Cinxerat,vtq; tubas ſenſit,crepitantiaq; æra
Quemq; ſuo iubet eſſe loco,& propellere primos
Aggreſſus belli,primiſq; obſtare periclis.
Hic laus,hic labor eſt nullo delebilis æuo.
Talia dum memorat,campo ſe exercitus omnis
Fuderat,& muros equitum iam cinxerat alis.
Cætera pars lato figit munimina campo.
Interea alpinis Phœbo,de montibus vmbræ
Occiduo ſubeunt,& ſydera cepta videri.
Tunc ſeſe peditesq;,equiteſq; in caſtra reducunt,
Atq; mero indulgent,& ſomno corpora curant.
Et iam tranſierat reuolutæ Buccina noctis
Tertia,tum ſubito Albertus,Caſymirus & heros
Zornyus euentum belli,caſuſq; futuros
Secum agitant,alto tandem cum craſtinus ortus
Fulſerit, oceano latos placet vndiq; muros
Cingere tormentis,portaſq; inuadere flammis.
Dum belli heroas ſic cura agit,aurea vultus
Erexit Croceos aurora,diemq; reuexit.
Inuadunt vrbem,tormentaq; curribus altis
Imponunt,omneſq; volant ad mœnia turmæ.
Pars facibus ruit ad portas,pars mœnia acernis
Subſiliunt ſcalis,tonitrus pars excitat æreos.
Et muros quatit,& turres,& templa Deorum

Georgium Kothoberg intelligit.

Gorgias contra intrepidus, dextraq;, animoq;
Decertare pari, nec non sic cætera pubes
Suscipere ingentes ausus, murosq; tueri
Horrendasq; trabes, lapidumq; ingentia voluunt
Pondera, nec locus est qui tempestate furentis
Mauortis careat, conuexa irrumpit olympi
Pugnantum clamor, fremitus, clangorq; tubarum
Et longum, & vastum tonat ærea machina belli,
Condensoq; diem fumo, & caligine cœlum
Obnubit, fieriq; Chaos, noctemq; putares.
Pars muri iam strata solo est, aditusq; patescit
Hostibus, & Ponto nisi se mersisset Ibero
Cynthius, hæc belli lux iam supræma fuisset,
Sic vtrinq; animis lassatus pugna dirempta est.
Dux ipse interea multos horrentia clausit
Arma dies, tantum ne quisq; exiret ab vrbe
Sollicitus, cœli nutus, & sydera seruat
Dextera, tunc vetitos sibi promissura triumphos,
Vt tempus venisse ratus, tunc imperat omnes
Venturo capere arma die, & tormenta parari
Ladouij excidio, quod cum venisset ad aures
Gorgiæ, subito fugiendi cepit ab vrbe
Consilium, cum nigra polum discluderet vmbra,
Et præmeret placidus mortalia pectora somnus,
Et iam vix cœlo tollebat cornua Phœbe,
Atq; incerta viæ mortalibus astra micabant,
Ductor Phalsgraphides, secũq; animosa iuuentus
Semirutas moles murorum, vrbemq; relinquunt,
Pergentes tacitæ per nigra silentia noctis,
Atq; ita per medias acies, perq; obruta somno

Corpora,& armatas tuti euasere phalanges,
Incertum ne dolo vigilum,an sic fata trahebant
Incolumes,ergo cum primũ abiisse relatum est
Phalsgraphidas,vastamq; vrbem,murosq; iacentes
Deseruisse,fugam strepitum ꝫ audisse virorum
Vt nullum inuenit,dux Boius æstuat ira,
Hinc tales tumido depromens pectore voces.
Nusq; tuta fides,captum,atq; in vincla coactum
Permissum est inquit,non ignorantibus hostem
Elabi a vobis,commissa nefarius ille
Non luit,& sacra ceu victima fugit ab ara
Martius,his dictis,Neoburgi ad mœnia ductor,
Dirigere hostiles turmas,aciemq; parabat.
Sed primum tentare fidem,& mollire precando
Constituit ciues,tunc Lynzius Astur,& acris
Hyphiades,quibus hanc dux curã iniũxerat,ambo
Hostilem adproperant excelsis mœnibus vrbem,
Mirantur qui gentis honos,quæ fortia bello
Pectora,qui vultus vigeant,Martisq; cupido,
Dum lustrant vrbisq; minas,surgentiaq; astris
Culmina murorum,tractasq; in nubila turres,
Concilium,ciuesq; vocant,& stante senatu
Incipit Hyphiades,& talibus orsa capessit.
Aduentus nostri fuerit quæ causa,videtis
Egregij ciues,furor vndiq;,& vndiq; bellum
Exoritur,tanti quis non primordia Martis
Nouit? & exertum coniuncta in viscera ferrum?
Dij tantum prohibete nefas.ne sanguine ab vno
Danubij fluctus,Iseræaq; ferueat vnda,
Non equidẽ ignari gens quantũ exasperet armis

Norica,quæ rabiem nescit componere belli.
Quare agite o ciues dextram coniungite dextræ,
Albertumq; vocate,atq; intra mœnia læti
Excipite,æterni sint nobis Numina testes
Q; cupit hos meritis muros ornare triumphis
Dux noster,Boiisq; magis colere omnibus vrbem.
Boiugenas,reget hic populos,sedemq; locabit
Perpetuam regno,pacemq;,& fœdera iunget
Auspiciis diuum,lateq; superba Trophæis
Vsa diu vetitis,gens nostro Marte subacta
Vltro præbebit timidas in vincula palmas.
Victor adest Cæsar,qui Boica ad oppida tendit
Cognatas aucturus opes,iamq; innatat Istrum
Huc flammatus eques,deuictoq; agmina Rheno
Diriget in vestros fines,& strage replebit
Cuncta hoim. Quid Marte truci,dextraq; potentem
Langraphiũ memorem? Euanthis furit Hassia secũ
Littoreq; armantur mauortia castra Salæo
Parte alia bellum Virtymberzentius heros
Mouit,& horrisonis populat trepidantia turmis
Regna Palatini,& iam sic Deus annuit alto,
Desperata salus populis,dominoq; Philippo
Depressit fortuna caput,quid prorogat vltra
Inuidiam? regni motus,venturaq; Boiis
Excidia,& magni vires fractura Roberti?
An solum Albicolis tutari sceptra Boemis
Quamq; se totis,fundant Hermundura regna
Viribus,& nostri spretor Multauia ritus
Effera calcatis huc transferat agmina ripis,
Credet?& in tuto spem ponere? proh inscia veri

Auerso mens acta deo, tantumne feretis
Exitium ciues? supræma ne funera passi
Cernetis dira consumi mœnia flamma?
Dixit, & orandi facto sic fine quieuit.
Stabant ancipites cuncti, cuneosq; per omnes
Fluctuat huc illuc plebes, & nescia certi
Iam quid agat, dubiasq; tenet sententia mentes.
Tandem Polydamas, quo non furiosior alter,
Induit arma minax, sese titubante senatu
Coniicit in medium, rupitq; silentia vulgi
Fatorum ignarus, violentoq; ore profatur.

Per Polydamanta seditiosum quēq; intelligit, & rōni minus parentē

Quod scelus o ciues, vano cur victa timore
Pectora vestra labant? quæ tanti causa pauoris?
Pro re pauca loquar, neq; enim facundia nobis
Quærendi causas, vter hoc sibi iustius armis
Vendicet imperium, diriment has prælia iites,
Ensis erit iudex, non magni Cæsaris ardor,
Nec quæ Munychia properant ex arce phalanges
Impune ad nostros conuertent agmina muros,
Dedant se Helsacij, pictisq; armata Couinis
Belgarum soboles, viuant, auraq; fruantur
Indecores animæ, quibus est interrita virtus
Semper amant cum laude mori, fatumq; pacisci.
Forsitan externo cariturum Marte Robertum
Creditis? & solo committere regna Boemo.
Quicquid multifido mundi spectatur ab Istro
Quiq; Borystenidas rupes, Mœotia quiq;
Littora circū habitant, Tanaisq; in flumine potant,
Qui nostras dirimit terras, Asiamq; rescindit
Europa, & nostro præbet confinia mundo,

Ad tantos venient motus, properabis ab altis
Rypheis Rhoxane iugis, tinctisq; veneno
Sarmata Amaxobios duces in castra sagittis,
Qua vastis fluit Indus aquis, contraq; renitens
Ganges aduersum cursu delabitur Eurum.
Descendent ad bella viri, totamq; ciemus
Assyriam, claramq; Nin on cernetis eoum
Auxilio rigidos Acesinem impellere Mallos.
Orbis erit noster, nec plus de Cæsare quicq;
Fama canet, soli cunctis dominabimur oris.
Sic ait, atq; ensem vagina extraxit eburna,
Excitat abiectas acuitq; in prælia mentes.
Exclamat tunc vulgus hebes, sequiturq; malorum
Quod dederat fortuna caput, placet ire per ipsa
Vulnera, & in patrio dextras maculare cruore.
At quos sors melior ducit temeraria damnant
Dicta patres, regniq; vident præsaga ruentis
Nuntia plebæo semper damnata furore.
Namq; super celsa quæ infra despectat in vrbem
Arce audita loqui cornix, ac promere voces
Humanas, fatumq; Deo spirante profari
Heu miserum quid bella paras? superabere certa
Lege Deum, & medio feruentis turbine Martis
Arripiere tuis, solioq; locabere olympi.
Hæc patrum turbare animos, sed maius in vrbe
Prodigium fœcere Dei, nam fulgur ab alto
Horrentes per inane faces, sudumq; trahebat.
Quod postq; fumo lucentem clausit olympum,
Demersitq; iubar densa caligine Phœbi,
Indigetes petit igne Deos, arasq; calentes.

Non ſecus ipſe tonans nebuloſa cacumina Pindi,
Alpinasq; niues, gelidumve effulminat Othrin.
Aut cum flagrantis Libyes conuerſus ad oram
Imbelles mauors, ſummumq; exterret Atlanta.
Præterea fleuiſſe feras, Manesq; ſub vrnis
Inſolitis vlulaſſe modis, Ereboq; relicto
Perſephonem mediam furias agitaſſe per vrbem
Accipimus, paſſimq; ſacri incrementa per agros
Danubij, & multas diſiectas flumine villas.
Vtq; iræ patuere Deum, & diſcordia mundi
Viſa palam, timuere omnes pueriq;, nurusq;
Templis dona ferunt, ſacras voluuntur ad aras.
Numinaq; expoſcunt veniam, facta impia quondã
Si qua forent ſoluenda patrum, præſensq; piandũ
Sit ſceleris quicq;, dum talia voce præcantur,
Patritio aſſurgit mulier de ſanguine creta,
Quam Diuũ exagitat verus furor. illa ſub auras
Effatur ſecreta poli, lacrymoſaq; pandit
Exitia, & magnas ventura in prælia cædes.
Tales fatidico reſerans e pectore voces,
Quis furor o ſuperi? iam pila minantia cerno,
Cædeq; ſpumantes fluuios humentis Adulæ,
Quæ volitant animæ circum? noſco eruta magni
Fata ducis, Natiq; & charæ coniugis vmbras.
En venit Hercyniis bello gens effera ſyluis
Regini peritura ſolo, tantum ne feretis
Dij ſpectare nefas? his dictis, torua vagatur
Lumine, & exacto iam laſſa furore quieuit.
Sic Deus eois agitat Nyſeidas antris
Thebanasq; nurus ſtimulos cum ſentit Agaue,

Hæc infra lib. x ſcribuntur.

Et furit Ogygias Euanthis turba per vmbras.
Tunc dira instabilem terrent præsagia plebem,
Patritiumq; genus, ne rursus terra, fretumq;,
Aer & vasto splendentia sydera mundo
Sint priscum passura Chaos, confusaq; rerum
Forma, indigesta redeant elementa figura.
Polydamanta tamen, possunt haud vlla mouere
Signa Deum, cui dira intus furialis Eryto
Gliscit, & arma vocat, plebemq; ad bella pauentem
Hortatur, suadetq; omnes ea temnere Diuum
Fulmina, quid nescit, tum se, calor æthere summo
Ceu nobis quondam patres memorare solebant.
Materia superante pati, nimiumq; recusat
Impatiens natura inquit. sunt astra, polusq;
Librato coniuncta gradu, globus aere terræ
Tollitur, ipsa sinu magnum fert Nerea laxo,
Quod superest, mundũq; ipsum, seriemq; fatigans
Respuitur passim, hinc hominũ, pecudũq; repente
Monstrifici partus, hic alto ardere cometem
Vidimus, atq; modis flagrantes æthere miris
Effulsisse trabes, stellamq; arsisse cadentem,
Hinc tonitrus fiunt, & fulgura sæpe sereno
Visa polo, & pauidas terrentia fulmina gentes.
Creditis o miseri parua hæc momenta quietos
Sollicitare Deos, istisq; inuoluere curis?
Arce tonans placida regnat, fruiturq; beata
Pace, nec in nostras flectit sua lumina sedes.
Nec vos fœmineæ moueant ludibria vocis
O vere lymphatã Deo, Bacchoq; repleta.
Dedidicit Cortyna loqui, non Pythia sacro

Fert antro responsa magis, nec vera tonantis
Amplius Idaliæ præbent oracla Columbæ.
Desinimus nouisse Deos, solum ensis, & arma
Concedunt nobis meriti commertia cœli,
Dixit, & abrupto passim sermone vagatur,
Accenditq; animos dictis, ac suggerit iras.
Non sic oceano fluctus voluuntur in alto,
Aut cum Ryphæo Boreas de vertice pronus
Tauromínitanæ turbat vada cæca charybdis,
Vt plebes, vulgusq; minax (sic fata iubebant)
Fluctuat huc illuc, Martisq; furore trahuntur
Ignari, quid sorte datum, quo subdola belli
Perducat fortuna reos. sic vndiq; clamor
Per ripas Iseris, vallesq; reuerberat imas.
Legatosq; iubent patria discedere terra,
Ite aiunt propere, regiq; hæc dicite vestro,
Non illi in nostros ius esse impellere fines
Armatas acies, dextraq;, & fœdere iungi
Poscere nos vanum, qui Marte tuebimur vrbem,
In cædes chara pro libertate ruentes,
Bello opus, hæc summa est. his dictis sæua reportat
Hyphiades responsa, & Polydamanta recenset
Vocibus instabilem stimulasse ad prælia turbam.
Tunc dux magnanimus, quo non præstãtior alter
Boiorum tellure fuit, seu comminus ense
Pugnandum foret exerto, siue eminus hasta,
Voluit cuncta animo, & curarũ impellitur æstu.
Et iam ver tepidum, & solito fulgentior annus
Dispulerat de monte Niues, & læta fugarat
Temperies nostris brumalia frigora terris.

Phalſgraphides tũc arma mouẽs rapidũ ilicet Aenũ
Gorgiã petere, & Praunã properantur ad vrbem
Dirigere hoſtiles turmas, & cingere muros
Obſidione iubet, delecto milite ductor
Mandata exequitur velox, tribus agmina caſtris
Effulſere vrbi, extemplo per mœnia ciues
Armati trepidant, æratasq; excita currunt.
Præſidia ad portas, alij de turribus altis
Proſpectant acies, fuſasq; per æquora turmas.
Dum ſic attoniti perſtant, & poſſe tueri
Diffidunt ſeſe, inſtructas properare cohortes,
Et vexilla vident ferri ſublata per auras.
Tunc arma arma vocant, concurritur vndiq; telis,
Vimineoq; horret ſcutatus in aggere miles
Proportis, ſæuiq; inhi at præludia belli.
Ecce aũt infeſtæ iam propugnacla phalanges
Phalſgraphidæ inuadũt, paloſq;, trabeſq; præuſtas
Corripiunt, fidoq; intextas vimine crates
Diſcindunt, contra miles Praunæus ab alto
Hoſtilem frameis, ſaxiſq; ingentibus, iram
Arcet ab incepto, ſic par fortuna duorum
Viſa diu, tandem Martis gliſcente furore,
Phalſgraphidæ fracto pepulerũt aggere in vrbem
Præſidium, muroſq; inuaſiſſent niſi præceps
Sol Tarteſſiacas ſubiiſſet Delius vmbras.
At ciues intus trepidare, & vulgus inerme
Præſidium arguere ignauum, ſignisq; latenter
Detrectare vident pugnam, vultusq; fugaces.
Poſtera ab oceano roſeis aurora rubebat,
Cum nigri humentes abiiſſent aeris vmbræ

In cœlum subuecta rotis, tunc Martius horror
Phalsgraphidum inuadit muros, dangorq; tubarũ,
Aereaq; immensum disrumpunt tympana cœlum,
Qui subito externi rumor peruenit ad aures
Militis, Aenanæ ferrata repagula portæ
Abscidit, & fugiens potiundam deserit vrbem
Hostibus, atq; vltra pauidum se surripit Aenum.
Vt fuga præsidij visa est, patefacta repente
Vrbs Palatinis ductoribus, ij sine cæde
Ingressi, statuunt læti sacra præstitibus Diis.
Phalsgraphidum interea Cæsar victricia signa
Ac simul & turpi victam certamine Praunam
Accepit, magnum Albertum, fratremq; sub armis
Volphangum ardentes, Noeburgi mœnia contra.
Armorumq; minas, iramq; inferre nocentem,
Tunc illis metuens animosi tela Roberti,
Iræ etenim exciderant animo cum Norica castra
Deseruit, motoq; indignans cesserat Istro,
Auxilium parat, atq; infestis agmina signis
Helsaciæ intrepidas quæ iam conuerterat vrbes,
Ducit ouans, Iserimq; petit, iamq; arua tenebat
Fœta armis, cum fama volat, spargitq; repente
Subsidio innumeras regem ductare cohortes,
Non aliter fractæ vires, cq; si sua mauors.
Vibraret lato feruens hastilia campo,
Infrenesq; Getas, gelidumq; impelleret Hæmũ.
Interea Albertus magna stipante caterua,
Affatur cunctos, auget præsentia robur
Militibus gaudent dominum spectare loquentẽ.
O socij mecum qui per discrimina belli,

Cæs. Alberto ĩ auxiliũ uenit, pietatis maxime laus, qui & si animũ suspectum cognouerat tamen ei deesse noluit.

Per dubios Martis casus, per tela fuistis,
Tempus adest inquit, quo nostrũ auctura perenne
Sit fortuna decus, iam nomen quærite ab armis,
Omnis amor belli tanto est in milite maior,
Quanto maior erit famæ, laudumq; cupido
Sunt Cymbri testes, Latiiq; per arua furenteis
Theutones, & Belgis raptæ consinia terræ.
Testis lentus Arar, & picto Lingones arcu
Hæduus, & rapidis certans gens Sequana bigis
Rege olim victa, & nostris tremefacta cateruis,
Degeneres non arma ferunt, sed ad ocia proni
Indecorem segnes ducunt sine nomine vitam,
Nunc haud externis bellum committimus oris,
Pro patria pugnare datum, sunt oppida nobis
Rapta palã, & nostris prohibent considere regnis.
Quod genus hoc hoim? quis non Theutatis adoret
Iam sacra? & diris horrentem altaribus hæsum
Bellum iura premit. rapto dominamur, & ipsas
Prosequimur cædes, fasq; omne licentia rupit.
Vincimus Hyrcanas gentes, & Taurica regna
Delectu scelerum, iamq; ipsa minora Vetoldi
Acta trucis, viuos vrsorum in pellibus artus
Insuere, atq; feris demum obiectare solebat
Immanis. sed nos nunquid damnabimur ipsi
Tam viles animæ? picto vehit aduena curru
Ingentes prædas, terit omnia, raptaq; castra
Arbitrio premit ille suo. semper ne feremus
Hoc tantum durare nefas? in limine sæuit
Iam bellum, & patriis ceu capti degimus oris.
Tollite nunc animos, & vestra insueta domari

Pectora, dictorum memores estote meorum.
Cæsar adest, nostrosq; iuuat in Marte labores.
Qui belli maturus amor, quod fulmen in illo est.
Vt ruit in cædes, vt turbine coniicit hastam.
Sic ait, & verbis pugnandi inspirat amorem,
Nec mora decliui fulserunt Cæsaris alta
Signa iugo, & rauco strepuerunt cornua cantu,
Et longum sonuere tubæ, perq; agmina Cæsar
Crinibus intonsus micat, & fulgentibus armis.
Tandem acies coeunt, & iam nox humida cœlo
Tollitur, & reuehit fessis optata quietem.
Tunc rex Albertum verbis affatur amicis.
Quod contra vertis Noeburgũ haud consulo bellũ,
Quandoquidẽ ingentes nos contra armare phalãges
Phalsgraphidẽ fama est, ne Marte premamur vtrcq;
Linquenda obsidio, campicq;, atq; ora Byburgi.
Qua Phylsi tenuis perlabitur vnda, petenda est.
Illic comperio metari castra Robertum,
Et nos (si qua via est) meditantẽ inuadere, longo
Fessos Marte dolis, ergo placet arma repente
Phalsgraphidem contra, & fortunam vertere belli,
Sic ait, & tacito curarum voluitur æstu
Boius, interea fessus se miles in altam
Demergit noctem, & placidæ dat membra quieti.
Postera iam Phœbo rutilante aurora micabat,
Vasa legi mandant, & semi sepulta labore
Corpora curari, & signo iuncta inde moueri
Castra dato, peragunt alacres mandata Manipli.
Aegidij habens, tunc Diua ferox, quis fallere possit
Numen: vt occultos alta præsensit olympi

321

Sede dolos regis,vultusq; imitata,habitumq;
Exploratoris,ventura renuntiat arma
Phalsgraphidæ,qui consilio,dextraq; potentem
By speichen vltro compellans vocibus, inquit.
Postq; pugnandum est,res optatissima magnis
Diis oblata mihi,tantoq; impensior acris
Gliscit amor belli,quanto grauioribus ausi
Auspiciis,metam dabimus requiemq; laborum,
Rex etenim(vt fama est)in nostras dirigit oras
Cognatas acies,Martemq; exposcit apertum.
Quicquid id est lætor,nam vel victoria belli,
Vel lætum dabitur,decus est vtrunq; sub armis.
Quare age rumpe morã,peditũq;,equitũq; vicissim
Incipe delectum,quæve hic sit copia lustra.
At Cæsar maturat iter,perq; ardua montis
Ductat anhelantem pubem,tenebrisq; reuectis
Haud longe castris aberant,factoq; silendi
Indicio,Albertus placido sic incipit ore.
Fœlices animæ quibus amplum Martia nomen
Perpetuo lux vna dabit,nunc auspice vobis
Cæsare pugnandum est,fœlicia signa sequamur,
Quemve probãt sua facta deum,victoria nostra est,
Stent rapti fines,recidiuaq; Noria cordi
Condita Boiugenis olim,qui rupe Vesunti
Huc vecti, in nostra steterunt regione coloni,
Vnde & adhuc retinet fœlix sibi nomina tellus,
Sic ait,interea tenebrosa per auia noctis
Ecce cruentatus manibus post terga reuinctis
Vcalegos,magna peditum stipante caterua
Ducitur ad regem,coram qui talibus illum

Affatur dictis.quis tu? quo tendis? & vnde
Nocturnum moliris iter? suspiria ab alto
Corde trahens,Phœben,& conscia sydera facti
Sic testatus ait.magne o rex nomine dicor
Heu miser Vcalegos,ibam tua castra,tuasq;
Exploratum acies,quo me sors impulit atra,
Et data magnanimo solers mihi cura Roberto
Exhalare animam,verum hæc infausta parentum
Perpetior scelere,atq; meo dant sanguine pœnas.
Fabor enim qua flauus habet sua regna Sycamber,
Vrbs fuit insignis bello,& prædiuite gleba.
Hic mihi regnat auus,sedemq;,& sceptra tenebat
Ille loci,interea(nam te meminisse putandum est)
Belgarum auxilio,Martis cum turbine,ad vrbem
Venisti patriam,& strauisti mœnia victor.
Narrata hęc patribus,Scythico ruit Hunnus ab Istro
Horridaq; in nostros conuertit tela penates.
Tunc auus insigni dictus qui nomine Theutras,
Vt casum vidit patriæ,commendat amico
Phorbanti vxorem,natum rapit impius alueo
Qui non dum infœlix solidum compleuerat annum,
Et vehit in syluas,pedibusq; in vincla reuinctis
Suspendit,linquens auibusq;,ferisq; vorandum.
Post hæc acta,feris Cymbrorum inferna Megæra
Aera per nigrum transuecta redibat ab armis,
Iamq; super Batauos,& iam super alta volabat
Ardua syluarum,gemitusq; vt perculit aures,
Excepit puerum,& gressus simulata seniles
Qua pastor septis pecua armentarius ambit
Phalsgraphidæ magni venit,fatumq; redemptum

322

In peius,puerum infantem cui tradit alendum.
Hunc postq̃ virtus,& auorum suscitat ardor,
Ignarus patriam repetit,diroq̃ parentem
Coniugio iungit propriam,cui nocte silenti
Portentum(sic Dij voluere)apparuit ingens.
Visus enim serpens squamis fulgentibus vltro
Repere,& immenso torquere volumine terram,
Spirarumq̃ orbes,atq̃ ora micantia linguis
Infauste posuisse sinu,lapsusq̃ repente
Per tenebras,nigri properasse in tartara Ditis.
Hæc Nato post nupta refert,qui tempora voluens
Atq̃ fugam patris,syluaq̃ quot egerit annos,
Agnouit scelus infandum,raptusq̃ furore
Per scopulos,per saxa volat,lucemq̃ perosus,
Ipse sibi infausta defodit lumina dextra,
Atq̃ suam Hercynio vitam transegit in antro.
His satus auspiciis,genus hoc a sanguine duco,
Hac gignor serie,quare nil miror habenas
Fortunam effudisse suas in nostra malorum
Exitia,his dictis iam clara rubescere eoo
Cœperat alma dies,tum collem ascendit in altum
Cæsar & Vcalegos,vnde prospectus ad ima
Castra erat,& latas poterant numerare phalanges.
Tũc rex,fare inquit, quæ gens, quove ordine turmæ
Militiam seruent.contra sic ille profatur.
At postq̃ merito labentem sanguine vitam
Heu video,hæc animo Cæsar cape dicta,per hostes
Si tibi(quandoquidẽ mens est auidissima Martis)
Tela inferre placet,verbis(haud mentior)hisce
Adde fidẽ,armipotens duro sude lata Robertus

Vallauit castra, & tuto munimine cinxit.
Ille est qui multa peditum comitante caterua
Incedit, latoq; effulget in agmine clauo.
Hic medium retinet spacium, roburq; virorum
Circum habet, at leua vili contentus amictu
Crinibus & barba prolixa, atq; obsitus æuo
Gorgias seruat partes Rhodomontius illas.
Dextra autẽ cernis quem versicoloribus armis,
Hic est Byspeiches, pro castris Auchius ante est,
Atq; datæ custos stationi fidus inhæret.
At primi ante alios, Mazaris sueta iuuentus
Heluetij, quos pone vides (nisi fallor) ab alta
Arbitror Hercynia Chamũ, Ambergamq; dedisse
Ad bellum, atq; vna iunctam Calminzida pubem.
Qui vero ex alia consistunt parte Sycambros
Esse reor, cerne intortos de more capillos
Gentibus, atq; æquor longis horrescere telis.
Iuxta autem manus est, gemmarum diues & auri,
Gallica, pugnaces Belgæ, & præturbidus Axon,
Quiq; colũt Vogesum, & fulgẽtibus Heduus armis.
Tunc Cæsar, qui cultus ait, tam Martius illis
Quos video, & denso qui sistunt agmine iuncti?
Cui sic Vcalegos memorant ex arce profectos
Budorij, primã seruant qui ex ordine classem,
Inde locus populis proaui concessus Othonis,
Extolluntq; leues duri Neomarctides hastas,
Hos sequitur Koeburga cohors, fidiq; Koani,
Lanzuthiq; tremenda manus, longamq; feroces
Byrcasidæ linquentes arcem, cominus omnes
Decertare auidi, atq; animas effundere Marte.

Quare hanc o Cæsar, ne multo sanguine pugnam
Præsentem efficias, nec non sine cæde tuorum,
Quæ peragenda putem (paucis aduerte) docebo.
Est locus in castris Roeburgi mœnia contra
Expositus, trabibusq; altum subiecta minatur
Innexis specula, & late prospectat in agros,
Hoc fatum vt quando congressi hostilibus armis,
Vera hinc cum Martis mota face signa darentur
Vicina auxilium bello trepidaret ab vrbe,
Quare inuade locum nullo munimine tutum
Sed patet, infesto si quisq; est conscius hosti,
Dixit, & effuso vitam cum sanguine fudit.
Hæc Cæsar voluens, noctu explorare cohortem?
Quod pugnæ exorsum capiãt, quæve intus oberrẽt
Excubiæ in castris, vel si Theutrantius illa
Finxerit Vcalegos, talem Raibertus ad vsum
Turmarum ductor, piloq; animosus & ense
Sansius eligitur, qui centum ab origine Franca
Præclaros memorabat auos, ij iussa facessunt,
Seq; manu iuuenum, croceos aurora priusq;
Subiceret vultus, muniti ad robora valli
Contulerunt, vigilans longe dux Auchius, inquit.
Qui vos? vnde equitũ turma hæc? sic fatus, ab alto
Fumiferam extollit pinum, mox Sansius olli
Castrenses propere portas reclude. Egyaleus
Hic ego sum, fortisq; manũ mecum adueho pubis
Subsidio, his dictis tacuit dux Auchius artis
Atq; doli ignarus, vallum, portasq; recludi
Iussit, & auxilium admitti, Bacchoq; foueri
Sansius, at bifidi simul intra robora valli

Illæsam, atq; auidam pugnæ videt esse cohortem,
Instruit, & iuuenes armata per agmina trudit.
Et volat in cædem, primosq; in tartara mittit
Tyrnastem, Phyalumq;, & magni Drapidis vmbrã,
Qui bello infaustus non dextris venerat armis,
Vnde Sedunensem Rhodani fons alluit vrbem,
Et radit sparsos fluuio crescente Varagros.
Hunc fama est rapida gelidis ex alpibus vnda
Per Viberum campos labi, longoq; refractu
Ostrifero madidum caput occultare Lemanno.
Hic iras placare ferunt, & gurgite aperto
Luctantem laxare vndam, qui victor inerti
Indignatus aqua, & concepto turbidus alueo
Humectat scabra pendentes rupe Gebennas.
Inde per immensum sinuoso littore campum
Delatus, tumidis Ararim permiscet arenis,
Binaq; Phocaico dein subiicit ostia Ponto.
Ergo laxatis cuneis furit ense satelles
Cæsaris, & largo maculatur sanguine tellus
Sic passim in castris trepidatum, vmbone Robertus
Rapto ait, o miseri quo vos insania ducit,
Quidve mali fortuna parat? sedate tumultum.
Dixerat, interea fracto fugit obiice valli
Byspeiches, atq; arma vocat, ferte obuia pilis
Vociferat nunc pila viri, dolus hosticus errat
In castris, passimq; omnes cæduntur inermes.
Perculit vt primum arrectas vox militis aures,
Corripit arma, ruitq; ipsa in discrimina pugnæ.
At prior ante omnes animosus imagine patris
Phalsgraphides bello insignis, facto agmine ab alto

Detrudit vallo rigidas vmbone cohortes.
Non aliter Nasamon, Cyrenarumq; colonus
Regnantem media fugiunt Basyliscon arena,
Aurora interea rutilantibus aurea bigis
Expulerat tenebras, lucemq; reuexerat orbi.
Tunc Cæsar properemus ait, nisi fallit imago,
In castris pugna est, en Sansius vt furit hasta
Hyppolitusq;, Rhebasq; simul, iam cedere retro
Incipiunt, densaq; virum iam mole premuntur.
Sic ait, & primis fortem procedere signis
Imperat Albertum, sequitur quē ex arcibus audax
Munychiis pubes, duroq; exercita bello.
Iam cursu rapitur celeri, iamq; ardua montis
Liquerat, & plano deduxerat agmina campo.
Pone instat Cæsar, vestigiaq; impiger haurit.
Subsidio intentus pugnæ, simul atq; per auras.
Effulsere Aquilæ, vexillaq; nota Roberto,
Protinus e castris aciem producier omnem
Imperat, atq; auidas diffundier æquore turmas,
Dumq; volant turmatim omnes, vallisq; refractis
Exiliunt equites, infœlix Sansius hostis
Impete suffossus vitam cum sanguine fudit.
Nec mora concurrunt acies, flagrantibus atrox
Desæuit bellona animis, madet imbre cruento
Tellus, & nigro fluitantia corpora tabo
Calcantur resupina solo, expirantiaq; auram,
Congesti crescunt super ipsa cadauera trunci,
Dum pede pes teritur, mistusq; vmbonibus vmbo
Truditur, & madido pugnatur cominus ense.
Albertus iam cæde madens, iraq; redundans

Ingruit hostile, Auletemq;, & Hyapida magnum
Atterit, & qui non dum formidabat Anireum.
Vertunnumq; senem, natumq;, & pellice Thusca
Leucothoum Androcidem tetro demersit auerno.
Ac velut Armenio currens de vertice tygris
Immanes Arabas ferit, Assyriamq; frementem
Præuastis populatur aquis, & gurgite laxo
Cum stabulis armenta trahit, sic Martius heros
Ense minax per castra furit, madidusq; cruore
Multorum valido prosternit corpora ferro.
Nec minus instabant Volphangus, & impiger hasta
Zornyus, & glauco pugnans Casymirus Halarco.
Gorgias primam vt vidit trepidare phalangem,
Pilatam educit contra in certamina pubem,
Et pugnam instaurat, volat ille, atq; æquora circum
Pulsat equo, & lato frendit gæsatus in aruo,
In densosq; agitur cuneos, telumq; coruscat.
Vt procul Albertus sæuo mauorte cruentum
Agnouit, rabies gliscit vesana furenti,
Ignoransq; modum calidæ indignatio pugnæ.
Protinus impatiens grandi ferit agmina pilo
Et vetitum patefecit iter, totisq; subinde
Viribus exarsere acies, exhausta iuuentus
Obruitur, passim cædes, tetra vndiq; mors est
Effususq; cruor, tolluntur in æthera voces,
Singultusq; graues scopuli, & nemora alta remittũt
Cernere erat laxosq; arcus, & Auentica tela,
Armaq;, quæ Alpicolæ bello aduexere Leponti
Sparsa solo, cæsasq; manus, & bracchia, & harmos,
Atq; hominum truncos, & busta iacentia campo.

Interea lux alma polo fulgebat ab alto,
Luſtrabatq; Iuræ roſeo iuga lumine Titan.
Tunc maiora graui renouantur prælia cæde,
Cæſar adeſt inſignis equo, contra horridus enſe
Inſtat Phalſgraphides. mirandi exorſa duelli
Vos canite o Diuæ Libetrides. ira, furorq;
Immaniſq; ſubit rabies, votumq; cruoris
Ingentes animos, paulumq; moratus vterq;
Alterius ſpectare artus, & fortia bello
Pectora, fulmineosq; oculos, vultusq; minaces
Mirari, tunc alta velut per nubila venti,
Humentesq; ruunt Auſtri, Boreasq; niualis.
Aut cum vere nouo Zephyris genitalibus aura
Spirat, & ardentes ineunt certamina tauri
Concurrunt, quatitur tellus, atq; aſtupet æther.
Tunc rex armipotens vibratum effulminat enſem,
Vrgebat contra, aut vitabat adacta Robertus
Vulnera, ſed Cæſar telum fatale coruſcans,
Non bene protecto plagam defixit in Harmo,
Protinus exiluit calidus cruor, arma Robertus
Vt fœdata videt, vaſto ruit impete, & Heulon
Vrget equũ, grandemq; præmit calcaribus aluum,
Aeſtuat irarum furiis, & conſcia virtus
Increpat ardentem, ſic crebros enſe ſonoro
Ictus congeminat, horrendumq; intonat hoſti
Phalſgraphides, putriq; armorum fragmen arena
Emicat, obtuſiq; enſes, parmæq; refractæ,
Atq; Iubatorum Phaleræ calcantur equorum
Gemmatæ, & nitidis ſquallentia cingula bullis,
Dum furit ira animis, Pallasq; & Delia ab æthra

Labuntur,rixamq; ineunt, ac iurgia iactant,
Vixq; aberant pugna,quid em̃, nunq; ne repostum
Irarum cumulum linques Tritonia virgo?
Quod scelus hoc? at fata manent immota tuisq;
Plectere insidiis,facinusq; inuita dolebis
Cõmissum,& qua nunc exorta superbia tanta est
Gorgone non semper spero iactaberis ista,
Nec rere huc Martem,quẽ cœlo asperrima Pallas
Vicisti,& magnum strauisti verbere Numen
Descendisse polo,sic Delia. At altera virgo
Aegida concussit,circum caua saxa,nemusq;
Intonuere,vadoq; amnes tremuere profundo.
Ac velut ad scopulos demissus ab aere summo
Accipiter volat,aut magno cum turbine ab alto
Saxum ingens cadit,& propulsat pondere terram,
Delia sic Pallasq; ruunt,lserisq; residunt
Cautibus,atq; acrem prospectant æquore pugnam.
Interea Austriades sæuum iam præsserat hostem
Deiecturus equo,iuguloq; instabat inermi.
Ter Pallas percussa sinus,terq; Aegide acutos
Pulsauit scopulos, illoq; ruisset in arma,
Ni Ioue demissa a magno Cyllenia proles
Saxifica fieri vetuisset Gorgone pugnam,
Tunc Dea corripuit hastam indignata trabalem
Qua domat Heroas,cætumq; irata Deorum,
Hac igitur regem aggreditur,vastaq; tremebat
Voce solum,atq; imæ resonabant murmure valles,
Non aliter cœlo ventis luctantibus intra
Humenteis nubes miranda tonitrua clamant,
Adstupet Austriades,mox percipit,eya age fatur,

Pugnandũ eſt iterum ſuperis.noſco improba Pallas
Noſco iram,glaucoſq; oculos,atq; horrida tela.
Talia dicentem inuadit,lignoq; trabali
Ingentem frangit clypeum,ſub pondere Cæſar
Ingemit,vt quando percuſſa ſecuribus Ilex
Prona ruit,lateq; altum dant ſaxa fragorem.
Ecce autem verita arma Deæ Diana furentis
Lætifera in regem,volet obuia,pone fluebant
Corytiq; graues olli,læueſq; ſagittæ,
Vulnificumq; manu iaculum Dictynna coruſcans
Arcet ab incepto ſæuam tritonida Marte.
Nam dum magnanimũ regem præmit illa,ſuaſq;
Ingeminat vires per inane,volatile telum
Delia(quod vaſto ſtridens vmbone pependit
Palladio)intorquet,tonat ictus,& arma Mineruæ
Increpuere ſono,& longe caua ſaxa reclamant.
Tunc Pallas rabie feruens effundit in hoſtem
Se totam,Diuamq; ferit,pronamq; ſub ictu
Sternit humi,vibratq; ardens immania tela
Deſuper,& quoniam Dij ſunt ſine ſanguine nati,
Iiſq; immortalis vitæ conceditur aura,
Hæc fuerat ſupræma dies,campumq; cruore
Fœdaſſet Diana ſuo,iam cominus acre
Cæſar vt aſpexit pugnantes,ingruit hoſti,
Palladaq; horriſono ingentem diuerberat ictu
Qua niueæ vertigo manus cadit altior Orno
Haſta Deæ,lapſum conata attollere pondus
Deficit,atq; alta Tritogenia vritur ira.
Et fremit immenſum.Boreas velut Arcticus inter
Et ſaxa,& ſyluas,Pontoq; immugit anhelo.

At genitus Maia, præpes Cyllenius ales
Spectator pugnæ, scopulo consederat alto,
Protinus hic monitu magni Iouis inquit, abite
Cœlestes Diuæ, durumq; relinquite Martem
Sic Iouis imperium, dixit. læuaq; tonatum
In cœlo sensere Deæ, volat aspera Pallas
Atq; senem Chirona petit, qui fessus in antro
Hæmonio lectas curam impendebat in herbas.
Iuppiter interea nubem demisit olympo,
Inuoluitq; aciem, atq; oculorum lumen ademit.
Hic finis pugnæ, nam dum vestigia quærit
Nequicq; Austriades, labens se surripit hostis.
Dumq; hæc in castris diuersa in parte geruntur
Vicina auxilium fessis ductarat ab vrbe
Polydamas sceleris fabricator, & impius arma
Induerat, quos dira fames & auara libido
Præcipitat belli, iamq; inter Martia tela
Vociferans volitat, sunt hæc ait omnia claro
Missa polo. hæc nostris horrentia fulmina templis.
Verum si patria superi sunt vrbe piandi
Ense scelus soluam, & præsenti cæde, sacerdos
Iratum placabo Iouem, pubemq; litabo
Hostilem, Taranicq; sacra instaurabo quotannis,
Dixit, & in medium longa sude prosilit agmen.
Non secus Aethiopum fuluo nemora inuia tauro
Turbantur, cum sæua fames per viscera serpit,
Diffugiunt, trepidantq; feræ de montibus altis.
Sic Diuum contemptor erat, turbamq; fugacem
Prosequitur velox, atq; acrius atterit agmen
Contemnitq; mori, sed quis cœlestia rumpet

Fata Deum, legemq; dabit pollentibus aſtris.
Strauerat ille aciem, & vacuis victricia campis
Extulerat iam ſigna palam, cum tractus ab ira
Volphangus iaculum longis amentat habenis
Atq; in clamantem tenſo pede dirigit hoſtem,
Qualis Ithyræo cornu leuis exit arundo,
Vel cum depugnat verſo gens Parthica neruo,
Tale per immenſum ſtridens volat aera telum,
Atq; hoſtem fatale petit, Cetramq; reſcindit
Quam Thartesſiaco in pugnam de more gerebat.
Aeratosq; orbes Chalybum, ſeptemplice gyro
Diſtrahit in partes varias, penitusq; ſub ima
Viſcera delapſum fortes depaſcitur artus.
Extemploq; cadens moribundus corpore vaſto
Pulſat humũ frendens, oculisq; minacibus horret.
Non alitur Phario percuſſa Leæna veruto
Concidit, & rictum ſpumantem vulnere torquet,
Sic olli rabies, creber ferit Ilia pulſus,
Et calidæ effuſo vacuantur ſanguine venæ,
Vmbraq; tartareas fugit indignata ſub vmbras.
Nec finis pugnæ præſenti cæde ſuperbus
Volphangus per caſtra volat, nec ſegnior illo
Ingenti campos replebat cæde Robertus,
Interea ductis pugnantem cornibus hoſtem
Clauſerat, & fuſos iam victor Cæſar ab amplo
Aequore, diſpulerat pedites, tunc Francus anhelo
Gorgias in Marte furens, quando vndiq; cernit
Inclinatam aciem, verſosq; in terga manipios,
Magnanimũ affatur breuiter ſic ore Tyrannum.
Nonne vides quanto in noſtros furit impete Cæſar

Vtq; fugã iam quisq; parat, quid in arma Roberte
Prorumpis frustra, tenet omnia Marte satelles
Hosticus, & multa satiatur cæde tuorum.
Talia sic fantem, nequicq; intelligit heros
Accensus Martis rabie, & præturbidus æstu,
Iam solo res summa viro, quosq; æmula virtus
Impulerat secum fatali occumbere campo,
Dat stragem populis, teloq; horrendus vbiq; est.
Dumq; huc, atq; illuc ceu præcingentibus armis
Armenias agit ira Tygres, Mysosq; bisontes
Prorruit in pugnæ flammas, Martemq; cruentum.
Intonuit cœlo, & vox exaudita per auras
Heu fuge fortunam belli, deuictaq; castra
Desere, teq; ipsum ventura ad fata reserua.
Ductores fugere tui, victasq; phalanges
Byspeiches tantũ, & Rhodomontius ense tuentur.
Vt superum iussa, & vocem dux auribus hausit,
Accepitq; fugam sociorum, protinus omnes
Qui secum voluere mori, Martisq; peracti
Aeternam sibi qui laudem peperere sub armis,
Instruit in cuneum verbisq; ita fatur amicis.
Audite hæc socij, denso nunc claudimur hoste,
Et iam præda sumus, nostræ solum ense salutis
Ostentatur iter, mecum nunc ite per hostes.
Si cui magnanimo præcursant pectore laudes,
Audendum est victis, vos non sine labe retenta
Ductores aura, vitaq; fruaminor inquit,
Quod decus o viles animæ, nos proroget æuo.
Et vitam instauret Martis memorabile fatum,
Dixit, & aduersum velox prorumpit in hostem,

Efficiens mucrone viam, ſequiturq; iuuentus
Pone ferox, laxasq; ſecat condenſa cateruas,
Vt virtus patefecit iter, caſtrisq; relictis
Per campos tenuere fugam, dux lumina flectens
Deſertum ad vallum, premit altum corde dolorem,
Et rurſus tentare acies, & prælia ferro
Stat cordi, atq; iterum ſeſe obiectare periclis.
At rex, quandoquidē fama aduentare Boemos
Phalſgraphidæ auxilio, iungendaq; protinus arma
Senſerat, Alberto mouit ſua ſigna relicto
Atq; iterum Helſaciæ repetit properantius vrbes.

FINIS.

LIBRI SEXTI ARGVMENTVM.

Geſta fœliciter a duce Virtymbergeñ. deſcribuntur, ſed prius Palladis quærimonia eſt, quæ a Cæſare uicta fuerat. Itaq; dum curru per aerem uehitur, Robertum uidet, qui paulo ante a pugna diſceſſerat, quem ad uirtutē uiam docet, uentisq; ſuſceptum in patriam protulit. Interea Virtymbergeñ. dux trans Entium caſtra mouet, eiusq; oratio admilites, miraculumq; in eo uiſum, eiusq; interpretamentum a Phorbio augure factum, obiterq; Cæſaris ſomnium narratur, cui Deus opt. Max. apparet, imperatq;, ut Decium ducem ſollicitet ad tuendum ędes ſacras, quod cum duci Cęſar ſignificaſſet. Maulprunium monaſterium quod Palatini occupauerant. obſedit, inibi pugna atrox. uictor tādem ad Prethenium obſidendum proficiſcitur, unde Palatini Ludouici precibus diſcedit, & ad Peſychemiū caſtra poſuit. Parte alia Robertus Trauſtanium oppidum aggreſſus eſt, quo poſt acrem pugnam, ui potitur, interim ex Peſychemo nuntius, Palatino obſidionem narrat. Is cum præſidium non miſiſſet, oppidum ſe duci dedidit. quædamq; in fine oppida ab eo uicta recenſentur.

AVSTRIADOS LIBER VI.

VT pcul a castris trepidātia signa Robert⁹
Rettulit, alternæ præformidabile cædis
Bellū anīo voluēs, Pallas deuecta p auras
Phylliridæ cani medico remeabat ab an-
Illa sub Arctoo bigas firmauit olympo (tro,
Atq; oculos defixit humi, infrenesq; Sycambros,
Bastarnasq; acres, Morinosq;, extremaq; mundi
Littora, & indomitos Rheno claudente Batauos
Despicit, innumerasq; alias sine nomine gentes.
Quas alit auriferis fœlix Germania campis.
Tandem Boiorum flexit sua lumina terris,
Alpinasq; vrbes, & regna potentia Marte,
Quæ pater vndarum percurrit maximus Ister
Lustrat, vbi (sic fama canit) vrbs Noria quondam
Magna, dedit leges populis, rexitq; superbum
Imperium, sed nunc omnis iacet vrbis imago,
Pannoniamq; super celeri deuecta couino,
Quaq; potens bello magnos alit Austria reges.
Nec dum etiam Diuæ crudeli Marte receptum
Vulnus, & Oebalij sors immatura sepulchri
(Quamq; & Cæsareo victam dolet ense sororem)
Exciderant animo, cupit iram explere calentem,
Atq; imo tales promit de pectore voces.
En ego bellipotens rigidis armata Chelydris
Quæ olim centimanos prostraui cæde Gygantes,
Quæ Martem vici, concussi fulmine diro
Curua per Euboicum fumantia littora Pontum,
Nunc autem (sic fata volunt) sum fabula cœlo.
Sed nostri o vtinam sic obruta fama Deorum
Peruigiles tantum & patris venisset ad aures,

329

Non equidem Auſtriadum ſuperatã Marte dolerẽ,
Sed temnor paſſim mortalibus, & mea vibrat
Exhorrentem hydro nequicq̃ læua Meduſam
At mihi non deero, ſequar atris agmina flammis
Auſtriadum, atq̃ imo furias Acheronte ciebo,
Sic fata, infauſto remeantem Marte Robertum
Vidit & indoluit, grandiq̃ accenſa furore
Prona ruit cœlo, veluti cum flammea longo
Stella cadit tractu, & candenti lampade ſignat
Aethera, qua nitidam producit ſemita lucem.
Sic Diua eſt quacunq̃ pedem, currumq̃ reflectit
Oſtentat cœleſte iubar, Numenq̃ fatetur.
Protinus armigeræ currum Tritonidis heros
Agnouit, ſupplexq̃ Deam veneratus adorat.
Tunc illa has ſacro fudit de pectore voces.
Nec tua te virtus, nec fortis dextera bello
Vnq̃ deſeruit, nam quantum vidimus acrem
In pugnam ruere, & quantas in prælia cædes
Moliri intrepidum, ſed fato obſtante dolorem
Hunc pone, & quæ ſint peragẽda aduerte, profabor.
Vade age & hanc rupem, quæ cœlum vertice pulſat
Exupera, atq̃ impelle gradum, primũ ipſa volenti
Difficili tentanda via eſt, ſudorq̃, laborq̃
Sunt olli comites, atq̃ ocia pellit ab alto,
Sed poſtq̃ ad ſummũ conceſſum euadere culmen,
Gaudia pertentant animos, & blanda voluptas,
Atq̃ exactorum dulce eſt meminiſſe laborum.
Hinc te ergo excipiam ventis, & nubis amictu
Aera tranabis medium, tutusq̃ reuiſes
Phalſgraphidasq̃ tuos, patriãq̃ veheris in vrbem,

Ne vereare adero, & ventos frenabo volantes.
Interea ne frange animum, spemq; altius effer,
Inuictusq; mane, nam sæuas Iuppiter æquus
Mulcebit mentes, dulcemq; ad regna vocabit
Progeniem, natosq; tuos, paruosq; nepotes
Qui tandem æternum ventura in pace quiescent,
Hæc mihi pollicitus Diuum pater, atq; hominũ rex.
Sic vbi fata, ciet Boream, Argestemq; per altos
Oceani errantes fluctus, Byrchaniaq; vndis
Littora pulsantes, extremæq; æquora Thules.
Ergo iussa facit præpes, taliq; precatur
Voce Deam, te sancta sequor, te supplice dextra
Adueneror, salue, & tanti miserere laboris.
Hæc ait, & celsæ saxosa cacumina rupis
Enormesq; vias, & densis obsita dumis
Byspeichi pubem linquens, Agmnenq; superstes,
Euasit tandem & ventos expectat inanes,
Tunc subito Argestes montem pernicibus alis
Circuit, admotoq; tremiscunt vndiq; syluæ,
Non tamen Aeolio veluti cum missus ab antro
Aegæum, Ioniumq; mouet cautesq;, vadumq;
Scyllæum, & pulso frangit freta iuncta Peloro,
Sed miti Heroa amplexu (namq; arcticus vna
Sepserat, & Boreas patriæ non immemor oræ)
Extollunt per inane poli, gestantq; per auras
Et vitreo nubis Dea circumfudit amictu.
Dumq; ea molitur Pallas, fortissimus heros
Tercentum præclaris auis, quos Martia quondam
Prottulit, & variis ornauit Roma triumphis
Virtymberzensi armatos mouet arce maniplos,

Antiqui memor ille odij, bellicq; vetusti
Quod secum multos Talacherus gesserat annos,
Nec Lyndesmitis feruens iniuria mente
Exciderat. verum occulto sub corde volutans
Vindictam, spectare diem & melioribus vti
Auspiciis, si vncq; vellet fortuna parabat.
Vt fractum longo præsensit Marte Robertum
Esse Palatinũ, tempus ratus, Entium ad amnem
Castra mouet, gelidasq; vehit trans agmina ripas.
Aduentu cursare omnes, trepidare per vrbes.
Non secus orbatam Gangeticus accola Tygrin
Et timet, & clausa pauidum sese occulit vrbe,
Luctantemq; feram, & rabiem spectare furentem
Impatiens, quatit illa solum, camposq; superba
Balantum pecus, & latis Magalia septis
Circuit, insidiasq; altæ prædestinat iræ.
Sic heros fertur, sic infandus timor omnes
Sollicitat, pauitant miseræ matresq;, nurusq;,
Longæuiq; patres, sed quos calor excitat armis
Deserere ante diem, pugnacq; effundere vitam
Armantur, clypeosq; nouant, Chalybumq; trilices
Aruina nigra nudant erugine pingui.
Aut fossas ducunt, aut scabra ad mœnia pronis
Marmora agunt humeris, aut propugnacula bello
Instaurant, vallantq; horrendis molibus vrbes.
Iamq; dies, alterq; dies illuxerat orbi
Purpureoq; aurora polum bis viderat ortu,
Tunc dux ingentes voluens sub pectore curas,
Herboso iussit figi tentoria campo,
Dein pubem affatus placido sic incipit ore.

Bella ſub hac terra, & præreptis geſſimus oris
Alterutrum graſſata caput, tandem inuida nobis
Crinitos ſors præſſit auos, nec iura, nec æquum
Iuppiter omnipotens ſummo deſpexit olympo,
Quin furor hoſtilis noſtras delapſus ad vrbes
Ingentes rapuit prædas, gentemq; coactam
(Pro ſcelus) audiui domino ſeruire Roberto.
Namq; mihi quondam puero narrare ſolebat
Multa pater, meq; ad damnum ſeruabat inultum
Quis Lyndeſmi tem prædatoremq; nefandum,
Et noſtris temere regem Thalacheron in aruis
Prætereat? tantum nobis impune ferendum eſt
Dedecoris? tantum patriis regnabit in oris
Externus miles, terraq; fruetur auita?
Progenies proleſq; Deum ſata ſanguine magno,
Credite q̃ nunq̃ Cæſar ſine numine Diuum
Bella mouet, victorq; redit, Rhenoq; ſubacto
Cingit Chaonia victricia tempora fronde.
Quare agite o ſocij, dextras aſſueſcite Marti,
Et mecum, ſi qua eſt tantarum gloria rerum,
Si pudor & patriæ pietas, iniuria ſi qua
Mentem agitat, raptiq; ſoli ſeruatur imago
Alpinas aptate ſudes, & pila volenti
Tollite nunc animo, & pauidũ conuertite in hoſtẽ.
Tu ceptis bellona meis, & culte Sueuo,
Tu Vulcane pater, claram qui Lemnon, & alto
Fumantem Liparam, & feruentẽ Strongylon vndis
Incolis, & Chalybum Diis tela timentia promis,
Aſpirate precor, promptosq; animate maniplos.
Vix ea finierat, ſubito cum flamma coruſcans

331

Labi visa polo, quæ supra vertice sidit
Magnanimi Herois, nec non (mirabile dictu)
Lambere flauentes crines, & tempora pasci.
Mirantur cuncti, & gelidos stupor occupat artus,
Req; labant subita, quid sit, quid nuntiet, optant
Explorare viros, quibus intemerata patescunt
Aetherei secreta poli, tunc Phorbius augur
Cui fibræ, saliensq; iecur, limesq; volantum.
Quid vox obscœnæ volucris, pallorq; Cometæ
Atq; serenato labentia fulmina cœlo,
Quid medio creet axe faces, sunt omnia (mirum)
Occultis manifesta modis, non inscius ille.
Talia vaticinans mandat sua dicta per auras,
Ne trepidate viri, læuo Deus omine firmat
Cepta, nec inuito molimur numine bellum,
Si quid mens agitat veri, & Grinæus Apollo
Prædicit ventura mihi, si nuntius ales
Quem video læua cœli regione volantem
Et voce, & cursu magni Iouis abdita pandit.
O genus elapsum superis, soboles q; perennem
Regnatura diem, Diuosq; auctura propago,
Quot tibi molitur fœlix fortuna triumphos
Innumeras vrbes, immensaq; regna, ducesq;
Debellabis, eruntq; tua immortalia semper
Facta, q; & victo non dedignabere victor
Parcere, & ablatas reddes vltro hostibus vrbes.
Quare agite o proceres meritos indicite honores
Bellorum Diuis, & numina magna vocate.
Nec mora, gramineo surgunt de cespite sacræ
In campis aræ, fragrantq;, & olentia circum

Ludouicũ Palatinum intelligit, cuius p̃cibus ab osidione Prethemij discessit.

Thura calent pecudes, ſtant ſacris vndiq; myſtæ
Accincti, & Diuis ſpargunt bona vina volentes,
In primis heros, niuei inter cornua tauri
Et ſalſam frugem, & ſpumantia pocula fundit,
Demulcetq; Deos donis, pecudumq; litatis
Corporibus, læti Diuum pæana canebant,
Non aliter Libyci circa delubra tonantis
Gens inhiat ſacro, & numen Naſamones adorant.
Vel cum legiferæ Cereri, patriq; Lyæo
Agrycolæ lectum mactant pecus, & ſua largo
Deſpumant paſſim bene olentia cymbia lacte.
Oceano interea Titan demerſus Ibero,
Iam nota Auſtrini luſtrabat littora Ponti,
Corpora ſollicitis demens mortalia curis,
Ecce ſerenato delapſum numen ab axe
Innumeris fulctum ſtellis, & Sole coruſco,
Qualis vbi auroram rutilanti lucifer igne
Ante oritur, tenebrasq; fugat, Phœbumq; reducit,
Helſaciæ petiit fines, vbi Martia caſtra
Cæſar habet, Martemq; nouum, pugnasq; parabat,
In ſomno, & vigiles curas in nocte premebat.
Effigies immenſa Deo, vultusq; micantes
Aſtra quibus cœlumq; mouet, circumq; beatis
Vallatur populis, medio quos orbe bicornis
Luna capit, iuxtaq; locum meruere tonantem.
Hunc pauet omne genus cœlo, terræq;, mariq;
Quicquid ineſt, intusq; meat, vel paſcitur extra
Aeterni curſus legem, & commertia mundi
Et Solis, Lunæq; vices, & ſydera lapſu
Circumſcripta ſuo, Nabathæosq; alligat Auſtros,

Ad nauigationem Luſitanam alludit.

Fulminaq;,& ſpaciis freta decreſcentia certis.
Ergo vt olympiaca Saturnius Elide fulgens,
Apparet nocte in media,ſomnoq; vacantem
Vocibus Auſtriadem compellans,talia fatur.
Cæſar magnanime,& Diuos auctura propago,
Aduenio ſuperum rector,præq; omnibus vnum
Ipſe velim te,fide Deo,templisq;,Tholisq;
Quæ paſſim miles ſceleratis occupat armis
Præbere auxilium,ſi iam pietatis imago
Vlla viget,votiq; reos damnare cupido
Aſſerto ſuperis,& Numen ab axe vocari.
Fœda Paleſtinæ taceo ludibria terræ,
Verũ animo ſtant fixa meo,victamq; Sophonem
Et domitũ,Aegypti pronum Carmelon in æquor
Agmine barbarico,ſæuiq; Serapidos armis
Vlciſcere,tuos poſcunt hæc prælia faſces,
Cum mare pulſabis flammato milite rubrum,
Et ſeptingemini calcabis littora Nili,
Cum partem inuiſes Scythiæ,& Mœotica vinces
Regna,& victorem mirabitur arcta Propontis,
Claſſeq; roſtrata Nepheleias ingemet Helle.
Me noua nunc agitant Cæſar,iam vidimus alto
Noſtra Palatinis violari templa ſub armis,
Atq; vbi ſacratis lucis,araq; piabant
Erecta,& largis placabant Numina donis
Turba ſacerdotum,nunc Marte & ſanguine multo
Fœdantur loca ſancta ſitu,quid Numina cœli
Perpetimur? veſtrum ne genus? Germanica pubes
Infandis audet factis contemnere Diuos?
Nunc cape quæ peragenda tibi ſint maxime Cæſar.

Aeneadum Decius dux ſanguine cretus auorũ,
Ablatas vrbes,& regnum Marte repoſcit
Diuulſum,concit populos,totamq; ſub armis
Virthymbergon habet,qua dulces vitiſer vuas
Fert Nicerus,multoq; fluunt læta arua Lyæo.
Bellaq; magnanimo peragenda in corde volutans,
Militiam gelidi iam contulit Entij ad vndas.
Hunc verbis hortare tuis,pugnamq; volentem
Exercere iube,& templis arcere prophanos,
Seruantur maiora tibi,ceptisq; futuris
Semper ero præſens,teq;,& tua facta iuuabo.
Dixit,& ingentem ducens per inania lucem
Ad cœlum rapitur,Titaniaq; aſtra reuiſit.
Tunc pius Auſtriades vultu,manibusq; ſupinis
Proſequitur Numen,tacitoq; in corde reuoluens
Iuſſa Dei,cum prima polo caput extulit eos,
Treis oratores iubet ire,Heroaq; magnum
Sollicitare Iouis monitu,atq; accendere Marte.
Vt primum Vlrycus regis mandata recepit,
Audiit & Diuum non hæc ſine numine bella
Tanta geri,antiquo precibus de more peractis,
Caſtra mouens heros,Maulprunia templa petiuit
Phalſgraphides,paulo miles quæ inuaſerat,ante.
Anguſtæ hæc claudunt valles,ſcopuliq;,minæq;
Saxorum ingentes,montesq; vmbonibus altis
Deſuper incumbunt,locus inſuperabilis armis,
Et ſitus impatiens pugnæ eſt,ſeq; ipſe tuetur.
Vt motus patuere ducis,ſtrepuere per alta
Culmina cornicines,pauor vndiq;,& vndiq; muris
Concurſum,inſtaurant laxis ingentia portis

333

Clauſtra viri, trepidicq; aptant munimina belli.
In primis armata cohors, quæ templa tuetur
Circum deductis præmunit mœnia foſſis
Et tormenta parant, & propugnacla tribuni
Conſtipant telis, ſaxisq; molaribus horrent
Mœnia, & infando feruet balliſta furore.
At Decius biſidis heros tentoria vallis
Sepiri iubet, extemplo de montibus orni
Abnobiis, ſciſſæq; cadunt a culmine ſyluæ
Procumbit montana abies, Germanica taxus
Et quæ Chaoniis reddunt oracula lucis
Fatidicæ quercus, & amicis glandibus Ilex,
Tempore quo nulli cerealia pabula norant
Agricolæ, nulluſq; ſolum ſulcarat arator.
Amphitrioniadæq; arbor, Cybelæia pinus
Vellitur, & patulo gaudentes vertice fagi.
Nec mora pro caſtris iacitur vallum, arctaq; tantũ
Vallis habet ſpatij, quantum mauortia poni
Caſtra queant, aciesq; vtrinq; inuadere Martem.
Vt tempus pugnæ viſum, ferriq; parandi
Talibus (affatus cunctos) dux vocibus hiſcit.
Tollite nunc animos, altasq; intendite vires
Magnanimi proceres, vincat vagus armiger Indos.
Iam quicunq; volet ſuperet ſaxa alta Nyphatis
Hyrcanumq; mare, & Partho det iura ſubacto.
Nos vero Diuum monitu pellamus ab æde
Hanc belli flammã, & ſacros reparemus honores,
Abnobiiq; Iouis ſublata piamina templo,
Hoc decus, hæc fama eſt, & victor Cæſar in armis
Iam velut ignauos nos arguit. aſpera cordi

Alberti ſtant facta ducis, quid bella mouentem
Langraphium, & magno trepidantia caſtra ſenatu
Cõmemorem? vos (Diiſq; volẽtibus, & Ioue dextro,
Qui noſtros grato penſabunt fine labores)
Præcipitate moram, gentemq; arcete prophanam.
Vix ea finierat, tuba tortilis agmina concit
Ad pugnam, & curuo mauors accenditur ære,
Vndiq; perſtrepere, & ſonitu Cybelæa reſultant
Tympana, iam montes, latebroſaq; ſaxa reclamant,
Et longe Hercyniæ ingentis nemora alta tremiſcunt.
Vtq; datum belli ſignum, volat æquore Martis
Bellona armipotens, motoq; agit agmina ſyſtro,
Impellitq; animos, & pugnæ ſuggerit iram,
Hoſtis vt armatas denſo videt agmine turmas
Deferri in pugnam, & ſæpiri milite templum,
Siſtit pro muro intrepidus, vaſtosq; molares
Deiicit, & duros clypei ſeptemplicis orbes
Loricæq; moram, & Chalybum contexta reſcindit,
Multaq; ſanguinea proſternit corpora terra.
Hos inter iuuenis, quo non præſtantior alter
Volcarum tellure fuit, ſeu cominus enſem
Vibraret, ſumptisve repelleret agmina Gæſis,
Olli nomen erat Lauſo, facto impete talem
Expromit vocem, furibundaq; pectora rumpit.
Quis timor o ſocij? quæ tanta ignauia noſtro
Pectori ineſt? clauſi trepidamus, & hoſtica muros
Victrix inuaſit pubes, tantum ne tuemur
Nos ſaxis, flammaq; locum? iam pergite, & amplo
Pugnemus Marte, atq; æratas vellite portas.
Dixit, & euulſo clauſos trahit obiice poſtes,

Et vetitum reclusit iter, tunc agmine facto
Bella foris tentant, & valle feruntur aperta.
At dux vt longe sublato puluere vidit
(Ipse etenim vallo segnes, turbamq; morantem
Hortari ad pugnam, verbisq; accendere Martem)
Aduentare viros, fulgentesq; ære phalanges,
Hostiles nouit, falcatam protinus heros
Contra aciem struit, atq; effuso contulit hosti.
Nec mora concurrunt hastis, it clamor ad auras.
His timor est vinci, Martis decus arguit illos,
Sic animo pugnare pari, nec cedere campo.
At dux Bistonio, qualis Mars puluere sæuit
Sublimi prouectus equo, per tela, per enses
Irruit, & crudo miscet mauorte cateruas,
Viq; viam quærit, fœdatq;, repletq; cruore
Aequor, & herboso prosternit tabida campo
Corpora, lætaliq; ferit mucrone maniplos,
Saxa volant, non sic miles Balearicus acrem
Prosilit in pugnam, & saxorum contegit atra
Nube polum, surgit clamor, tremefacta resultant
Littora, qua vasto ruit vndarum agmine Rhenus,
Densanturq; in bella globi, stat pectora contra
Pectus, & effuso miscetur sanguine sanguis,
Procumbunt fortes animæ, cladumq; furore
Increbrescit amor pugnæ, fluuiosq; cruoris
Membrorum lapsum, & ferientia corpora terram
Cernere erat, Nimbo telorum, ac pondere ferri
Obruitur, madidoq; iacet gens Martia campo.
Dum furor hos agitat, funestaq; prælia circum
Armipotens Bellona volat, pars altera muris

Ingruit,& valida frangunt teſtudine poſtes
Diruitur paries,altoq; cacumine turres
Fractæ,mole labant,cœloq; æquora videres
Ingenti ad terram ſterni faſtigia motu.
Parq; tamen fortuna dabat contraria,robur
Obſeſſis,pugnant acres,ſubeuntiaq; altis
Corpora detrudunt muris,ipſæq; ruinæ
Tela dabant,crebris ſonat ictibus æreus vmbo
Iam ſude,iam forti ſubeuntia corpora telo
Depellunt,ſaxisq; terunt muralibus arma.
Non tot in Hercynia frondes brumalibus auris
Arboribus lapſæ feriunt terram,aut caua pulſans
Littora,Saxonidam fluctus mare voluit in oram.
Quot bello pereunt animæ,non magna ſupræmis
Buſta calent flammis,tumulove locantur auito,
Sed frenatorum pedibus calcantur equorum.
Etiam iam aggeribus fractis penetralia victor
Inuadit miles,victricia ſigna ruinam
Exuperant,ſplendentq; altum vexilla per auras,
Hoſtiles trepidant alæ,& ſtatione relicta
Diffugiunt,fuſisq; globis,& milite fracto
Templa patent,priſciſq; penatibus,& magnis Diis
Sacrifici apparent ritus,aræq; dicatæ
Cædibus innumeris pollutæ,& ſanguine diro,
Incaſſum ſiculis feruent incudibus æra,
Atq; louis fruſtra fulmen micat,impia poſtq;
Et ſcelerum impunes patitur Deus,hinc reor ipſos
Securos noſtri mortalia temnere Diuos
Protinus vt capto ſtrepuerunt cornua muro,
Et latas Aquilæ fudere in mœnibus alas,

Sublatus clamor, trepidum noua perculit hostem
Fortuna, atq; graui pubes perculsa timore,
Dissipat hærentes acies, retroq; relabi
Incipit, & turmæ fugiens dat terga ruenti,
Dux instat, vastumq; fremit, nunc ille Veruto
Nunc arcu certamen adit, nunc obuia ferro
Corpora transadigit, rorant iam sanguine campi,
Putribus & passim deferuent æquora bustis.
At Lausus, mauors quem tristia ad arma vocarat
Pugnator, postq; fractas videt esse cohortes,
Disiectasq; acies, clamans pro Iuppiter, inquit,
Iam victi fugimus, raptas discurrit ad aras
Hostilis prædo, superest nihil, omnia nobis
Abstulit vna dies, & ineuitabile fatum.
Siccine viuendum est? auraq; fruemur inulti?
O ter fœlicem bello, cui munere Diuum
Contigit oppetere, o faustam Calchantida prolem
Cuius in auxilium venit Dea, vulnere tandem
Regis agens animam, nostris tua nomina fastis
Inseris, & fama pulsas iam vertice olympum,
Nunc moriamur ait, propiusq; per arma ruamus.
Sic effatus, equi velox spumantia laxat
Frena, indignantemq; premi calcaribus aureis
Vrget, & in densos fumantem dirigit hostes.
Pannonis haud aliter cum per venabula frendens
Vrsa furit, moriensq; suæ iam prodiga vitæ
In ruit arma volens, tristesq; irata sagittas
Impetit, & vasto discerpit vulnera morsu.
Cæde replet iam Lausus humũ, gaudetq; supræmis
Cladibus, atq; vltus, vitam finire cruorem.

Dum furit impatiens vitæ, totumq; ruina
Agmen agit, dextra qui tela sonantia torquet.
Hunc simul Vlrycus crudeli Marte furentem
Aspexit, contra aggressus, diuerberat hasta
Iam trepido femur, & vitalia vulnere grandi
Perstringit, cadit exanimis, nec verba loquenti,
Effugit in ventos vita, & se miscuit vmbris.
Vtq; viri casus, victriciaq; arma per ædes
Visa repente, omnis pubes, & Martia turba
Consternata fugit, teloq; in operta, relictis
Terga dabant templis, & forsitan illa fuisset
Vltima lux bello, nisi nocte oriente, tenebris
Tethys ad oceanum rapidum Titana vocasset.
Sic Phœbo fugiente acies, & pugna dirempta est
Deseritur cædes, spoliisq; superbus opimis
Ibat miles ouans, dux curru inuectus eburno
Ingreditur templum, atq; aras amplexus, & ignes
Prosequitur precibus, ponitq; immania dona.
Interea croceis fulgens Titonia bigis
Surgebat, vultuq; alpes lustrabat eoo,
Itur ad exequias, mandantur corpora terræ
Quæ sub Marte truci, & sæuis cecidere sub armis.
Munus vt exactum, supræmaq; funera fletis
Sunt data corporibus, tũc dux, fortuna sequẽda est
Inquit, & armorum iuuat indulgere labori,
Hæc vbi discedens confertum protinus agmen
Educit, pubemq; omnem petere ocyus altum
Præthenium iubet, & carris componere vallum.
Hic regio antiqua est, velut indicat alta vetustas,
Quam bello rigidi quondam domuere Cheruscæ,

Quorum Præthenius princeps (ſi credere dignũ eſt)
Vrbem præclaram ſtatuit, ſibi mœnia fixit,
Prætheniamq; ſuo dixit de nomine gentem.
Hæc demum voluente die, & labentibus annis
Phalſgraphidæ ceſſit, ſacræ qui munere tedæ
Auſpiciisq; olim tenuit dotalibus agros.
Dux ergo inſignem multis cum milibus vrbem
Obſidione præmit, tormentorumq; labentes
Turbine dilacerat turres, primasq; minaces,
Aeratosq; ruit laxa compagine poſtes.
At fama interea vt belli pernicibus alis
Nuntia Phalſgraphidæ Ludouici venit ad aures,
Præthenium petiit, fido comitatus Eolpo,
Qui ſimul atq; Aquilas, & ſigna micantia vidit
Sic ait, o quantum nobis hæc caſtra minantur
Exitij, quantasq; faces, noſtræq; ruinas
Gentis habet, prohibete nefas, auertite peſtem
Dij quibus in terris cura eſt, arcesq; Philippi
Deſpicite, atq; feri rabiem compeſcite Martis.
Dixit, & armatum celeri pede tranſit ad hoſtem,
Atq; acies inter graditur, læuesq; faciſſas.
Vt fuit ante ducem, & libertas eſt data fandi,
Incipit, egregiæ laudes dux Inclytæ, & ipſa
Quam medio exerces ſemper clementia bello,
Huc noſtros traxere pedes, gratumq; dedere
Vim tentare animũ, neq; enim facta abſore dictis
Arbitror, ad noſtras quantum fama attulit aures.
Quippe tua ad ſuperos tantũ nec geſta, nec ardens
Ferretur virtus, niſi te cœleſtibus aſtris
Inſereret pietas, operumq; exacta paterent,

Quare per Genium, Manesq; vmbrasq; tuorum
Linque oro has terras, tantis nec cladibus hauri
Immeritã gentem, & quando potes ipse, precantem
Solue metu populum, quæ tanta iniuria mouit
Dux animum? atq; vrbem fœcit fortuna nocentem.
O male Præthenio sunt his duce condita terris
Mœnia, nam primum sensere per arua cohortes
Romulidum, cum sæua feros bellona Cheruscas
Armauit, quondam rupto qui fœdere Chauco
Quintilium adiuncto fuderunt Marte latinum,
Quis modus o superi dabitur? nunq; ne malorum
Proculcanda dies? passi sumus omnia, tantum
Hoc superest, veniant Persæ, Parthiq; fugaces,
Marmaridumve genus, pronusq; in vulnera Mazax
Et quicquid Scythico claudit Mœotica Ponto
Interfusa palus, vnde est via prima profundis
Aequoribus, laxiq; patent per Nerea cursus,
Qui nostras rapiant terras, incendia captis
Vrbibus iniiciant, deprædatosq; sub hasta
Venundent populos. sed tu dux Inclyte quantum
Laudis habes vicisse vrbem, quæ semper inermis
Extitit, & multos pacem seruauit in annos?
Parua hæc ne tenta, maius tibi Iuppiter æquus
Destinat imperium, verum si tanta gerendi
Bella auidus, nescitq; pati aut succumbere virtus,
Hostiles per agros, Rheniq; per aspera, sæui
Littora, confertasq; acies, incendia, mortes
Verte illhuc vrbes, & iura reposce duello.
Quid ciues meruere mei? num finibus ignes
Ingessere tuis? raptosve vssere penates

Intelligit patrem Palatinum, quem non ignorabat potentissimum esse.

Non equidem tanti priſci ſtatuere coloni
Vrbem quàm bello laceras,fiducia victis
Non dum tanta viris,populum ad cõmercia dextræ
Dux trahe,ſuſceptiſq; precor iam deſine ab armis.
Dixerat,at cuneos vt vox eſt lapſa per omnes,
Placantur fera corda virum,clementia mulcet
Pectora ceu dulces Hyberno tempore nidos
Per mare veliuolum cum fœlix incubat ales
Alcyon,& fluctus ſedat fœtura marinos
Deſiſtunt venti,& veſana Propontidos ira
Subſidens,æſtusq; vado,monteſq; remittit
Vndarum,& facili patitur caua lintea curſu.
Tunc dux hæc contra ſedato pectore fatur.
Quod nos in veſtras bellum conuertimus oras,
Nil mirum patrias ſedes,noſtrumq; Philippus
Imperium rapuit,multum eſt q; fabula mundo
Errat de nobis cum raptis viribus acri
Inuidia exarſit,Lyndeſmitemq; nefandum
Iuuit,& in noſtros fines Thalacheron adegit,
Non fluit hoc animo,neq; cũ mihi quæro triũphos,
Antiquas repeto ſedes,& auita tueri
Iura volo imperij,Deus annuit,& mihi cœlo
Signa dedit,miſſo in crines Saturnius igne.
At ſi me nunq; Diuum mandata mouerent,
Oppidave,aut rapti bello confinia regni
Vrgerent pectus,ruere hæc ad prælia Cæſar
Sollicitat,ſequor hunc,nec non ſua iuſſa faceſſo.
Teſtor ego hoc caput atq; vmbras,cineresq; meorũ,
Nunq; hæc in veſtris geſſiſſem prælia terris
Me niſi traxiſſet raptarum iniuria laudum.

Verum tu postq̃ sedem, dotaleq; regnum
Restitui poscis, supplexq; in castra petisti,
Præbemus veniam populis, duroq; volentes
Soluimus a bello, pacemq; indicimus vrbi.
Nec piget oblatis donis certare priorem,
I fœlix, & solue tuam formidine pubem.
Finierat, tunc contra orsus sic talibus ille.
Vellem pro meritis magnas dux Inclyte, grates
Reddere, Dij superi testes mihi, sed fruar aura
Dum viuens, & ero postq̃ sub tartara lapsus,
Dum fluet oceanus, metuetq; sub æquore mergi
Arctophylax, Phœbiq; diem iubar afferet orbi,
Nunq̃ animo egregij labetur gratia facti.
Nox ruit interea, tenebrarum, & noctis opacæ
Interuentu, abiere duces, vltroq; citroq;.
Postq̃ pacta fides, heros velut humidus Auster
Subiicitur Ponto, vel cum nymbosus Orion
Saxonium inuadit pelagus, sic vndiq; signis
Effurit elatis, consumitq; omnia flamma,
Prosternitq; solo disiectis oppida muris,
Antiqui tandem Pesychæmi ad mœnia venit,
Qua vitreus Niceri Nagelia iungitur alueo,
Et late positis cepit circundare campis,
Tunc subito trepidare omnes, vt visa repente
Picta per herbosos figi tentoria campos.
Non aliter q̃ si terræ absorberet hiatus
Iactave funestam lampas consumeret vrbem.
Dum timor attonitos agitat, tunc prouidus aiax
Qui genus antiquis fertur duxisse Thuringis,
Prosilit in medium vulgi, dein talia fatur.

Vtendum est paucis inquit, produxit in arctum
Iam nostrum fortuna caput, tentanda salutis
Qua datur ipsa via est, en vndique cingimur armis,
Imque pares bello, tanque pecus abdimur vrbe,
Quare agite, & veris animos aduertite dictis.
Induciæ primum pugnæque vacatio tantum
Bisquinos oranda dies, neu buccina Martem
Excitet, admotaque ruant testudine postes.
Interea gelidas Iseris mittamus ad oras
Qui magno belli narrent exorsa Roberto.
Si feret auxilium, & fessis succurrere rebus
Ipse volet, duremus ait, Martemque feramus.
Sin aliter, iuncta feriamus fœdera dextra,
Vlrycum & læti nostram ducamus in vrbem,
Nunc vtrum vobis placeat decernite ciues.
Stabant ancipites, tandem in discrimine tanto
Inducias poscunt, dux annuit, ictaque vtrinque
Pax, bisquinque dies siluerunt arma, sequestro
Sub Ioue, & hostiles presserunt tela cohortes.
At vero armipotens mouit sua castra Robertus
Traustanium & multis cinxit legionibus vrbem.
Vtque acies visæ, vtque arma & fulgentia campo
Signa Palatini, trepidatum est vndique in vrbe.
Hi reparant murorum lapsus, hic caua tortis
Ballistis onerant, alius sub mœnibus ignes
Suscitat, atque sudes fuso succendit oliuo.
Ast alij aereas turres, pinnasque minaces
Ascendunt, palos, & tela immania tollunt,
Saxaque, plumbatasque, & auita erugine glandes.
Nec mora Phalsgraphides, attolli signa maniplos

Imperat,aggredierq; excelſam mœnibus vrbem.
Tunc cœlum & montes,ſyluæ,vallesq; profundæ
Intonuere,ſolumq; tremiſcere ſubter anhelans
Quadrupedantũ longe viſum eſt impete equorum.
Iamq; tribus fit pugna locis,iam miles acernis
Subnixus gradibus ſcandit,ſcutatus ad alta
Culmina murorum,contra feruentibus hoſtis
Depellit ſudibus,ſaxisq; molaribus inſtat
Phalſgraphidis, ardensq; oleũ ſuper arma profundit,
Occumbunt fortes animæ,necat Aſteriphontem
Funditor Aulibates,aſt Elor Ethyngius Heucho
Clamanti intorta fauces tranſuerberat haſta.
Sic cadit Eurynomes,ſic & deſultor Opæus
Euomit ille animam framea,ſed hic interit arcu.
Parte alia Alcynous,Naubleſq;,& Phadenius Phux
Mœnia dura ruunt tormentis,ardua moles
Prona cadit,longoq; horreſcunt ſaxa fragore,
At ſua Phalſgraphides portas impellit ad altas
Vexilla,euellitq; æratos cardine poſtes
Vt via facta,ruunt omnes,armisq; pauentem
Inuadunt vrbem infeſtis,atq; obuia cædunt
Corpora,ciuiliq; madent in ſanguine tela.
Dum ſæuit Bellona ferox,dumq; ira cruenta
Gliſcit,& vrbanam ſuperat vis Martia plebem
Phalſgraphidæ occurrit magno,laniata capillos
Turba nurũ,pacem lachrymis,veniamq; precatur
Procidua ante ducẽ,precibus qui victus,ab æſtu
Deſinit armorum,& victa dominatur in vrbe.
Nuntius interea Peſychemi mœnia linquens
Trauſtanium petiit,atq; obſignata tabellis

Offert magnanimo patrum mandata Roberto,
Quæ ſimul ac legit, curarum examine voluit
Diſtracto hinc inde animos, ſtant Norica cordi
Bella, nec auderet dotalem inglorius oram
Deſerere, & populos, dulcesq; relinquere terras.
Multa ſuper meditans ſecum, dein talibus hiſcit.
Non ita magnanimos primo ſuccumbere in ictu
Fortunæ, belliq; decet, frangiq; periclis.
Difficilis captu regio, ſublimia in auras
Mœnia tolluntur Nicerus quæ, atq; Entium vtraq;
Alluit in parte, & tenuis Nagelia cingit.
Addo arces etiam, duratos Marte labores
Quis veſtrũ ignorat? patrios vix agmine campos
Attigit Vlrycus, trepidatis quo pudor ille
Armorum ceſſit? Martisq; abiere furores?
At poſtq; ſic fracti animi, ſic perdita virtus
Hoſtem non armis, vllave laceſſere pugna
Eſt opus, at clauſis defendere mœnia portis.
Auxilio nobis dum belliger arma Boemus
Sumat, & extremo miles fremat excitus albi.
Cum primũ hic aderunt vrbem, veſtramq; iuuabo
Fortunam, perſtent ciues, duremq; labori
Interea, patriiſq; abigant a mœnibus hoſtem
Dixerat, at trepidam præpes feſtinat in vrbem
Nuntius, & coram ſimul ac data copia fandi.
Exponit reſponſa ducis, dum tempus inerti
(Nam biſquinq; rubens aurora reuexerat ortus)
Conſilio premitur, Decius volet agmine princeps,
Aggrediturq; ferox magnis clamoribus vrbem,
Cepiſſetq;, niſi penitus luctantibus Auſtris

Ingentes orti motus, quibus almaq; tellus
Fluctiuagumq; mare, & vestigia nostra sub imo
Oppositi contra, & manes tremuere baratri.
Tunc passim trepidare patres, sermoq; vagari
Talis in vrbe, dies cum crastina fulserit heros
Arma ciet, nostrosq; inuadet milite muros.
Heu quales gerit ille minas, nun præda vehemur,
Innuptæq; ibunt famulatum in castra puellæ.
Quin pacem æternam patriæ, magnumq; vocemus
Heroa in fœdus, sic passim verba feruntur,
Et circum aereos pubes cubat anxia muros.
Interea exoritur iubar omnipotentis olympi
Tunc pugna diffisi animi, iuuenesq;, patresq;
Pergunt ad portas, ingentiaq; æra resoluunt,
Victoremq; ducem, & florentes ære cateruas
Accipiunt læti, curruq; inuectus eburno
Iuramento adigit populos, fœdusq; sacratum
Teutonico de more ferit Retheius heros.
Inde Leostenium sinuosi ad Cocchenis vndas
Inuehitur, tunc sese vrbesq;, arcesq; videres
Dedere victori, nec non Vespergon, & vdis
Condita Iastadij Mechymdia mœnia ripis
Vi capit, & tandem defessus Marte quieuit.

FINIS.

LIBRI SEPTIMI ARGVMENTVM.

Langraphij Hassiæ gesta narrantur, quem furiosum aliquantulum fuisse Poeta introducit. Is ergo cum exercitu Chaubos, oppidum Rheni inuadit, qui præsidia Heluetiorum babebant. Ibiq; nonnulla de Heluetiorum dinocratia. Inde Langraphij oratio militaris de inuadendis muris noctu, pugnaq; atrox describitur. Cumq; fere uictor Langraphius uideretur, imbri, tonitru-

q; exterriti Langraphidæ in castra redeunt. Ilicet dux moræ impatiens, castra mouit, Odenhemium inuadit, Stheniumq; oppida. Inde Vrsino in monte trophæa ponit. elatus gloria iterum Chaubos repetit, eiusq; stratagena describitur, pugnaq; cum triginta Chauborum exploratoribus. Sequitur prępara tio pugnæ naualis. Interea Sunebergh cum Gesseltum occupauisset, a Palatinis illic oscitabundus capitur. Simulq; Chauborum nauale a Langraphidis comburitur. Chauborũ oratores centum Budorium petunt, nauesq; auxilio deducunt, sequitur pugna naualis in Rheno, & Pallantiæ turris Rhenanæ origo. sed uoce Deum audita Hassiadæ, & tonitru exterriti, classem ad littora uertunt.

AVSTRIADOS LIBER VII.

Nterea abnobiis deduxerat agmĩa syluis
Langraphius dux, sceptra tenens qua magna Thuringis (pit arua.
Hassia contigua est, & Bructera susci-
Hic armat ter mille equites, passimq; vagatur
Marte furens, & cuncta quatit, nec viribus vllus
Par erat, aut mediis quisq; violentior armis.
Non aliter Nysæ frenatas vertice tygres
Thyrsigeramq; nigros pubem commouit ad Indos
Bacchus, & armatas in bella Mimallonas egit,
Hinnit eques, pulsatq; solum, tremit omnis ab imo
Tellus, ipse ferox, acerq; in prælia turmas
Instruit, & Rheni positos in littore Chaubos
Inuadit, vallumq; locat, dein bella per vrbem
Chauborum indicit, famaq; exterritat hostem,
Gestarum cuius rerum se tollit olympo
Gloria, quantũ armis, quantũ supereminet omnes
Ingenio, haud vtinam furor & violentia Martis
Tanta foret, mediis victor fulsisset in armis
Venturumq; sibi nomen peperisset in æuum.

Iam Thartessiacas demersera tora sub vndas
Occiduus Titan, somnusq; animantia habebat.
Chaubis nulla quies, senio pars arma situq;
Pars clypeos mũdant, Chalybumq; in Marte trilices
Instaurant, velluntq; altis ex montibus ornos,
Hi fossas ducunt, circundantq; aggere muros.
Prospectant alij latas ex vrbe phalanges,
Miranturq;, pauentq; simul, spesq; omnis in ipsos
Versa erat Heluetios, primũ quos liquerat vrbis
Custodes, remeans ad Norica regna Robertus.
Hi tragulis ruere in pugnam, & torquere nocentes
Mazaras sueti, bellatoremq; vocare
Alcidem votis, & duro tympana trunco
Quassantes in fata ruunt, nulloq; pauentes
Turbine bellorum, genus insuperabile pugnant.
Aurifero (vt fama est) riparum margine Rhenus
Qua ruit ore tonans, illic sua regna gubernant
Saxosasq; habitant valles, qui viribus acres
Auxere imperium, transq; alpes iura ministrant,
Præclarasq; regunt Italis in finibis vrbes.
Iis igitur curæ est pro muris cernere bello
Deligere excubias, & aperto marte phalanges
Condensas struere, & titubantẽ accendere plebem
At contra lustrare locos, murumq; videre
Langraphius, qua parte queat trabe frangere dura
Mœnia, & antiquas arces diuellere fundo.
Nox erat, & proceres vocat ad tentoria primos
Vlrycum saxona, ducemq; Kunystea belli
Dein tales promit sedato pectore voces.
Cernitis o socij quanto rapienda triumpho

349

Vrbs datur hæc nobis, nihil est meminisse peracti,
Quid refert rudibus moliri incendia villis,
Agrestes populare domos, & prædia ferro
Incolumes tantum sultis modo linquere cubos?
Hic decus, hic laus est, proceres agite horrida tela,
Et frameas vibrate manu, vel more parentum
Feruida teutonicis properate in bella Cathæis.
Quis pudor, & belli & laudum neglecta cupido,
Ceruicem oblatis vetat obiectare triumphis
Nos bellona vocat, suadentq; silentia noctis
Inuasisse vrbem, crapula, somnoq; sepultam.
Dixerat, & tacitos flectens ad mœnia gressus,
Incustoditos scalis inuadere muros
Cepit, vbi excelsum surgentibus aera pinnis
Culmina frangebant murorum, peruia nulli.
Dumq; ea molitur, quernæq; minacibus hærent
Parietibus scalæ, & muros subit vnus, & alter
Pondere franguntur ligna, & deiecta cadentum
Scuta dabant sonitũ, vigilemq; it rumor in vrbem.
Vt casus miserum, & longum gemuere ruinæ
Ignari trepidant. Alij inter tela ruebant,
Accendunt alij tædas, & noctis opacæ
Discutiunt tenebras, clamant matresq;, nurusq;,
Formidantq; viris, fraudumq; ignara iuuentus
Cursitat huc illuc, tandem Leucontius Andes
Antiquis prognatus auis, Leucisq; profectus
Anteuolans, cristas & scuta nitentia vidit,
Et scalis iterum muros ascendier altos,
Atq; locum inuadit, multosq; a culmine turbat,
Vociferans huc arma viri, depellite vestris

Mœnibus hostiles dextras. En vndiq; nostros
Miles habet muros, his dictis ingruit hosti,
Tunc subito Heluetij Chauborum ex arce ruentes
Plumbatis armata cohors, trabibusq; præustis
Instaurant animos, alij insultantia Bebris
Agmina detrudunt, & pila tricuspide ferro
Euibrant equites, quo vllum non sæuius ictum
Telum infert, cum sese hostilibus applicat armis.
Saxa alij iactant, semifractasq; columnas,
Hos timor audaces, & mortem temnere bello
Desperata salus cogit, longisq; Cathæis
Vociferantem altis pellunt de mœnibus hostem.
Parte alia ærisono portarum in limine primi
Certant Vlrycus saxon, ductorq; Kunysteus,
Nec non sanguineo indignans effulminatense
Langraphius, contraq; iubet ruere agmina muros.
Diffugiunt omnes, iam propugnacula victor
Miles habet, trepidi linquunt iam mœnia Chaubi,
Cum subito tenebras optata crepuscula Phœbi
Expellunt, reserantq; dolos, tunc rursus ab alta
Arce globus iuuenum magno clamore repellunt
Langraphidas, gliscitq; atri vis ignea Martis,
Et iam dux aderat, scalisq; innixus acernis
Aggreditur muros, qui postq; mœnia vidit
Deserta & fugere, & victori cedere Chaubos,
Armatam excutiens dextram, dat signa flagello
Impeteret latos tormento vt machina muros
Turrifragis aries extemplo cornibus, alta
Saxa quatit, pinnasq; trahit ceruice reuulsas
Vltra autē rapidum, qua Belgica littora, Rhenum

342

Feruida flammatos efflabant æra molares.
Nam ſimul horrendo pulſantur turbine cautes
Territa anhelat humus,cœlũ,nubesq;,fretumq;
Aſtupet,& Nymphæ ſubeunt vada Rhenides ima.
Pugnatur paſſim,euaduntq;,tenentq; potentes.
Langraphidæ muros,vrbem timor angit, vbiq;
Concurſum.hic telo in pugnam ruit Ardennæo
Hic volat Hercyniis condenſa per agmina truncis,
Fert Glycias haſtam,cæſtu Pythis,Idor acernis
Ingruit Hæmathio cædi de more Saryſſis
Fuſtibulum Thermonta iuuat,quo torquet in auras
Saxa,& vulnifico committit bella flagello
Exclamant pauidæ matres,& culmine ab alto
Antiquas iactare trabes,caſusq; domorum,
Dumq; furor Thermonta agitat,ruit obuius Idmon
Qui Byturix genere,& patria,ſed cæde parentum
Exilio damnatus erat,deuictaq; viſens
Regna Sycambrorum multos latuiſſe per annos
Fertur,nec ſceleris ſoluiſſe piacula tanti
Hic tegere incocto taurorum tergore crines
Villoſoq; ferox corpus Centone ſolebat,
Qui cernẽs Thermonta procul,volat impete vaſto,
Et iuuenem telo moribundum ſternit arena
Vociferãs Thermon,quis me adiuuat,Idora ſemper
Idora commemorat,repletq; vlulatibus auras.
Non ſecus Aſcanij in nemore Amphitrionius heros
Incautum clamabat Hylam,curuæq; ſonabant
Dilectum valles,Spelæaq; ſaxea nomen.
Dum gemit infœlix Thermon volat Idor,& inquit
En Thermon,en vltor adeſt,nec plura locutus,

Vibrans Aemoniam dextra impellente Saryſſam
Torquet,& effractis tranſuerberat Idmona coſtis.
Hic cadit exanimis,rupto pulmone cruorem
Euomit,& largo fœdatur ſanguine tellus.
Dumq; gerit Thormonta humeris pius Idor,ab alto
Saxum horrendum ingens,& ineuitabile pondus
Corruit,& medio defixit vertice vulnus.
Non ſecus ac ſcopulos ſummis de montibus vndæ
Ingenti feriunt caſu,conuulſaq; ad imum
Saxa ruunt,plantæq; ſimul,taxiq; minaces,
Ille cadit per prona miſer,fractoq; cerebro
Ilico purpuream moriens euaſit ad auram.
Occurrunt ſocij Telamon,Lartesq;,Procasq;
Haſſiadum proles,quos inter Martia tela
Dux flagrans animo vocat alta ad prælia voce.
Hic armis grauior,ſcutumq; & fiſſile robur
Vibrat,& ærato defendit caſſide crines.
Et iam victor erat,cum deſuper ignibus atris
Intonuere poli,creberq; e nubibus imber
Deſiluit piceis,& nox præuenta tenebris
Vtramq; inuaſit magna formidine pubem.
Hi repetunt arcem,fugit ad tentoria miles
Haſſiades,cœlumq; timet,flammasq; tonantis.
Dux tamen impauidus,quis em̃ non ceſſerit aſtris?
Diſperſas recipit turmas,reditumq; repente
Imperat,& foſſis muniri,atq; aggere vallum.
Et iam ſub nigro turbata tonitrua cœlo
Deſierant,Phœbiq; iubar rutilantius ibat,
Feſtini redeunt ad propugnacula Chaubi
Diruta,& euerſam mirantur ab ariete molem,

Ilicet inſtaurant muros, foſſasq; profundas
Educunt, atq; arma parant, ſtat mœnibus altis
Horrida ſulphureis feruens balliſta ſagittis
Monſtrum infame, atrox, quo dirum Iuppiter olim
Encaladum ſtrauit telo, magnumq; Typho ea,
Quē nūc flāmiuomis ardēs premit Aethna cauernis.
Hæc frangit ſcopulos, ac ſæua incendia miſcet
Vulneribus, montesq; volans tranſuerberat altos.
At contra dux ipſe moræ in diuerſa trahebat
Impatiens animos, mediaq; in nocte refigi
Signa iubet, totisq; acer legionibus vrbem
Pergit Odernehemum, Druſiq; inuectus in agros
(Sic memorant vbi buſta ducis, ſubiectaq; moles
Viſitur, aſcitis quæ dat cognomina terris)
Caſtra locat, bellumq; indicit protinus vrbi.
Nulla mora inuadit muros, contraq; ruebant
Nequicq; ciues, fractisq; effulminat heros
Obiicibus portarum, & in arma cruenta, virosq;
Prorruit effoſſos, paſſimq; miſerrima cædes
Aeditur, iniectæq; abſumunt omnia flammæ,
Sic victor præda, & ſpoliis diſceſſit onuſtus
Vangionumq; petit littus, dux turbinis inſtar
Et Sthenon aggreditur, citiusq; caſtra locarit,
Vi potitur muris, vltraq; minantia Rheni
Vexilla inuexit ripas, montemq; reuiſit
(Vrſinum dixere patres) vbi dura laborum
Erectis poſuit victor monumenta trophæis.
Iunxerat interea velox ter cornua Phœbe
Noctiuagis inuecta rotis, luſtrabat olympum,
Nulla duci conceſſa quies, iterumq; cruenti

Mens agitat molem belli, dolet, & sua Chaubos
Arma pati impunes, quando iis victoria belli
Integra diripitur, sic secum, & luce reuecta
Castra mouens iterum Chauborũ ad littora pergit.
Iamq; furens aderat. curæq;, iræq; coquebant
Ingentes animos, quo pacto inuadere muros
Possit agit secum, nunc huc, nunc fluctuat illuc.
Qualis ab Inoo surgit cum turbida Ponto
Tempestas, voluensq; fretũ, nunc verberat ortum
Nunc ad Amyclæi Nilotica regna Canopi
Fœcundam Aegyptum torquet spumãtibus vndis.
Talis erat dux ipse animũ, mentemq; volutans
Pene sibi haud constat. tandem placet ire, oculisq;
Perlustrare vrbem, sed qua via tutior esset
Ignorat, versatq; dolos secum, & sibi vestem
Induit agricolæ, qualis prope littora Rheni
Vberibus frangit glebosa noualia sulcis.
Exin dux solus Chauborum pergit ad vrbem
Et moles spectare nouas, atq; omnia circum
Perlegere ille oculis, cratemq; annectere muris
Vimineam, & madido portas prætexere tergo
Effusam cernit pubem, intentusq; virorum
Sollicitum miratur opus, versatq;, trahitq;.
Dũ per cuncta oculos, properat qua vortice Rhenus
Voluitur assiduo, & resonantia saxa cauernis
Verberat, & crebris amfractibus alluit vrbem.
Illic vasta quies, paucisq; habitata colonis
Pars erat, atq; vllis incustodita patebat.
Pro muris stat fossa ingens, quæ gurgite laxo
Excipit inuectas Alpini fluminis vndas.

344

Hic ſub rupe caua,& pendentis fornice ſaxi
Biſſenas religant Lintres,totidemq; Lyburnas
Ad belli caſum,& placida ſtatione triremes
Vt vidit nauale vetus,facilemq; ſubinde
Oſtentari aditum,qua cæca abſumere nocte
Antiquas poterat flammis violentibus alnos,
Hinc repetit caſtra,interea deuexerat vmbras
Nox terris,tacitoq; micabant ſydera mundo.
Nec mora,terdeni Lunæ per opaca feruntur
Deliquia armati pedites,ſyluisq; ſub altis
Conduntur,qua parte datur proſpectus in hoſtem,
Exploraturi quæ ſint munimina vallo,
Qui vigilent,quive arma parent,dũ ſingula furtim
Rimantur,pulſusq; pedum,denſusq; reſultat
Armorum fragor,& murmur diuerberat aures.
Magnanimi Herois cupit ire & cernere cauſas
Nocturni ſtrepitus,quæve illis agmina ſyluis.
Antiqua in nemore,atq; ingens erat Aeſculus atro
Quæ tantum ad Manes imos,ac tartara mittit
Radices,quantum ramos per nubila tollit
Illinc nodoſum dependens caudice robur.
Ad terram euulſit,nec ei ſors dextera facto
Defuit,alituum obtenta ſub nocte tenebris
Præſidio eſt vſus,quorum fulgente per vmbras
Remigio alarum,& iactis per compita pennis
Nocturnum molitur iter,plu masq; ſecutus
Pendentem vidit Galeam,criſtasq; micantes
Arboreo in trunco,qualis cum obtexitur aer
Iam pleno Phœbe micat inter nubila vultu.
Poſtq; ſic fama eſt, Ophobergia mœnia Cæſar

Vicit,Pryſchauiosq; inuaſit milite campos,
Hoſtiles cuncti exuuias,& opima ferebant
Squallentes auro galeas,nitidoq; Orechalco
Et picturatis ſplendentia cingula bullis.
Pars teretes ocreas,& ſcuta recurua ſecures
Pilaq;,pars clypeos patrias referebat ad oras.
Magnus auis,Atauisq; potens,& belliger Oſtreus,
Dum repetit Sueuos,dirũm & mirabile monſtrum
Apparet ſylua in media.quo non fuit vlla
Importuna magis labes,quam Sarmata telis
Et niue durati,nequeunt ſuperare geloni
Hunc veteres dixere vrum,qui per nemora alta
Taurinis crudeſcit cornibus,& ferit aſtra.
Quem ſimul ac vidit,ſubito per membra cucurrit
Infandus tremor,& vox faucibus hæſit anhelis,
Non ſecus imbelles Aquilam timuere columbæ
Aut fuluum paſtor populantem armenta Leonem.
Iamq; aderat monſtrũ infrendens,ratioq; ſubinde
Nulla fugæ,inuentaq; piget,nec tendere telo
Audet in aduorſum,tandem ſic vltima ſemper
Cura Deum,& pietas extremo eſt indiga cœli,
Oſtreus extollens duplices,ad ſydera palmas
Iuppiter omnipotens,inquit.qui fulmina torques
Et nutu mortale genus,mundumq; gubernas,
Da precor auxilium,ne noſtra inuiſcera peſtis
Sæuiat,aut cornu miſerum diſcerpar adunco
Has tibi dilecta exuuias,monumenta laborum
Suſpendam quercu,nec non cum limina primum
Contigero patriæ,noſtris cadet hoſtia cultris
Et centum ducam tauros ad ſacra volentes

Sic fatus querno suspendit munera trunco
Audiit ista tonans,& nigri fulminis ignes
Excutiens dextra,iecit Summanus ab alto,
Ingentemq; ferit telo inter cornua taurum.
Ille cadit resupinus humi nemus omne tremiscit
Saxa tonant,imæq; omnes dant murmura valles
Non aliter succisa ruit de montibus ornus
Antiqua insternit plantas,& caudice duro
Dat sonitum,fractæq; gemunt sub pondere cautes.
Sic victor diuum auxilio,sua munera liquit
Chaonia in quercu,& patrias remeauit ad oras
Incolumis,sacrosq; Ioui instaurauit honores.
Hancigitur galeam capit imperterritus heros
Langraphius,syluaq; habitent homines ne,feræne
Inquirit,tacitumq; petit per opaca tumultum.
Iamq; aderat,præsensq; viri quo pergitis inquit,
Quidve armis densatis iter? nun tuta per vmbras
Est via? pro scelus infandum.nec plura locutus
(Norat enim Chaubos scrutatum castra petentes)
Insultantem acri percussit Pocryda nodo
Hic cadit,atq; animã mistam cum sanguine fudit,
Concurrunt socij,Phlegyas,durusq; Thylemon
Et senio iam canus Atax,vultuq; superbus
Euronios,ducens genus a saxone vetustum,
Inuaduntq; ducem,sic cum pluuialibus Hædis
Ionio in magno fluctus agitantur,& altos
Compulsant scopulos,fremituq; in saxa feruntur,
Stant tamen immotæ cautes,cursuq; refracto
In sese redeunt vndæ,victæq; residunt.
Haud aliter Phlegyan,sæuũq; Thylemona,& acrem

Euronium fur or impellit, ruit ille bipenni,
Vulnificas iacit hic Theutisco more Catheias,
Durior ille tamen scopulis, solidoq; adamante
Stat contra, truncumq; vibrat, visoq; recedit
Lãgraphio tremebũdus Atax, pauidusq; Thylemon.
Non tulit hoc Dorylas, proiecto sed pede telum
Contorsit vehemens, secat aera stridula cornus
Et rude vulnifica tegumentum cuspide frangit
Magnanimi Herois, sed non tulit illa cruorem,
Reiicit excussam dux ilicet, & dolor intus
Aestuat, & nigro sudant præcordia felle,
Impatiensq; iræ furit, & Ramalia quassans
Vno, treis animas ictu sub tartara misit.
Inde petit Phlegyan, qui pelle Alpinidos vrsæ
Protectus, binis comittit prælia Gæsis.
Quis te ait, eripiet nobis? truncumq; reflectens
Ad caput, ingeminat vires, & tergore fracto
Inuadit costas, iamq; ad præcordia lapsum
Crudescit vulnus, gelidis mox eruta venis
Effugit Manes anima indignata sub imos.
Pergit victor ouans, qualis fame concita tygris
Armenium pecus inuadit, nunc ore cruento
Agrestem ruit in taurum, nunc impete vasto
Turbat equos, solidã trepidans quatit vngula terrã,
Excelsosq; petit montes, & flumina tranat.
Haud aliter gliscit timor illis, inde per alta
Culmina diffugiunt, stat solus Marte Cleobus
Inuictus, reuocans fugientem in prælia cubum
Hic etenim (vt memorant) pellectus amore Cyenes
Chaubigenæ, extremis Mysorum venerat oris

(Namq; illic regnasse ferunt) fratriq; relicto
Imperio, vt belli casum præsensit Amatæ
Venit in auxiliũ, quid amor non imperat, audet
Imbellem ne vnq; post fata reprænderet hastam,
Degeneresq; animos, sæuum ruere acris in hostem.
Ac prior aggressus, vibrat telum inde sub alam
Vulnus agit dextram, sanguis fluit horridus atro
Ore minis oculisq; tumens, vinci dolet heros,
Instat atrox, pugnæq; ruit, roburq; coruscat,
Hic molem refugit saltu, & se subtrahit hosti.
Et noua bella parat, volat igneus æquoræ syluæ
Nunc costas feriens, nunc crura, parumq; moratus
Respicit ingentes artus, visisq; tremiscit.
Tum vero haud aliter scopulosa ceraunia tranans
Venantum telis sus Epirotica sæuit
Et fremit horrendum, calidoq; effulminat ore,
Protinus irarum frendens retinacula soluit.
Sic heros, viresq;, æstusq; recolligit alto
Marte furens, teloq; ferum ferus impetit hostem.
Mons erat excelsis scopulis, & cautibus horrens
Vnde æuo lapides consumpti, & fragmina ad imum
Corruerant, illinc ingenti pondere saxum,
Quod vix quinq; viri, quos præsens protulit æuũ,
Tollere humo possent, adeo natura relabi
Cernitur, inq; dies consumi degener ætas.
Corripuit, vibratq; altum, tremuere profundæ
Ad iactum valles, medioq; vmbone pependit
Saxum ingens, teloq; hostis discussit habenas
Labitur exanimis, ruptoq; adaperta cerebro
Fit cutis, & moriens charam vocat ore Cyenem.

Interea & miseri iam singultantia corda
Purpuream eructant animam, quæ lapsa sub ima
Tartara, defunctos Manes, sociosq; reuisit.
Dispulerat noctem nostro Sol aureus orbe
Igne nouo, Croceisq; fugauerat astra quadrigis,
Vulneribus data cura ducis, deinde ordine narrat
Consilium, Martisq; dolos, & fortia facta.
Nec mora succidi teretes de montibus ornos
Imperat, & trabibus celeres contexere naues.
Efficiunt mandata citi, subit ille per alta
Syluarum, remosq; rudes, & transtra recidit,
Compinguntq; foros alij, longosq; rudentes
Intorquent, spirasq; immanes explicat Othreus
Insignis faber, & cæsa erigit Abiete malos,
Feruet opus iuuenum, passim crescitq; videndo.
Non aliter missam voluunt incude Cyclopes.
Sicania ardentem, magnus nouat ægida Brontes
Palladium, & sæua componit Gorgone crines,
Fulminei Steropes Iouis ignes, Martia frena
Feruidus, atq; Harpen Saturnida conficit Arges.
Stant alij ad folles, obseruat Mulciber ictus.
Et maturat opus, formataq; temperat arma.
Instant sic operi iuuenes, secat ille bipenni
Robora, & annexa rimas compagine iungit.
Hic clauum figit, auget præsentia vires
Langraphij, laudatq; manus, seruatq; magistros
Ante opus, ij celeres subiecto robore naues
Impellunt tereti, aut humeris vecta innatat alnus.
Dum noua sic classis, naualiaq; arma parantur,
Alberti iussu Sunebergius occupat heros

Geisenfelt in quo a Palatinis Suneberg captᵒ.

Gesseltum dixere locum, fraudemq; timeret
Cum minime hostilem, nullas circundare muros
Excubias noctu, aut portas custode teneri
Iusserat, it passim Tyro, atq; ignobilis ocij
Cura tenet miseros, nec plus meminisse peracta
Bella iuuat, cœloq; ingentem extendere famam.
Hæc cum Gorgiæ (quis enim solertior illo)
Explorata forent, illuc per in hospita tendit
Clam loca, & ignauum fertur violentus in hostem.
Vix ergo roseas surgens aurora iugales
Impulerat, creperiq; albebant temporis vmbræ,
Ecce autem infestis, vino, somnoq; sepultos
Inuadit telis Gorgias ductor, at hostem
Vt sensit vecors armatum miles adesse,
Qui potuere fugam rapiunt, Suneburgius heros
In media arrepto dum prorruit agmina pilo,
Vi capitur, sic miles ouans, spoliisq; superbus
Captiuis, prædaq; ingente recessit onustus.
At vero armipotens Rhenana ad littora classem
Langraphius propere belli fabricauerat vsu,
Qui mox delegit iuuenes, fortissima bello
Pectora, dein breuiter quæ sint peragẽda profatur,
Ite ait, & flamma Chauborum amburite classem
Quæ sub rupe caua, atq; annosi fornice saxi
Adsilet, & tuta vndarum statione quiescit,
Vasta vbi pars vrbis, nulloq; habitata colono
Fœlicem facto vobis accommodat vsum.
Dixerat, at flammis audax armata iuuentus
Transiliunt vallos, ac per compendia nota
Intenti ad facinus mussant, classemq; requirunt.

Iamq; globis flãmarum aderant, tũc primus Aretes
Accelerate gradum socij, sic talia fatus
Fumiferum intorquet telum, ratis vncta calore
Liquitur, inq; vado laxa compage residit.
Haud aliter mediis pressis de nubibus ardor
Saxonias vrit pinus, voluitq; sub vndas,
Vnanimes alij iactant, tædasq;, sudesq;
Vulcano populante rates, furit ignea pestis,
Nunc tonsas, nunc transtra cremans, lateq; vagatur
Fumiuomus vortex, orasq;, & vela perurit,
Rostra alij resecant, alij de rupibus altos
Corripiunt malos, vertuntq; in flumine puppes,
Iam crepitare ignes, fumusq; vndare per vrbem
Densus, præfurua replens caligine muros.
Excitæ excubiæ, subit ad fastigia pollux,
Agnoscitq; dolos, & cornu personat vnco.
Tunc subito armati trepidant, facinusq; requirunt.
Langraphidæ classem incendunt, & littora circum
Collucent flammis inquit, ferte obuia tela.
His dictis tota cunctos ex vrbe ruentes
Aspiceres, sed nigra timent spectacula noctis,
Pellereq; infandos audent, nec puppibus ignes,
Sed longe spectant, veluti cum Martius agnos
A stabulis lupus eripuit, stat pastor in alta
Formidans specula, & nequiccq; voce minatur.
Vritur interea classis, vastoq; sub amne
Mergitur, & facibus rupes, scopuliq; tepescunt.
It clamor cœlo, pueri, innuptæq; puellæ,
Exanimis postq; cunctis pauor omnis abiuit
Ad littus properant, replentq; vlulatibus auras.

Desierant ignes, planctumq; cohercuit ægrā
Chauborum pubes, spectant vada turbida fumo
Nullaq; discernunt priscæ vestigia classis.
Interea residens sublimis in aggere pollux
Instabat cornu, reditumq; canebat ad vrbem,
Discedunt mœsti, fluuiumq;, & littora linquunt.
At iuuenes cæra freti caligine noctis
Castra petunt, dominũq; adeunt, ac magnus Azees
Q̃ primum vt breuiter coram data copia fandi,
Cuncta refert, pendentq; alij, spectantq; loquentẽ,
Dux gaudet facto, ac lætus sic incipit ore.
O animæ insignes bello, sic itur ad astra,
Pergite & auspiciis vosmet seruate secundis,
Et mecum belli quæso tolerate labores,
Afferet vna dies, post victa pericula nobis
Post domitos casus, requiem, metamq; laborum,
Qua diues cernet raptos ex hoste triumphos
Hassia, & Abnobiam pubem laudabit ouantem.
Dixit, & hæc voluens animo nihil abfore credit
Quin vrbem capiat Chauborum, & classe parata
Ingentes pinus, vnctasq; innare carinas
Aurifero in fluuio, & spumantes æquore remos
Aspiceres, fluctusq; imo feruescere fundo,
Nec mora cæruleis verrebant flumina tonsis
(Alpinus, Thrasyasq; Lygur, Mysusq; Ephialtes
Codrus, & Hercynio duratus frigore Phorcys)
Non aliter tonsi veniunt ad bella Britanni
Nauibus euerrunt qui versicoloribus vndas.
Ipse super tanta præfectus classe, tribunos
Eligit Argæon qui nauibus Andecrinis

Præsideant,aliis clauum data cura regendi.
Dumq; aptant classem,& fluuio compellitur alnus,
Centum oratores festini montis ad oras
Budorij trepidant,miserandæq; ordine coram
Cõmemorant casus vrbis,stragemq; suorum,
Exustasq; rates,nec non naualia Rheno
Prælia moliri Hassiadas,fluctusq; sub alnis
Feruere iam totos.quare per numina Diuum
Implorare fidem,qua magnum Heroa secuti
Phalsgraphidem,vtq; fero possint obsistere Marti
Auxilium expetere,& facto sic fine silebant.

Budorij Heidelberg intelligit ex Pto.

Talibus at contra verbis sic incipit heros.
O vtinam nostras solus mouisset ad vrbes
Langraphius,tantumq; effunderet Hassia turmas.
Non equidem vestros fregisset machina muros,
Nec circum Abnobiis tepuissent littora flammis,
Cæsar adest,vetitumq; mihi per bella,per hostes
Obiecisse caput,vestrisq; occumbere campis.
Vos seruate fidem,req; ipsa,opibusq; iuuabo.
Nunc ite,& nostræ retinacula scindite classi.
Nulla mora his dictis,vicina ad littora tendunt,
Deducuntq; alto varias e gurgite naues.
Extemplo repetunt Chaubos,iam præpete cursu
Euolat vncta abies,ceu torta Cydonia fertur
Cornus,& Eoos stridens præuertitur Euros.
Iam mali apparent longe,iam carbasa cernit
Alta ex arce Gyas,cornu vocat vndiq; ciues,
Classis adest inquit,currunt pueriq;,viriq;
Fœmineumq; imbelle genus,stant littore curuo,
Suscipiuntq; rates,& contis vincula nectunt.

349

Vt fama Hassiadum percussit certior aures
Aduenisse nouas cuborum ad littora pinus,
Mussabant cuncti, formidantesq; repente
Voluunt huc illuc animos, totisq; vagantur
Castris, quos inter surgens violentior heros
Tales expromit voces, ac turbidus insit.
Nunc vbi de vestris, vbi nunc iactantia verbis
Cessit? vbi vires laudumq; accensa cupido?
Aduenere rates, fugiamus ad Hassia regna
Indecores, nostrisq; iterum occultemur in oris,
Scilicet vt fausto de nobis Marte triumphet
Hostis, & alterius fiat victoria belli.
Iam parta, & tanti rapiatur fama laboris.
Dixit, & auersus cunctis se subtrahit, inde
Loricas auro intextas nitidoq; orichalco
Induit, & tortos contexit casside crines
Fert vibrans hastile manu, sic percitus ira
Armatum ruit ad littus, classemq; parari
Imperat, & lituo signum dare Martis adunco
Aenopylum, pugnaq; animos accendere cantu.
Vt sonitus strepuere graues, & tessara belli
Promulgata omnis pubes volat, armaq; passim
Conclamata, gerit falcem hic qua carbasa possit
Scindere, & in fluuio spumantes mergere puppes.
Teutonicas alij gestant de more bipennes,
Hij contos, Naphthamq; parant, tædamq;, picemq;
Et saxa & Pharetras, & acuti fulminis ignes
Aeratis aptant ratibus, naualeq; bellum
Accelerant auidi, & circum caua littora complent.
Et iam fama volat, & tristia nuntiat arma

Langraphidas armare rates, bellique dedisse
Classica venturi. tunc Chaubi ad littora pergunt,
Expectantque acrem rostratis puppibus hostem.
Tollitur in vasto turbati flumine Rheni
Sublimis scopulus, quem desuper ardua turris
Ad cœlum erigitur, Chauborumque imminet vrbi
Namque vt fama vetus, remeans Tirynthius oris
Alta Erythia tuis, & regis victor Iberi
Trans Pyrenæos montes, ad flumen abegit
Rheni armenta boum, pauitque in littore tauros.
Et molem erexit mediis in fluctibus altam
Factorum monumentum ingens, sociique sepulchro
Quem secum Arcadio deduxit Pallantæo
Seruat adhuc priscum turris Pallantia nomen
Hæc frustra tentata diu, tremefactaque duro
Langraphio, solida est & acutis cautibus hæret.
Huc ergo lapidum cumulis armata iuuentus
Læta subit pugnam, naualiaque orsa moratur.
Interea Abnobiis impellitur ardua remis
Vncta larix, & sulphureis horrenda sagittis
Hassiades scandunt ad propugnacula turmæ.
Hostica stat contra nauis, primumque Dryopas
Aggreditur cornu, rostrumque minante Lyburna
Dirigit, & contra propulsas atterit alnos,
Hoc pugnæ exorsum, hæc vdi mauortis Enyo,
Nec mora prærupto tolluntur gurgite voces,
Aeratæque volant agitata per æquora pinus,
Dux proram sinuat, vasto dein impete fertur
In Pocryn, qui summa tenens fastigia turris
Sulphureas intra iactat tabulata cupressus,

350

Vnde rates(mirum)mediis in fluctibus ardent.
Hunc calamo,qualem pubes Ryphæa,veneno
Armat, & hostilem diuerberat Aegida Byzas,
Transadigit,cadit ille alto moribundus,& æquor
Ebibit,atqꝫ animam spumantibus occulit vndis.
Tunc subito exanimes socij,dare lintea retro
Conantur,sed longa Abies,dum remige velox
Effugit ad littus latebroso pumice,fracta
Mergitur,ac fluctus laxa compage receptat.
Vrinant vasto demersi gurgite nantes,
Fluctuat hic tabulis,pars fragminis Antennarum
Aut mali frusto insidunt,natat Orphiton æquor
Aerato inuectus remo,Leucusqꝫ Phonartes
Per medios audax vncta trabe labitur hostes.
Ecce autem summo præpes de flumine Pistris
Pellitur,atqꝫ æquor Rheni secat ære bicornis
Huic Phorbas præerat,teloqꝫ armatus hiulco
Proclamat longe,remis vada scindite ciues,
Armatasqꝫ inferte manus,en quantus in alta
Puppe volans dux ipse furit,iam mergimur vndis
Ni vos præstetis solitas in prælia vires.
Dixit,& ardentem nixus pede lampada torquens
Prorruit ingenti rostro,retroqꝫ repellit
Abnobidam nauim,veluti cum fluctibus ipsi
Pelluntur fluctus,aut densus grandine nymbus
Truditur ad terram nymbo,cum creber in Aethra
Fit tonitrus,terrentqꝫ cadentia fulmina mundum.
Vtraqꝫ sic ratis est,rapidas fugit illa per vndas
Hæc sequitur,iactantqꝫ faces Phorbantia pubes,
Roboreqꝫ ærata irrumpunt tabulata trabali

Dum victo insultat victor, dux ingruit hosti
Langraphius, verritq; vndas, ac fulminat ignes.
Quales fumiferi iaculantur ab ore Veseui
Stupea flamma volat, lateriq; infixa Lyburnæ
Vrit, & obscuro densatur nauita fumo,
Sergius a turri sociiq; enixius alta
Deiiciunt lapides, flammasq;, & fulminis instar
Tela, vorantq; ingenti accensas turbine lintres.
Augetur clamorq; virum, sonitusq; rudentum,
Belgicaq; horrescunt nauali littora bello.
Langraphium euitat Phorbas, clauumq; reflectens
Fertur in Alcanthem, stant rostra minantia rostris
Obuia, & infando reuolutas turbine pinus
Excipiunt, iactantq; simul, fit pugna vicissim,
Ardens hinc plures nequicq; innare videres
Gurgite sub vasto, qua spumans vortice Rhenus
Voluitur assiduo, & raptat vi corpora fundo.
Stant tamen omnes intrepidi, volat ære Sycopas
Alcanthemq; ciet pugna, ruit obuius Harpax,
Venerat Hassiadæ magna qui Martis ab vrbe,
Vtq; simul congressa abies, pilatus vterq;
Pugnat pro rostris, tacitoq; intercipit vnco
Quisq; ratem, certantq; pares, iam cominus ambo,
Ille Semyramio calefacta bitumine tela
Torquet in aduersum, populatrix flāma Cherucos
Haurit, & æthereas rapiunt incendia turres.
Excutitur nauta, & mediis in fluctibus errant
Remigiumq;, viriq; simul. furit alter acernis
Asseribus, duroq; ratis ferit Ariete costas.
Franguntur tabulæ, malus labat, ipsaq; in imo

353

Laxatur ſentina vado,& compagine fracta
Per Rheni campos puppes voluuntur vtræq;
Turbidaq; effuſo depingitur vnda cruore
Cleuius Orbantem iaculo ferit,hic Thraſycontis
Fulmineus Getico tranſuerberat ilia neruo,
Exanimes ambo proni labuntur,& amnem
Inficiunt tabo,ſpumasq; ad littora voluit
Vnda cruentatas,quondam velut Actia templo
Aequora Leucadius de ſummo vidit Apollo.
Et iam perfractas vortex penetrauerat alnos
Turbidus,inq; vado puppes alliſerat imo
Merguntur cuncti,ſcutataq; turba ſub amne
Voluitur,& præſſos tranſfundit in æthera quæſtus.
Dux aderat præſens,nantemq; in gurgite vaſto
Alchantemq;,Gyanq; luporum terga gerentes
Ad ſeſe recipit,telumq; effulminat acre
Aduerſam in puppim,genuit illa,& pondere magno
Dat ſonitum,excuſſoq; tremit temone magiſter,
Dux flagrat pugna,atq; irarum effundit habenas.
Nunc tædas,nunc ſaxa iacit,teloq; coruſcans
Immani,nautis victor ſuper inſtat,& vrget.
Non alitur Phorcys curua maris æquora concha
Commouet,aut latos exterret fuſcina campos
Neptuni,fugiunt Nymphæ Oceanitides,ipſe
Inous Colchos repetit cum matre Palæmon.
Sic ducis aſpectu fugiunt cuncti,& ſua vertunt
Carbaſa,nec tantis audent concurrere telis.
Stabant plorantes miſeræ per mœnia matres,
Exorantq; Deos,vocesq; ad ſydera tollunt.
Nec mora,vox tenues ſic eſt horrenda per auras,

Qua montes tremuere omnes, audita profari.
Hassiadum proles verso da lintea cursu,
Ac retro propera, nostram ne ve attere gentem.
Sic placidum Diuis, tacet inde, atq; æthere fulmen
Concussum medio, signum hoc solet esse tonantis
Cũ niueum Rhodopen, aut altũ effulminat Othryn
Ilicet armipotens Diuorum iussa reuoluens
Langraphius, læuo cedendum censuit astro,
Tunc flectit cursum, classemq; ad littora vertit.

FINIS.

LIBRI OCTAVI ARGVMENTVM.

Leucippe Palatinorum nutrix, & solers Philippo Palatino somnium narrat. scilicet se Dea duce in orbem Lunæ raptam fuisse, multaq; de Lunæ uastitate narrat ac natura, de Harmonia cœlesti, Sphæris, de polis, & mundi, terrarumq; sectionibus, de æquinoctiis, & Solstitiis, & dierum æquatione, diuersitateq;. de eclypsi Solis, & Lunæ, de occasu, ortuq; syderum, deinde ad quorũdam syderum fabulas descendit. Postea quædam de principiis rerum narrat. Deinde diuisionem orbis terrarum prosequitur, & ab Africa exorsa multum illic immoratur, pluraq; de Nili origine atq; incremento. Item de Atlante Mauritaniæ monte, de Syrtibus, & cæteris locis, mox Asiam breuiter percurrens Europamq;, ad particularem Germaniæ descriptionem in qua immoratur, descendit ubi multa de Danubio, Rheno, & Hercynia sylua refert. In fine locum inter beatos Roberto parari se uidisse prædicit, breuiq; eius futuram mortem uaticinatur.

AVSTRIADOS LIBER VIII.

Am matutinus Creceæ Pallãtides ortus
Reppulerat noctẽ, lucẽq; reuexerat orbi.
Nec mora Leucippe gressu titubãte senili
Olim Phalsgraphidũ fuerat quæ maxi-
Solersq; ĩgenio facũdas hauserat artes, (ma nutrix,

Pergit ad excelſas ædes atria alta parentum,
Atq; hæc magnanimo pandit longæua Philippo,
Cœleſtes præfata Deos, & numina olympi.
Vos immortales ſuperi, vos ſydera teſtes
Inuoco ait, nobis ſi dantur ſomnia vera,
(Sæpe etenim pars illa animi quæ purior extat
Haud rationis inops, vera & tranquilla quietis
Somnia dat, recipitq; Deo prænoſſe futura)
Effari liceat, quasq; ipſa miſerrima vidi
Pandere res altas, mirandaq; prodere terris.
Tu (precor) adde fidem, atq; futuris conſule rebus.
Tunc ille o nutrix, capite hoc mihi charior, inquit.
Dic rogo dic age dũ, & quæ ſint hæc ſomnia narra,
Solue animum curis. At contra talibus illa
Orditur, miſeri cum nocte teguntur opaca
Mortales, altoq; polo volat humida Phœbe,
Viſa mihi ante oculos Diuæ ſplendentis imago
Siſtere labentes glauco Temone quadrigas,
Meq; vna ſecum iuſſit conſidere curru
Iam ſuper humentesq; plagasq; & nubila, curuo
Axe ferebamur, cum ſe Saturnia Iuno
Obtulit, & nigro præcaligantia peplo
Ora gerens, læua turbata tonitrua promit,
Dextra impellit aquas, atq; alta ceraunia pulſat
Grandine, & attonito gignit miracula mundo.
Atq; huic ſub pedibus præuaſtæ pondera maſſæ
Cernuntur, iuxtaq; ſedens Thaumantias iris.
Sole coloratos gignens in nubibus arcus,
Inde cito immenſum vectæ ſuper aera curſu
Aethera non ſtabili vicinum aſcendimus aſtro,

Iunctaq; multiuagæ, rapimus confinia Phœbes
Regna Iouis magni, qua fulmen, & Aegida vibrat
Et matutino qui temperat astra recursu,
Vtq; ingens spatium, laxataq; regna bicornis
Attigimus Lunæ stupui, q̃; vasta videbam
Aequora camporum, fluuiosq; e montibus altis
Perstrepere horrendum, quid celsas eloquar vrbes
Oppidaq;, & tractas ad sydera vertice turres?
Tunc Deus ille mihi, paucis longæua profabor
Aduerte o nutrix, remq; omnem ex ordine pandã.
Principio quæ regna vides, quosq; aspicis orbes
Omnia sunt Lunæ, varium & mutabile sydus
Permeat, & rigidi nunc sese Aquilonis ad oram
Flectit, & ad pluuios contermina porricit Austros.
Nunc alibi q̃ credis erit, cœloq; subinde
Dissimilis fit Luna sibi, iam nulla repente
Et iam tota micat, repetit modo tarda cubile,
Et modo per tenebras pernicibus euolat alis,
Hac Atlantæi fluctus, & Cymbrica Tethys
Pelluntur, fas est fugientem saxona motam
Sæpe videre vndam, & totis electra natare
Littoribus, titubat cum alto Glessaria Ponto,
Et legit Auricomus pallentia succina leuon,
Sed tantum lucis lampas sibi Delphica quantum
Elargitur, habet, nitet æmula & effugat vmbras.
Fertur & Athracio terras, afflata veneno
Appetere, & magico pallescere Luna susurro
Cum Phestos, Gortynaq;, nec non inclyta Lyctos
Cypria percutiunt Idæis æra flagellis
Sollicitantq; Deæ aduentum, sonituq; reclamant

Littora Læthæa,& Minoum perſtrepit antrum.
Tunc ego,qs ſonitus noſtras Dea perculit aures,
Vnde oritur:qua parte poli:mox illa viciſſim
Sic ait,ad ſuperas quantum potes,erige ſedes
Lumina,quoq; modo poſſis cognoſcere,fabor.
Primus qui ſe oculis offert Atlantius Arcas
Emicat,hinc pernox & Phœbo præuius aſter
Regna tenet,qui dum exortos Hyperionis ignes
Præcedit curſu,tunc nomen lucifer olli eſt,
At cum Pyrenem,& fuluos tranſcendit Iberos
Occiduus Titan,mutato nomine veſper
Dicitur,atq; idem alterno tamen vnus in ortu eſt.
Inde iubar Solis flammis rutilantibus aſtra
Permeat,& curſu totum diſcriminat annum,
Thrax ſuper hũc Mauors,rigidũq; effulminat enſem
Vt cernis,viſusq; mihi iam pronus in Hebrum
Exarmare Getas,Ciconasq; agitare niuales
Hinc placidi nitet ora Iouis,ſed in arce ſupræma
Algenti poſita eſt Saturnia Zona receſſu
Aſtrorum,octauus retinet ſibi circulus ignes.
At reliqui duo ſunt,quorum piger alter ad Indos
Se voluit trepidante gradu,rurſusq; reuiſit
Heſperiam rediens alternis motibus vndam,
Vltimus auerſos de littore voluit eoo
Sphærarum motus,ſecum agit & trahit orbes
Inuitos,noctemq; ſupra,Solemq; reducit.
Qui cum non parili ſpatio,nec motibus iiſdem
Voluantur,contraq; alto nitentia mundo
Interualla ſonent,& tardius aſtra ferantur
Falciferi remorata ſenis,citiusq; recurrat

Luna vices,pulſusq́ grauis iungatur acuto
Quælibet & varie Sphærarum intermeet apſis
Exoritur ſonus ille tuas qui mulceat aures.
Aſt ego,vbi moles Sphærarum extrema mouetur,
Cui voluens motus,& vaſtum pondus inhæret.
Vtq́ hoc partita eſt totum natura ſit an ne
Conditio terrarum eadem? dum talia contor
Incipit illa,poli duo ſunt,quorum Arcticus alter
Quē vos aſpicitis transq́ Orcadas,& freta Thules
Longa Calyſtonia duce littora quæritis vrſa.
Alter ad Antipodas,& quæ veſtigia gentes
Contra habitant noſtra,atq́ imo pulſant ab Auſtro,
Demerſus terrasq́ alias,populosq́ profundos
Verticibus premit ille ſuis,ſic cardine mundus
Circum agitur duplici,dein qua Rypheius vmbo
Tollitur,atq́ vrget glacialis plauſtra Bootes
Signa micant ſena,& totidem tellure ſub ima
Qua medius texet axe dies,Antarctica dicunt.
Verum hæc ſufficient nobis ſi tempora fando
Proſequar,& veri cauſas reſerabo latentes.
Nunc autem quodeunq́ vides,terrasq́,polumq́,
Quinq́ tenent Zonæ,glacies & frigora damnant
Extremas,horretq́ gelu pars vtraq́ mundi
Verum quæ media eſt,quamq́ intractabilis æſtu
Credatur,ſed vana fides,non frigore lædi,
Nec feruere plagam voluit Deus,at niue flammam
Miſcuit,atq́ inibi poſuit mortalibus almam
Temperiem,& regnum vobis habitabile fixit.
Sic etiam reliquas quas hæc plaga tangit vtrinq́
Mortales habitant,qui plusve,minusve premūtur

Frigoribus, Solemq; vident, vt cominus ardet,
Aut longe inualidus spargit sua lumina Titan.
Forsitan vnde dies, & nox librata requiris
Aequales seruent cursus, vel laxet eosdem,
Laxatosq; arctet rursum, qua postmodo duplex
Solstitium sit parte poli, sic accipe paucis.
Signifero nunq; discedit tramite Phœbus
Qui dum cornigerũ vectorem Nepheleidos Helles
Permeat, & primas amburit lampade partes
Tantundem spatium nox atra, diesq; recurrit,
At cum se ad taurum, prolemq; Atlantida confert
Ad Boream versus, fraternaq; sydera Titan
Tollitur, atq; supra terram fastigiat orbem,
Inde gradu maiore dies, & tempora veris
Orta micant, & humũ pingunt vaga prata Lycæam.
Mox vt Lernæi qua deflagrantia cancri
Brachia panduntur, regioq; breuissima cœli est
Peruenit, & totidem consistit partibus, illic
Solstitium memorant fieri, cum feruidus axis
Torret agros, paruaq; cibum bos ruminat vmbra.
Cum se Caucasei voluit de rupe bicornis
Indus, & excursu est Patale stupefacta niuali,
Inde Mycenæi dum permeat ora Leonis,
Diminuitq; dies, & thauri lucibus æquat.
At postq; illinc Sol abiit, flauamq; reuisit
Erigonẽ, vector meat iisdem Athamantius horis,
Exin terrigenæ Phaetontis fabula Chelæ
Accipiunt Phœbum, gradibus tunc voluitur æquis,
Nox spatio contenta die, quo corniger ibat,
Ammonis veruex, sed cum se scorpius offert,

Occasumq; petunt cum Pleiades Atlantęæ,
Ad medias progressa plagas, laxata dierum
Interualla secat, Phæbeia lampas, & arctat
Centaurum Chirona petens. sed & arctius illis
Dat vobis spatium, & lucem brumalis Apollo.
Cum gelida Idæi Capricorni signa recurrit.
Altera Solstitia, aereas tunc nix tegit alpes,
Et septena trahens hæret Scythico ostia Ponto,
Quadriiugi patiens plaustri Germanicus Ister,
Noriciusq; gelu vadit super accola crustas,
Cum vero Iliacus sibi iungit Aquarius orbem
Titanum, solisq; iubar tot continet horas
Scorpius, occiduo adimens iubar Orioni.
Mox Sol cum Zephyri mundum genitalibus auris
Mulcent, Idalios pisces petit & sibi lucem
Subniti, spatiis miratur libra sub iisdem.
Præterea ne te lateat, quæ causa nigrantis
Sit Lunæ, Solemq; oculis, vis auferat almum.
Aduerte, occiduis cum Sol a gadibus infra
Mergitur, atq; imas Austri defertur in oras,
Exoritur nox atra polo, subeuntq; per auras
Terrestres vmbræ, quantumq; is tendit ad ima
Aethereas, tantum obnubit caligine sedes.
Tunc simul ac Phœbe terrarum attingitur vmbra,
Vel caput vmbriferi inuisit caudamve draconis,
Obduci tenebras visum est, sydusq; hebetari,
Sed cum se paulo meta dimouerit illa,
Non passim defectus erit, nec tota nigratur
Luna nitet minus aut plus, vt vicina propinquat.
Hæc eadem cum plena rotis se subiicit altis,

Atq; loco signi quo Sol defertur eodem,
Inde faces pereunt,& Pythius obiice Lunæ
Aufertur terris,sed non hic contigit omni
Parte poli,Phœbe nam quanto laxior orbis
Terrarum,tanto pater est,quoq; liber vtrcq;
Vastior,adde etiam magni diuortia mundi,
Quis terram,Lunamq; Deus,Solemq; diremit.
Quare in comperto cum Delius orbe feratur
Quantum aliis adimit,tantum mox suggerit illis
Luminis,& nunq; terris se condit vbiq;,
Vnde idem Boreæ non est defectus & Austro,
Nec radiis Augusta caret,nec rursus ademptos
Accipit,vt Thebæ ingentes,& torrida Memphis.
Tunc ego,quo pacto labentia sydera Pontum
Occasura petant,rursusq; oriantur olympo,
Cum vespertino rutilant maris æquora Phœbo,
Edoceas me Diua velim.mox talia contra
Orsa est,se radiis vbi Phœbus iunxerit astro,
Pallescit iubar,& demersos occulit ignes.
Mox oritur cum Phœbus abest,rursusq; videtur,
Sic etiam nascente die,rursusq; cadente
Astra ferunt,cum luce iubar,nec non rapit infra
Occasura,furor magni irrequietus olympi.
Signorum interea ne te quoq; in ordine fallat
Pars obliqua oritur,pars recto permeat ortu
Cum sua ab æstifero sumunt exordia cancro
Donec Phillyrides intercipit,astraq; rursus
Recta die,totidemq; vmbris obliqua reuectis
Insurgunt,cum laxa dies.contraq; feruntur
Dum Titan prima Capricorni in patre refulget,

Cum vero æqualeis noctes cum luce videntur,
Terna obliqua meant, totidemq; oriuntur olympo
Recta gradu, ſimilesq; capit nox humida leges.
Sed te ne tantum nutrix morer, aſpice ad Arcton,
Ingens vt laxet ſinuoſa volumina ſerpens,
Amplexamq; tenet cum pellice Nonacrina,
Huius virgineum, perhibent violaſſe tonantem
Ignara Iunone thorum, ſed coniugis illa
Furta ſciens commiſſa Ceteida vertit in vrſam
Quam pater omnipotens antiqui conſcius ignis
Tranſtulit in cœlum, & formam penſauit honore,
Hæc nunq̃ occidua eſt, nam qua gelidiſſimus axis
Voluitur, & nunq̃ deſcendit in æquora vertex,
Iuppiter Arcadicam poſuit regione Calyſto.
Tunc ego, nunc poſtq̃ fando traducimus horas,
Dic age, dic quiſnam qui tardo incedere plauſtro
Cernitur, & prolem obſeruat Pſophitida cuſtos.
Ordiar (illa inquit) pandamq; ab origine factum,
Aduerte. vt quondam retulit mihi corniger Euhan,
Icarus in terris quo non fuit æquior alter,
Vt primum vites, & Bacchi repperit vſum,
Actæos petiit fines, ſparſitq; per agros
Theſidum vini quos ſecum vexerat vtres.
Nec mora, paſtores grandes ſpumantis Hyacchi
Mulctras hauſere, & dono incaluere recenti
Vſq; adeo vt furerent, & triſte bibiſſe venenum
Credentes, morti dedunt, qui iuuerat autor
Sed nata Erigone, poſtq̃ patris impia ſenſit
Funera, per montes circumq; miſerrima pagos
Perrexit lachrymans, & cæco excita furore

Abrupit laqueo vitam,& se substulit aura
Icaridos Bacchus,patriscq; misertus,vtrumq;
Transtulit in cœlum,& Graio de nomine dictus
Arctophilax pater est,idem tamen esse Bootes
Dicitur,illa suum commutans virgine nomen
Sub pedibus iacet,& calido dextram ingerit orbi.
Aspice vt Andromades effulget vertice sydus,
Et serpentifero Polydectius Aegide Perseus,
Quicq; ab Eleusina cæreales vrbe quadrigas
Flexit,& Alipedum iuga mirabatur equorum
Græcia,sed longum est Vulcani dicere amores.
Vt micat Engonasis,& Phorbas Hysoclæus
Serpentem manibus premit,& vincitur eodem.
Et Cycnus Lædæ,& septem lyra ab Arcade neruis
Pacta Deo, qua summa Orpheus Pangæa peragrans
Traxit saxa,ferasq;,& vulsit montibus ornos,
Placauitq; vmbras orci,fatoq; redemit
Eurydicen, nato o mater crudelior illis
Calliopea tuo,quæ dum Proserpinæ Adonim
Concedis,nuribus Thressis Cytheræa furorem
Iniicit,atq; iisdem cantor discerpitur Orpheus.
Ornaturq; sacra fulgens testudine cœlum.
Nunc Hyadas specta Nymphas Dodonidas olim
Ambrosiã,& Padilem,Eudoram,pulchrãq; Coronin
Et Phyletoq;,Polissoq;,auricomamq; Thyenen
Quæ quoniam altrices Bacchi dicuntur,easdem
Iuppiter omnipotens nostro coniunxit olympo.
Has prope Pleiones natæ,quas esse secutum
Bissenos referunt sæuum annos Oriona
Vergilias dixere alij,quarum incipit ortu

Aestas,atq; hyemem occasus,frigusq; reducit.
At plaga quæ albescit longo inter sydera tractu
Maxima, & obliquum incedens,via lactea cœli est.
Rhea etenim vt memorãt postq; impius ore voraret
Saturnus prolem,magnum paritura tonantem
Commendat terræ,quæ lata excepit alendum
In Creta,& noctis secum nigrantibus vmbris
Pertulit ad Lycton,dieq; recessibus imis
Abscondit terræ,atq; alto occultauit in antro.
Rhea autem lapidem,quem fascia cinxerat,ipsi
Saturno exhibuit,cui cum premere vbera matrem
Iussisset, facta est fuso via candida lacte.
Possem multa tibi veterum monumenta referre
Astrorum,quæ prona vides,quæq; ardua surgunt
Per gelidi conuexa poli,vel quæ rapit infra
Oceanus,Phœboq; iterum pallente remittit.
Nunc autem medio postq; nox humida cursu
Labitur,& splendet Phœbe,tibi discere fas sit
Quicquid terrarum ex alto spectamus olympo,
Scilicet Europam,Libyemq;,Asiamq; potentem,
Tu modo da faciles dictis præsentibus aures.
Tunc ego,cunctarũ superans decus vna Dearum,
Pollicitis insiste tuis,& pande iacentes
Mi terras,memoraq; vrbes,partitaq; regna
Dicebam.cum Diua inquit sic talia contra.
Principio tellus,aer,atq; æquora Ponti,
Quemq; prope aspicimus calidis regionibus æther
Congeries rerum fuit,informataq; moles.
Nullus erat mundus.confusa elementa vicissim
Horrendum dixere Chaos,discordia siccis

Flumina pugnabant terris,cumq; aere tellus,
Ignis aqua,tunc alta Deus super æquora vectus,
Extulit os sacrum,& tantos componere motus
Instituit,sedesq; dedit,partitaq; fixit
Imperia,atq; vna stabili compage reuinxit,
Formauitq; nouum concordi fœdere mundum.
Nam primum fit terra Chao,noctesq; silentes
Tartaraq;,vmbrarumq; domus.gratusq; subinde
Creuit amor qui membra ligat,Diuumq; hoimq;
Consiliumq; adimit,& pectora concitat æstu.
Aethera nox peperit,cœlum terra,altaq; Ponti
Flumina,& oceanum terras qui fluctibus ambit.
Inde hominũ,Diuumq; genus,variæq; animantes
Creuere,& vestros habitarunt Dij quoq; montes.
Sed terra in primis,atq; arua iacentia,quæ vos
Incolitis,medio pendentibus aere syluis
Circũfusa manent,& inertia pondera molis
Haud possunt illo contra nitente moueri.
Hoc igitur quodcunq; vides,discriminat ætas
Priscorum in partes,dubiaq; ab origine Nilus
Eoas tepidis terras seiungit ab Aphris,
Hunc memorãt non nosse datum,qua fontis origo
Præcipitet,Meroemq; suo circumfluat alueo,
Verũ hic Aethiopum, qua gens mare torrida Phœbo
Accolit Hesperium,& Mauro sulcantur arenæ,
Fœcundum attollit caput,ac de montibus altis
Vt spectas,ruit.& putres pinguescere campos
Certum est,Aegyptum cum fœtifer obtegit vnda
Amnis,& excursu regionem oblimat inertem
Credas & Zephyros,& syderis incrementum

Phœbei, vim ferre vado, cancrumq; potentem
Sole superiecto Nilo dissoluere venas.
Siue q; Aethesiæ contra luctantibus vndis
Per campos tumida impellunt septena vagari
Ostia, sed veri causas cognosce latentes.
Vndarum oceanus pater est, subterq; silentes
Viscera terrarum fluuiosq; vndasq; ministrat.
Et quantum in nubes altas densatur aquarum,
Fluminaq; accipiunt, tantum quo venerat humor
Egeritur, recipitq; ingens sua munera Nereus,
Laxior at quanto est, maiorq; cuniculus, vnde
Compressi serpunt fluctus, sic vastior auras
Verberat, atq; vdis infertur apertior aruis
Impetus, & fractis tumidus fluit amnis habenis.
Quin etiam Austrinis subter trahit æquor ab oris,
Et cæcas deuoluit aquas, tollensq; supinus
Cornua Amasiadas interfluit arduus vrbes
Solstitio, nam tristis hyems qua nascitur horret,
Vnde fit vndanti Nilo vis maior aquarum
Credere sic fas est, neq; enim flagrante negarim
Sole trahi, tepidis cum flumina anhela cauernis
Se condunt, tractasq; cauis ab hiatibus vndas
Suspendi, fieriq; palam incrementa per agros.
Addo niues, imbresq; loci quos despicis, illis
Exhorrere iugis, qui summo a vertice fusi,
Currentem augescunt Nilum, cum feruida lampas
Hesperios coquit Aethiopas, Maurosq; bilingues.
Nec mirere tamen, si corpora adusta calore
Vsq; illic non esse niues, nec ab imbribus vllis
Pulsari, dant signa plagam, namq; aspice magnum

Atlantem,cui nos olim debere fatemur.
Sed male pro meritis Libyes deuectus in oras
Acrisionæus pensauit munera Perseus.
Quippe vbi Gorgoneos affixit in ægide vultus
Palladio oceanum linquens,& Dorcadas altas
Ad Mauros deflexit iter,qua vidit Atlanta
Signantem spatia,& voluentem sydera cœli
Obliquæ autorem Sphæræ.tunc inuidus ille
Vertit in hunc montem,mediis qui surgit arenis,
Astriferumqꝫ alto propulsat vertice olympum.
Qui quanqꝫ exurat Mausuria Delius arua,
Et nudos calor Autotolas,sub nubibus atris
Piniferum condit caput,horrescitqꝫ videndo
Nix humeris olli,& glacies dependit ab altis
Cautibus,& largos per concaua saxa fluores
Præcipiti est spectare vado,non ora Atlantis
Aethiopum diuersa plagæ,dat nomina mons hic
Oceano,Aethiopes illic,& vtrinqꝫ videmus
Errantes Mauros,qui olim sensere potentis
Frena iubæ,diriqꝫ manum tremuere Siphacis.
Hunc igtur summo qui vertice nubila pulsat,
Quis credat non ferre polos,& lambere Lunam?
Nocte strepũt nemora,& crebris micat ignib⁹ vmbra
Cymbalaqꝫ audiri fama est,faunosqꝫ bicornes
Exultare sono,lasciuaqꝫ tympana truncis
Pulsari,& Satyros cantu producere noctem.
Sed cum clara dies humentem reppulit vmbram
Cuncta silent,nullusqꝫ locis auditur in illis
Mortalis,solum horror inest,& maxima montis
Relligio,syluisqꝫ Deos errare sub altis

Plebæos fama eſt.nam poſtq̃ ſtellifer Atlas
Subſtinuitq; Iouem,atq; humeris fulciuit olympum,
Numina quæ occuluit,ſcabrisq; recondidit antris
Seruat adhuc,ſecumq; tenet,neve vllus oberrans
Montibus inſpiciat Diuos in luce ſilendi
Mos illis,ſed nocte ſonant,arcentq; profanos,
Hinc nomẽ populis,& adhuc memorantur Atlantes
Ambagum immunes ſomni,gens impia Phœbo,
Quippe vt ab oceano rutilum crinitus Apollo
Exerit os,rurſusq; diem componit olympo,
Hunc ſequitur diris,& numinis arguit ignes.
Aſpice qua Heſperidum ſyluæ tolluntur,& olim
Auricomum nemus,& non veri poma draconis.
Namq; ibi tranſfundens ſinuoſa volumina Tethys
Huic ſimilis tractu eſt,tortisq; exæſtuat vndis,
Vnde locum vulgo nacta eſt ſibi fabula mendax.
Reſpice & infrenes Numidas,fractiq; Iugurtæ
Imperium,Syphacisq; vrbes,& regna Micipſæ,
Getulumq; genus,Maſſeſyloſq; furentes,
Quiq; fluit tumidus ripis titubantibus Ancon,
Nonne vides quantum turres extollant in auras
Tabracha:Romuleiq; olim memoranda Catonis
Vrbs nece,q̃ parua eſt:Rhetęæq; æmula Romæ
Carthago vt iacet:& vix vrbis continet vmbram.
Atquæ non longo ſunt condita mœnia tractu
Thaſſon,& vndantes Syrti pulſante Theanas
Appellant,vbi torta vadis,conuulſaq; vento
Aequora dant ſonitum,refluitq;,fluitq; repente
Inſtabilis natura freti,nunc aurea lambit
Sydera,& exurgens præteruolat aera fluctus.

353

Nunc hæret, præſſoq; illidit gurgite puppes
In breuia, & ſcopulos, ſubterq; latentia ſaxa.
Sed quæ lata palus procul eſt a littore Syrtis,
Aedidit armatam iam primum Pallada terris
Vnde ſuum cognomen habet Tritonis ab vnda.
Quare vt natalis lux ſit celeberrima ſacri
Virginei, trepidant cætus, ludicraq; magnæ
Indigenæ (vt fama eſt) celebrantes feſta Mineruæ,
Et plaudunt turbæ, & campo ſalit innuba pubes.
Hinc Oea, Cinyphisq; vagus, deinde altera Leptis,
Lotophagumq; genus, Cyrenarumq; coloni
Fratribus, & nunq; delebilis ara Philenis.
Nec procul o nutrix, magni delubra tonantis
Aſpice, quæ ſteterant olim, qua paupere templo
Corniger a nudis colitur Naſamonibus Hammon,
Haſ bytæ vicina tenent, oramq; ſubinde
Contigui Garamantes arant, qui nulla putarunt
Connubia, exortes tædæ, nec fœdera norunt,
Sed paſſim qua ſæua trahit, retrahitq; cupido
Exercent Venerem, cõmunemq; itur in vſum.
Verum vt cuncta ſcias, retro quæ ſurgit ad auras
Vrbs antiqua potens, & quæ Cornelia caſtra
Reſpicit, & Libycum portu procumbit in æquor.
Diua inq;, quis ſceptra tenet? tunc illa viciſſim
Sic ait. infidis rex hic ferus imperat Aphris,
Hæc Thunex olim, dein nomine dicta Thyniſſa eſt.
Iamq; erit ille dies cum trans freta tendet Iberus
Miles, & armata Libycas rate perleget vndas,
Diripietq; vrbes, populisq; immanibus Vzan
Hiſpanamq; aciem, & gentes mirabitur actas.

Exitio Libyes,& fracto rege Thynissæ
Perget Adyrmachidum,cum rex Vaccæus in oram
Arctaq; Barbaricis imponet vinda Alitambis.
Dixit,& Aegypti flexit sua lumina terris
Monstrat & Arsinoem,& centeno cardine Thebas,
Spectantemq; alti Cataractam,Elephantida Nili,
Bubastin,Memphimq; sacrã,Argolicãq; Canopum,
Atq; Sayn,tristemq; Pharon,iam littus Abydi,
Memnoniasq; vrbes,Ptolomæorumq; superbum
Imperium,antiqui cantataq; mœnia Lagi,
Incertiq; omnes ostentat Osyridis vrnas,
Isæumq; Serapin,& Idaliam Momemphim,
Systraq; latrantis miratur Anubidis ærea.
Quæq; sub imperio tenuit regnator Amasis,
Et Meroen,bifidumq; amnem,extremãq; Syenem.
Mox Arabas,Syriamq; docet,claramq; Sophonem,
Sydonemq;,Palestinamq;,& regna Seleuci,
Et septam duplici regionem flumine monstrat.
Hac ait Euphrates,piger hac de vertice tygris
Labitur Armenio,sed mox cum flumine Medos
Abluit,augescit cursum,veloxq; sub ima
Mergitur,& vasto frangit sua cornua tauro.
Inde Semiramiam ex alto Babylona recenset,
Chaldæumq; genus,Dareiq; inuia regna.
Inde tuas Carmane plagas,portusq; remensa est
Oceano in magno,& Gangem memorauit,& Indũ.
Hinc alias vrbes,populosq;,& Bactra veneno
Exarmata docet,Parthosq; in Marte fugaces,
Hyrcanumq; fretum,& Scythicos mirata recessus
Ostendit,Tanaim ingentem,qui diuidit alueo

Europam, atq; Asiam, & mundũ discriminat vnda.
Et Nilo par nomen habet, nec desinit illic
Sed totam Armeniam, Cilicasq;, Antrumq; canebat
Corycium, Phrygiosq; lares, & pergama Troiæ,
Humentemq; Idam, & pelagus cur inde feratur
Aegæum in præceps, nullasve reciprocet vndas.
Iam Thracum montes oculis, & Achaica lustrat
Mœnia, iam centum magnæ canit oppida cretæ.
Mox Italos monstrat fines, venturaq; pandit
Bella per Ausonias terras, cum turbidus alueo
Erydanus fluet, & spumabit sanguine littus.
Hinc Pyrrhenæas alpes, Gallosq; frementes
Laudat, & Hispano fecit sibi littore finem.
Et iam desierat, cum sic ego talia contra.
Omnia percepi fœlix Dea, tu modo regna
Norica, Germanosq; meos, patriamq; recense.
Annuit, & breuiter sic talibus orsa capessit.

Germaniæ descriptio.

Postq; Parrhasias amor est, nunc ire per vrbes,
Germanumq; solum, & populos lustrare potentes,
Incipiam, gelidis qua rætia diuidit Arcto
Montibus Hesperiam, niuibusq; ingentibus horret
Clauditur externis nunq; violabile regnum
Gentibus, atq; vltra Germania panditur alpes.
At qua Sol oriens spargit sua lumina Titan,
Istula Sarmaticis fines discriminat amnis
Cymbrica nauifragum qua porrigit Amphitrite
Littus, in extremo finitur margine tellus,
Vltima ad occasum veteres confinia Belgæ
Sydonio posuere solo, Morinosq; iacentes
Aspice, & externis calcatum nauibus æquor.

Eoas & opes Iccæi ad littora portus
Et veti tum iam nomen aquis, vbi vidimus olim
Centum Geſoracum ſubeuntia carbaſa littus,
Nunc alio tranſlatus honos, nec defuit auſis
Vis ſuperum, ſed longe abſint primordia rerum.
Menapios, Tungroſq; vides, Moſamq; fluentem
Ex Vogeſo, qui dum Rheni ſe fluctibus æquat
Longior eſt tractu, & productior exit in æquor,
Supra autem (mirum dictu) nabalia velox
Haurit iter, fluuioſq; ſecat, luctanſq; ſub imas
Tranat aquas, magnũq; adigit ſibi cedere Rhenum
Vixq; Moſæ retinet rapidum intra littora curſum,
Hic habitant Bataui, debellatusq; Sycamber,
Quæq; fuit profugo ſedes contermina Catho.
Inde Cleuenates, vicinaq; rura Lobyci
Geldubaq;, & rigidi gens formidanda guterni
Et domiti, Eburon pollutus ſanguine, Cottæ
Luppiaq;, & latis antiqua Colonia muris,
Hos Vbios dixere olim, ſed tempore omiſit
Ripa, prior Rheni quod nunc tenet altera, nomen
Aſpice iam molem, frenataq; flumina Druſo,
Atq; Mogontiacum ſubiecto nobile buſto,
Vitiferumq; amnem, duroſq; in Marte Nemetas,
Quiq; colit Bacchi montes, & iugera Treuir
Vangioneſq; acreis, pugnatoremq; Tribotum,
Non longe Auſtriadæ metiri caſtra videntur
Helſacia in magna, trepidatq; Hagenoia tellus,
Sleſtadiumq; ingens, belliſq; aſperrima Baros
Cerne vndas, Tyberiq; lacum coluiſſe Brigantas
Fama locum, cerne ingentem de vertice Rhenum

Tiberij lacus qm̃ eo ad inuadendos Sueuos uſus eſt Tiberius.

361

Alpinos qui ſtagnat agros,& montis Aduſæ
Per rupes,per ſaxa volat,gentemq; repoſtam
Irrigat Heluetios,& non dignatus inerti
Se miſcere lacu,ceu venerat exit ab illo
Totus,& ex copulis Cataractæ immanibus altæ
Perſonat horrendum,fremitucq; alpina tremiſcunt
Oppida,vt in præceps fluuius ruit,& niſi curſum
Frenaret Syrtis,vaſtaq; voragine tellus
Poſſe etiam credo Vogeſi tranſcendere rupes,
Vaſtaq; trans rigidos augeſcere littora Francos.
Hic etenim vt ſpectas ſcopuli ſub gurgite,& ima
Saxa tonant,ſtridentq; alto vada cæca fragore
Viq; rates fundo raptat Rhenana Charybdis,
Vnde amnis pars magna perit,rurſusq; renaſci
Attolliq; caput memorant, Latius inter
Torta Couinarios pandi ſua cornua Belgas
Dextra fons Niceri eſt,qui vitifer exit in vndas
Amnis,& inflexo Rheno demergitur alueo,
Budoriumq; iugum digito demonſtrat,& inquit
Hic Pallatinus lata ſedet altus in aula,
Et populos regit,& Rhenum ſibi vendicat armis.
Nunc vero oceani populos,atq; extima mundi
Regna ſequar,vaſtiſq; amplas regionibus oras
Illuc flecte aciem,primiq; in littore curuo
Stant Phriſij,torrenſq; Salas,& Amyſſius vndis
Hic fluit,& Lupiæ turgeſcens ſanguine ripa
Longa retro ſeries,neq; enim vacat arma referre
Herminij:vtq; tulit male Bructeron aduena Druſus,
Qua nunc Veſtaliis ſurgit gens Martia campis,
Hic Phrygiam coluere Deam,quæ pergama Troiæ

Diruta ab Argolico linquens arasq; Tyranno,
Huc direxit iter, transuectaq; littora Thraces
Mysorum petiit fines, & inhospita rura
Pannoniæ, tandem syluis se condidit altis
Hercyniæ, docuitq; ignaros Vesta nepotes.
Et Diuos colere, & flammas adolere perennes.
Et quoniam sedemq; sibi, ritusq; futuros
Aeternas statuens aras Dea, condidit, huius
Posteritas voluit de nomine dicier ætas.
Abnobij supra montes, quosq; Hassia nutrit
Arua tenent populi, voluuntq; incendia belli
Sud duce Langraphio, propius vicina Thuringos
Accolit, & paruis transitur Otenna Phaselis
Has quondam sedes, veteres tenuisse Cheruscas
Horrendamq; situ nemorum coluisse Bacenim
Crediderim, sed fama vetus deperdita rerum est,
Vixq; reor vestras rumor peruenit ad aures,
Qua sua pugnaces habitarunt regna Cauchi
Ostrogothiq; acres, & qua Phris incola messes
Demetat, ignotis cõmunia rura Grutungis
Sed longe ante alios Saxon ditissimus agri,
Insignis bello, & præclarus origine regum
Accolit ingentes campos, atq; ampla gubernat
Oppida, sed varias nutrix quoq; respice gentes,
Quas Visera, atq; Albis, quasq; alluit vltima Tethys.
Qua rutilus medio diffunditur æquore Cymber,
Orbeq; semotæ resonant in fluctibus altis
Orcades, Arctoumq; ferens vaga succina littus
Qua modo Glessaria in vasto iacet insula Ponto.
Byrcane quæ lata patet, rursusq; furentes

362

Emissura Gothos,euersoremq; Totyllam
Ausoniæ,& Thuscas rapidum,ceu fulmen in vrbes
Hinc scandia ferox,olim quæ pauit Oonas
Et solitam pedibus gentem procedere equinis.
At quæ nauifragis in fluctibus extima Thule est,
Noctis vbi,solisq; breues discriminat horas
Solstitium,surgatq; dies vix competit an nox.
Longius hæc Codani repetenda est æquoris vnda,
Quæq; colunt duri borealia Teutones armis
Littora,dicam acreis,duroscq; in prælia fratres,
Et nimium pugna sæuos Eluonas equestri
Sarmaticis gelidus quos Vistula separat agris
Supra habitant Lysij,tortaq; Hermundurus hasta
Oqueuusq; ferox,& Martis sanguine læti
Marcomani,atq; truces gens haud spernẽda Bohemi
Qui referunt proauos antiqua ab origine Gallos,
Hos alit Hercynia,& tanq; velit obiice vasto
Externis natura solum,sedemq; tueri
Montibus aereis,scopulisq; ingentibus ambit,
Hæc quondam priscis,quæ sacra sub Hercule magno
Creditur,Heluetio sumit de vertice sylua
Principium,quæ lata supra,quæq; implicat infra.
Indigenas,Cathosq;,immansuetosq; Cheruscas
Iam cerne,atq; vagos in arata per auia Francos,
Qua placidus cursu Mœnus fluit amnis aquarum,
Ingentes lucos,quercusq; habitare silentes,
Hinc olim Carolus gestarum examine rerum
Maximus effulsit,tantoq; extollitur ortu.
Nunc etiam natale solum,transq; algida Rheni
Flumina,cum patrios cuperet protendere fines

Arma tulit, Rhodanoq; iniecit frena superbo,
Detinuitq; diu populos, atq; oppida regni.
Vnde & Francorum dicti cognomine Galli,
Nec non & centum celebrata Sueuia pagis
Hanc coluit syluam, possessaq; Sydone tellus,
Qui vestri vt memorant patres, & longa vetustas,
His tenuit rex sceptra locis, placidoq; Sueuos
Imperio rexit, propioq; a nomine gentes
Dixit Sydonias, & erunt quoq; Sydones olim.
Hinc Almani vndas Quadosq;, & inhospita tangit
Carpathij nemora, atq; vltra se porrigit oram
Sauromatum, populisq; horret vicina Getarum,
Et Scythicum Tanain, & depictos Agathyrsos
Vltimaq; Europæ spectat confinia regni,
Hac vri, toruiq; boues, & monstra ferarum
Vasta errant Sylua, & nulla suffragine crurum
Subnixæ Herciniis errant in montibus Alcæ,
Quæ simul ac placidus lassos sopor alligat artus
Erectæ captant somnos, & quercubus altis
Hærent corporibus, plantisq; cubilia seruant.
Sed prius ancipiti venator Sarmata ferro,
Vt statio nota est media plus parte ferarum
Prosecat, impacto casuros pondere truncos,
Mox cum grata quies, somnusq; animalia terris
Inuadit, mulcetq; animos, quibus hæserat illis
Procidit arboribus, damnans sua pondera monstrũ.
Nunc vero Rætos, & Bryxantæa sequemur
Littora vbi vasto surgit cum murmure fontis
Danubius, cursuq; fluens petit æquora longo
Et septingemina Ponti mare diuidit vnda

Nam,quamuis ſacrum caput occultare paludem
Fama ſit,obſcuris voluit compreſſa cauernis
Cornua,& æquoreas ſubter propulſat arenas.
Accola deinde Lici eſt,& quæ memoratur ab amne,
Et pace inſignis,belloq; Licatia tellus
Iam vicina vides qua ripa, Velaunia rura
Vndis belligeri ſpumantibus irrigat Aeni.
Et regis Vacionis opes,& Norica regna
Fæta armis,Tyrolicq; vrbes,quosq; Auſtria nutrit
Qua genus Auſtriadum,& dicti de nomine reges.
Hinc Styrios,Carnosq; rudes,iuguloq; tumentes,
Cerne Carenthanos,regnumq; nec vtile bello.
Hactenus hæc,vltra Pannon,Iazaxq; videntur.
Quæq; olim priſci tenuerunt oppida Daci.
Tauricaq; infamis regio,Myſicq; fugaces
Læua autem vaſtæ patet inſuperabile regnum
Sarmatiæ,regumq; altrix Lituania tellus,
Sponteq; naſcentis fœcunda Podolia meſſis.
Inde Boryſthenides ripæ,quarum impius vndas
Inficiet multo deuictus ſanguine Moſchus.
Amiſſamq; gemet trepidans Nogardia pubem,
Oppidaq; immanis iuxta colit æquora Liuon,
Pallidaq; oceano quærit. electra ſub alto
Poſſem multa tibi veterum ſignare locorum,
Verum alio me cura rapit,ſic fata.repente
Ad mediam Lunam,vaſtumq; acceſſimus orbem
Hic vbi perpetuo ventura in ſæcula viuunt
Fœlices animæ,& quorum cœleſtis origo
Extulit ad ſuperos mentem,& ſe miſcuit aſtris
Diuinæ virtutis amor,dumq; omnia luſtro,

Ingentem aſpexi cætum, heroasq; patresq;,
Magnanimosq; duces, rebarq; videre tuorum
Et genus, & proauos, & quos tulit Auſtria reges,
Plenis hi Calathis bene olentes ſpargere flores
Cœlicolæ, hi Nectar nitidis diffundere menſis,
Et cantu ductare choros, atq; ordine longo
Conſiſtunt alij, intextisq; aulæa Britannis
Pendent parietibus, nec non fragrabat Amomo.
Et Myrrha plaga ſancta ſitu, iam balſama circum
Sudabant diuerſa locis, fœlicibus vmbris.
Quicquid habet tellus coſti, Panchaia miſit.
Tunc quæ læta dies inq̃, quæ gaudia tangunt
Cœlicolas, mi Diua refer. mox talia contra
Incipit, hinc cauſa eſt, altum cur vecta per Aethram
Luſtraſti Lunam ingentem, ſedesq; piorum
Scilicet vt lætosq; Deosq;, cœlumq; videres
Expectare diem, atq; obitu gaudere Roberti.
Hæc rector ventura mihi Saturnius olim
Prædixit, cum ſancta poli, terræq; ciebit
Numina, & in ſolio conſidens Iuppiter alto
Rumpet iter fati, noſtrumq; vocabit in aſtra
Phalſgraphidem, ſedemq; dabit, regnũq; piorum.
Heu nimium propere raptus mortalibus ille eſt,
Nullus enim Diuum ſuperis acceptior aſtris
Vnq̃ erit in terris, pietate inſignis & haſta.
Ergo cum ſtamen voluant ſua fata ſupræmum
Lætantur, gaudentq; ſinu pia Numina talem
Exceptura virum, & veſtigia floribus ornant,
(Sic propere mandata tulit Cyllænius ales)
Qua ſuperum turmas infra videt altior axis.

Hinc timor, hinc curæ nobis, versamq; dolemus
Fatorum seriem, & voluentem inimica tonantem
Concilia, & nostris cœlum procedere damnis.
Quis ferat? interea nutrix vt Sole nitescent
Ardua syluarum, perge, & mandata Philippo
Nostra refer, postq; Diis immortalibus ire
Sic visum, tentet pacem, sobolicq; futuræ
Consulat, & sæuis famæ nec deroget armis.
Dixerat, & fesso meditantem plurima somno
Ilico deseruit, mediacq; euanuit aura.
Tunc ego me simul ac Numen, somnusq; reliquit,
Desilio e stratis, voluensq; hæc omnia mecum
Iussa sequor, magni si sunt hæc vera Roberti
Dij prohibete tamen, meliora capessere fas est,
Nam fari me cogit amor, tu consule rebus.
Dum potes ipse tuis, atq; ori parce senili,
Nec morem incuses, omnes ducuntq;, trahuntq;
In longum sua verba senes, sic fata, quieuit.

FINIS.

LIBRI NONI ARGVMENTVM.

Sequuntur uerba Philippi Palatini ad nutricem, qui narrat etiam prodigia quibus aliquid mali futuri suspicabatur, atq; ut hæc auertant Iouem orat. Sequitur præparatio belli Norimbergensium, ubi tertia causa fœderis Sueuici, quam in quarto libro consulto amiserat, narratur. Digressio ad nauigatiõem Philippi regis ubi de eius morte. Inde per reassumptionem Noribergensium exercitus describitur, & Senatus Decreta. ac obiter comitatus Feretti nominis origo. sequitur Stromari ductoris exercitus oratio ad milites. Qui quidẽ ad Lauphenij obsidionẽ proficiscitur, quo post crebras pugnas potitur. Idem Herbruchium, Aetheniũq; occupat. Interea digressio est ad quædam Cæsaris, principumq; quorũdam gesta. Inibiq; de origine Agenau. Item By-

ſpech dum Phylſbophenium inuadit ab Albertinis non ſine cæde reiicitur. Iterum ad geſta Norebergeñ. reuertitur, ubi oppugnatio Neomartij opp. acerrima deſcribitur, unde inglorij diſceſſerunt. Dum hæc in terris patrantur, Iuppiter Deorum, Dearumq; concilium indicit, ubi Poeta multum in eorundem Nomenclatura immoratur in fine quorundam, qui ex domo Auſtriæ in Deos relati fuerant, nomina recitantur.

AVSTRIADOS LIBER IX.

AT dux tum cœli curſus, tũ ſydera voluens
Enarrata, aio terrasq; amnesq; fluentes
Miraturq;, timetq; ſimul, certũq; putabat
Cõſiliis hæc acta Deum, nec numĩe vano
Prædici, ſummoq; trahens ſuſpiria corde
Nec tu prima (inquit) Vates es facta malorum
Nutrix, nec generis primum tua ſomnia noſtri
Funera prædicunt, per ſumma palatia bubo,
Et diræ vltrices Orci, ſtridoribus altas
Concuſſere arces, mediis penetralibus anguis
Horrendum dictu, ſquamis, atq; ore triſulco
Exiluit, mediumq; trahens per inane volumen,
Dira lues thalamum petiit, lectumq; iugalem
Tortilibus nodis, ſpirarumq; orbibus hauſit.
Inſtamus cuncti, dirumq; auertere monſtrum
Conamur gladiis nequiccq;, nam ſua poſtcq;
Membra thoro poſuit, mediis euanuit auris.
Præterea ex aditis voces, & murmura ſacris
Sylua vbi Thuricremas operit Tritonidis aras,
Supræmum cecinere diem, ſic ore locutus,
Humentes oculos ſuperum ad conuexa ſupinat,
Atq; ait, o genitor qui cœlum, & ſydera torques,
Exaudi ſi digna precor, nos reſpice ab alto,

365

Et nostri miserere, potes namq; omnia solus
Iuppiter, & fati leges abrumpe seueras,
Non equidem inuideo, q; Cæsaris acta, suumq;
Nomen ad astra feras, sed tu genus aspice nostrum,
Nil regni curæ est, nec te fera deprecor arma.
At quæ Pegnitio properant de littore turmæ,
Iam sternant bello, & regnum populentur Othonis
Hercynia in magna, pugnaq; ardente senatus
Diues opum, patria depellat sede Philippum,
Hanc modo tu prolem serues mihi Iuppiter vnam,
Sic fatus lachrymis pectus madefecit obortis.

Præparatio belli Norinbergen̄.

Belgarum interea rumor perlabitur vrbes,
Armatas acies mouisse in bella senatum,
Confertoq; acres inuadere milite Francos.
Germanos olim, Vacyonæosq; nepotes
Lata per Hercynias coluisse Magalia villas,
Et raptu vixisse ferunt, non pace, nec vllo
Bello vnq; potuere capi, sed more ferarum
Aufugere in syluas, tetrisq; immersa cauernis
Venatu lustrare feras, & flectere neruos
Sylueſtri quondam gens formidanda rapina,
Nullaq; vicinis habuit commertia terris,
Sed vacuis regnare antris, montesq; per altos
Insidias passim moliri, ac tendere fraudes,
Vnde iter insandum nullus, nisi forte coactus
Carpebat nemore immenso, syluaq; viator.
Interea monitu magni Iouis, aurea magno
Sceptra sub imperio, & mundi traduntur habenæ
Austriadæ, lætantur agri, lætantur & amnes,
Totaq; in assuetos effundit Rætia flores,

Roſcidaq; alpina diſtillant arbore mella.
Non læſus nunc pacis amor, ſecurus vbiq;
Limes, & in tuto ſub Cæſare viuitur ætas.
Diij regem ſeruate diu, ſeruate nepotes.
Quo me Phœbe rapis, quid me inter bella furentem
Ordiri impellis lachrymas? planctumq; mouere,
Iam manibus vis omnis abeſt, ibit ne ſub vmbras
Terrarum decus, & iuuenilibus obrutus annis,
Regna ſub aurifero deſerta relinquet Ibero,
Quem flebit Germana cohors, & Belgica pubes
Cum ſibi Diis vetitum tentabit nauibus æquor.
Heu quantum laudis mors immatura refringet,
Nam ſiue ærisoni pugnator in æquore curſum
Flectat equi, libeat ſeu propugnare ſagitta,
Hic curſu ſuperat cunctos, & certius ictum
Nullus agit, ſiue in nuda certare palæſtra
Mens fuerit, ſeu fulmineos ex montibus apros
Impulerit, nullus iuuene eſt animoſior alter.
Quis canat edomitasq; niues, toleratacq; belli
Fulmina, & exhauſtos neglecto vertice nymbos?
Quot ſtrages dederit populis, quot vicerit hoſtes,
Dũ vera Crinitus contra mouet arma Sycamber?
Vſq; adeo ne Deum manet implacabile fatum?
Grandiaq; orſa premit rerum, iam littore claſſem
Soluerat oceani, Morinosq; reliquerat alno.
Cum ſubito ſtrepitum vndarum, tortosq; rudentes
Concuſſor maris & terræ Neptunus ab imo
Hauſit, & in ſumma glaucum caput extulit vnda.
Atq; ſuum aſpiciens ingenti claſſe per æquor
Regalem ferri prolem, dignumq; ſub vndis

Esse Deum, tunc secum inquit. nunq; ne procellis
Liber ero? semper ne meos, immanibus Austris
Addictus, curis atq; æuo desitus annos
Discruciem? cœlo si regnat Iuppiter alto,
Pacem habet æternam, nec mittit fulmina solus.
Sic etiam tristes perpendet frigidus vmbras
Frater, vbi fesso sortes parat Aeacus olli.
Ast mihi sorte datum regnũ est, cui tradere habenas
Alterius verear, quod enim hoc est sæuius vsq;
In terris monstrum? ventos alit, ardua pulsat
Sydera, & in scopulos sese erigit, & vada subter
Vela trahit, nautas pascunt immania cæte,
Atq; nisi horrisonos æstus, rabiemq; tridenti
Mulcerem, frenumq; mari, atq; ruentibus vndis
Iniicerem, latas operire æquora terras.
Nil agit oceanus, nec amabilis Amphitrite,
Et Vitreis tu Dori manes iam cana sub antris.
Est noster quicunq; labor, quem ferre recuso
Vlterius, regnoq; parem, sociumq; vocabo,
Qui nunc per nostras defertur classibus vndas,
Summergamq; rates, raptumq; in sede locabo
Aequorea mecum subter mare, cuius in alta
Dextra erit vndisoni dominatrix fuscina Ponti.
Sic ait, & curru pro viribus incubat atris
Fluctibus, obstrusosq; imo trahit æquore ventos.
Confestim tumidi tolluntur in æthere montes
Vndarum, pelagiq; atra vada concita Cauris
Tempestate sonant, & torto vortice raptant
Corpora vi fundo, trabibus resoluta fatiscit
Compago, frustraq; vocant sacra numina nautæ.

Exoritur nox atra oculis, passimq; feruntur
Remigia influctus, & iam Neptunus, vbi ingens
Rex superans æstum conflictabatur Iberus
Vt raperet vicinus erat. pronamq; sub æquor
Voluebat puppim, cum Iuppiter æquus ab alto
(Nam reges, regumq; genus sibi cura tuendi)
Talibus alloquitur prolem Cyllenida verbis.
I, nate & sumptis trepida nunc æthere pennis,
Et fratrem æquoreum, qui iam maria omnia prædo,
Concitat, aggredere his dictis, atq; argue fraudis.
Scilicet imperium pelagi, sæuumq; tridentem
Idcirco sibi sorte datum, qui temperat vndas,
Et moueat quocunq; velit, sibi grandia Ponto
Assurgant vt monstra suo, quid nostra lacessit
Fulmina? & in reges audet temerarius ille
Moliri insidias? nostra hæc, sua tentet, & vltra
Haud fatus, tacuit. sumptis Cyllenius alis
Nec mora, iussa facit. summisq; ex alpibus amnem
Permensus Rheni, dein læua extrorsus oberrans
Aurea Gesoraco flectit talaria Ponto,
Auriferosq; alto, quos territat vnda Britannos
Commota, & toto disiectas æquore puppes
Vidit, & euulsos Neptunum frangere remos,
Atq; hunc magnanimũ regem iam crine tenentem,
Inuadit dictis, quibus o rex Ennosigæ
Impellis maria alta dolis? non fraudibus vti
Imperium decet, atq; instar regnare Tyranni.
Aequora habes, & sorte datum vibrare tridentem
Per freta, per fluctus, & eo compescere Pontum
Quem circũ monstra, & proni Tritones oberrent.

Quid tentas nunc regna Iouis? temeratacq; temnis
Fulmina? & in reges tantum Deus æquoris, audes
Moliri insidias? etenim sunt sub Ioue magno
Et reges, regumq; genus. sic fatus, vt ales
Ad prædam clausis decurrit ab aere pennis.
Deuolat, & manibus regem diuulsit ab vdis,
Disiectasq; rates, atq; ipsum ad regna Britanni
Appulit, & socios tuta in statione reliquit.
Tunc sale tabentes artus, atq; humida passim
Transtra Caledonio exponunt in littore Belgæ,
Armaq; arenoso pandunt naualia campo,
Et Phœbo siccantur opes, & regia Gaza.
Nox ruit, interea curarum voluitur æstu
Neptunus, tristem compescere nescius iram.
Concilium indicit, simul at vox lapsa per vndas
Aequorei venere Dei, & scopulosa frequentant
Oceano in medio Vitrei prætoria regis.
Tunc rex pumiceo considens turbidus antro,
Regna Iouis monitu dudum temerata recenset,
Egregiamq; sibi dolet abstraxisse rapinam
Mercurium, elatis aderat reuerentia verbis.
Exorti passim fremitus, & murmura vulgo,
Sed vanum tentare Iouem, sic agmine facto
Desæuitum vndis, & rupto limite Ponti
Belgica ab effuso demergitur æquore tellus.
Diffugiunt matres, præssosq; ad pectora natos
Exportant, trepidiq; senes, timidæq; puellæ
A rapidis vectantur equis, pars acta quadrigis
Excipitur, præuenta freto sub gurgite moles
Omnis abit, monumẽta patrũ stant vulsa metallis

Marmora Synadiis ſubter freta, ſic iuga rupit
Herculeus labor, & Bæthim diuulſit ab Aphris.
Dum rex vndarum hæc agitat, manſuraq; in æuum
Vinda aperit Ponti, terrasq; inuadit apertas,
Maturare fugam iubet Aliger, ilicet omnes
Stauratam læto propellunt remige claſſem.
Iamq; Caledoniæ radunt confinia terræ
Ingentesq; vident flexus, quibus irrigat agros,
Mobileq; exultans infertur Alaunius æquor.
Hinc Iſacæ curſum, & latis Durotriges aruis
Obliquiq; vndas Tamari, Volibamq; relinquunt,
Arduaq; effugiunt præruptí ſaxa Gohæi,
Præcipitesq; dolis Venetos, Ligirimq; ſiniſtrum,
Et quos diues alit verſis Aquitania campis.
Iam q; ſinum ingentem præterlabuntur, & ima
Littora, & acceſſu maris exundare Garunnam
Proſpiciunt, motamq; æſtus per fluminis Antron,
Miraturq; noua Tarbellicus incola Pontum
Claſſe premi, & pulſi currunt rumore Ruteni.
Vt Pyrenæos conceſſum attingere montes
Heſperiam ingenti nautæ clamore ſalutant,
Cantaber, & velox correptis Vardalus armis
Aduentu trepidant, atq; auro concolor Aſtur
Montanis exultat equis, cum præpete Leucos
Tranſabiit curſu ſcopulos, longiq; remenſa eſt
Ingentes Nerij rupes, fœcundaq; radens
Marmora Caſſitro Minij ratis hæſit in vnda,
Vltimaq; Heſperia, & populi per littora claſſem
Callaici excipiunt læti, & fatalia regi
Rex ſenior ſeptri conceſſit iura nocentis

Heu regnum inuiſum ſuperis, heu claſſe petitas
Præcipiti ſontes terras, quis temperet ægros
A lachrymis oculos? quis ſingultantia corda
Leniat? o fœlix quantum ſperare iubebant
Te fortaſſe Dei, quantum vis improba fati
Abſtulit, Heſperia, & nocti demerſit acerbæ
Namq; ſub occaſu quæ ſunt, Solemq; cadentem
Aſpiciunt, quæq; alta polo complectitur Arctos
Quicquid & ad Siculos exporrigit Itala tellus
Imperij fines iam dudum ſceptra petebant
Belgica, ſub leges vnius regis itura.
Vlterius vetuit ventura retexere Apollo
Fata Deum, tu nunc penes eſt quem Latius vnum
In terris regnum, ſis o Germanicæ Cæſar
Fortunæ exactor, tua te regat ardua virtus
Orta cadunt, finis cunctis mortalibus idem
Anguſtiq; dies, & vita precaria noſtra eſt.
At Martis nos vrget opus, iam creuerat æquus
Pacis amor populis, vitamq; fugarat agreſtem,
Et mores domuit vetitos, Sueuumq; rebellem
Impulit ad leges, cum Norica caſtra ſenatu
Inſigni, ac terra alma viris, ſe iunxit in iiſdem
Fœderibus magni factis & rebus adeſſe
Pollicita Auſtriadæ, quæ poſtq; ſenſit iniquo
Marte Palatinum vrgeri, ſopitaq; non dum
Extiterant odia, atq; augendi regna cupido,
Arma parant patres, variiſq; agitata ſenatu
Conſiliis ſunt bella prius, qui cenſuit vrbis
Delectum fieri, & validam dare nomina pubem.
Iam Croceis aurora rotis ſurgebat eoo

Littore,& auricomo terræ iam Sole micabant.
Stromarus Eurydamas consensu in bella senatus
Describit populos,obseruantissimus æqui
Qui fuit,& dextra nullis æquandus,& armis,
Primus inire aciem,postremus cedere pugna
Militiæ sollers,qui formam,& tempora norat,
Seu ducendus erat densos equitatus in hostes,
Seu frenanda manus,tardamq; lacessere pugnam
Vtilius,durumq; in cornua vertere Martem.
Iamq; sub Alerio miles conuenerat Vdo
(Hoc campo est nomen)gentēq; moratur agrestem,
Falcatosq; axes,quos prætor agebat Homertes,
Prima cohors Scythiæ cristatam more gerebat
Cassida,& induta horrescit femoralibus æreis,
Aspera fustibalo committens bella cruento.
Quæ sequitur pileis non aspernabilis hasta,
Intortos operit crines,Syriisq; Thyaris
Pro clypeis huic Gerra manu,vastiq; dolones,
Et mos gemmato mucronem annectere Baltheo,
Quas regit asper equo, pedibꝰq; in Marte Seleucus,
Pone subit gens bello atrox,quæ membra Sisyrnis
Contegit,& crurum tenus exarmata refulget
Eooq; acres inuadit Acinace pugnas.
Quarta autē Legio Pardorum pellibus harmos
Vestit,arundineas & certatura sagittas
Saxo acuit,capreæq; vibrat tela horrida cornu,
Hæc sub Athocle mœrēt.duxisse Autharchida quintā
Sternacem referunt,solita est quæ montibus altis
Fraxinea timidos desigere Dorcadas hasta.
Hæc pellem auritæ frontis gestabat equinæ

Voluentis per inane iubas, quæ vertice summo
Dependent, auresq; vtrinq; ad tempora vibrant.
Armati astabant omnes, Martemq; ciebant.
Interea patres sublimis in arce Dianæ
Conueniunt, agitantq; feri primordia belli.
Et tandem Arsanes fecit sic verba senatu
Quandoquidē ardentes animos, aciemq; videmus
Facto opus est patres, Cæsar nos fœdere iunctos
Iam vocat, incusatq; moram, tempusq; subinde
Consiliis labi, vestros sint fata Sagunti
Ante oculos, nam dum Rheteia consulit ægros
Roma, patres, Quintum cunctatoremq; requirit,
Interiit flamma, & Tyrio gens victa Tyranno.
Quare cum primum pubem deducere ab vrbe
Decretum vobis, extemplo castra petendum
Austriadæ reor, & sociis socia arma cateruis
Iungendum. sic nos Aquilis victricibus vrbes
Deuictas fausto repetemus, & oppida bello.
His dictis tacuit, contra sic ore locutus
Sæualdos. aliter nobis sententia patres
Ingruit, ad Rheni ripas, & regna Philippi
Signa volēt, populentq; agros, face cuncta manuq;
Hostili inuadant. sic Martis fulmina nostris
Arcebunt humeris, cogentq; redire paternos.
Quemq; lares, stabit spes interrupta Roberto
Quem patriæ reuocabit amor, curæq; parentis.
Sic & Amilcarides Byrsæ, remeauit ad arcem
Sydoniæ, Tyrios quateret cum machina muros
Ausonia, & duras ferret cum Scipio leges.
Quod iunctis tentanda senex legionibus arma

Consulit Arsanes, tutum est, maiore nec vlla
Auspicio sunt bella quidem, quidq;ne indigus vllæ
Cæsar opis? nostrisq; simul sua facta putatis
Digna admisceri? furiis agitatus in hostem,
Langraphius solus vadit. iam viribus acer
Albertus fert arma suis. nos ire veremur
Qua fortuna duces alios trahit, & Deus vrget.
Quare agite o patres, q̃ primum auellere signa,
Hostilesq; inuadere agros, Rhenumq; iubete,
Sic ait. ancipiti trepidabat curia motu.
Tum quisq; antiqui spectabat in ora Gerarchi,
Cui non consilio quemq̃ Germanica tellus,
Eloquioq; tulit similem. sed tempus, & arctæ
Res suadent paucis, quid sentiat ædere verbis.
Si posset nostrum peragi sine sanguine bellum,
Et Martis conceptus amor, ferrumq; sileret
Consulerem patres aliter, forsanq; viderer
Rerum vsu, & canis paulo sapientior annis,
Sed postq̃ duro decretum est cernere ferro,
Statq; acies campo sublatis horrida telis.
Maturanda via est. neq; enim aduersabor inesse
Vim dicto Arsanæ, sed mutant tempora leges.
Vndiq; Mars sæuit, quis enim non inuida contra
Budorij fert arma ducem? ceruicibus olli
Cuncta domans, terror Virthymberzentius instat,
Parte alia inuasit cubos non segnior illo
Langraphius, villas qui sternit, & oppida flammis.
Nec memoro Austriadem magnũ, modo quem ne=
Victorẽ bello vidit, trepidũq; Robertũ (mus atrũ
Deuictis pugnæ spoliantem turbine castris.

330

Comitatũ in Helſatia intelligit, quẽ antiqui Feretri comitatũ, recẽtior es Feretti appellãt.

Nunc autem Helſaciam inuaſit, camposq; Feretri
Sic memorant, dictator vbi cum vicerit hoſtes
Iulius, exemplo Romani nominis, altam
Erexit quercum, poſuitq; hoſtilia tela
Maſtrucas, ſagaq; & virgatas margine Pallas,
Vnde & ab erecto (ſi verax fama) Trophæo.
Nunc priſca aſciſcunt veteres cognomina terræ
Quare illi haud opus eſt alienis (qui ſua præſtat)
Inniti auxiliis, nec Rhenum inuadere, noſtram
Ad rem conducit, quando maioribus armis
Ille laceſſitur, ducibusq; potentibus hæret.
Quin potius noſtras confinia ad oppida vires
Vertamus, magniq; antiqua in pergama Othonis.
Nam cum debilibus diſcedens liquerit vrbes
Præſidiis (fama eſt) Rhenumq; petiuerit hoſtis,
Huc iter vrgendum eſt, huc dirigat armipotentes
Eurydamas populos, & anhelet Martius ardor.
Noſtra hæc ſunt, hæc noſtra inquit, ciuesq; Tyrãno
Oppreſſos, duplices ad ſydera tendere palmas
Cernere erit, veſtramq; manũ, ferrumq; vocantes.
Talia dicenti, quamq; vox diſſona vulgi,
Aſſenſere patres, camposq; inuadere Othonis
Eurydamanta iubent, qui poſtq; ſe appulit illuc,
Perluſtrat loca cuncta oculis, munitaq; caſtra
Diſponens, biſido circumdedit agmina vallo,
Atq; ita per noctem ſomnos eaptauit opacam
Miles, & excubiis caſtrorum cura per vmbras
Demandata, iubar donec ſplendentis olympi
Elargitum ægris oriens ſua lumina terris.
Vt primum lux alma polo, Phœbæaq; lampas

Emicuit,cunctos iussit consistere in armis,
Atq; ait,o socij,& bello spectata iuuentus
Vestra diu quæ iam tantum respublica Martem
Ordiri cupiit, ferroq; extendere fines
His posita est manibus quarum,tollenda per ora
Virtute est hominum,quæ tanto impensius instat,
Maior amor quanto est patriæ,pietasq; suorum.
Nec vos magnanimir obur deterreat hostis,
Noricaq; innumeræ tremefacta per arua Phalãges.
Nam vigor,atq; animi virtus non plurima vincunt
Agmina,& a magnis oritur victoria factis
Audendum est ergo ciues,quid Susa sagittis
Horrida cõmemorem? & frenantes æquora Persas
Spartanos timuisse duces,& mœnia Dyrces
Exæquata solo? & fusam per cærula classem.
Vnde etiam tali lætam Salamina triumpho
Accipimus,pulsumq; Asiæ per littora Xerxen?
Nec te prætereo fœlix Numantia bello,
Qua quondam victus positis hostilius armis
Pace abiit fœda,quam non tulit aspera Roma.
Hi paruæ cessere manu,nec profuit olli
Vndiq; concitum genus,& discordia mundi
Agmina Achemenio medicantia tela veneno.
Quid vos exemplis intentos demoror armis?
Velle sat est socij,magnis ornare triumphis
Vos decet egregiam patriam,vestrumq; senatum
Aduolat Hercynia crudelis valle Boemus
Auxilio qui vrbes tueatur,& arua Philippi.
Nun pauor hic animis illabitur? estis in armis
Nequicq; virtute pari? læti o mihi vultus

379

Laudandi ſemper, dignique in prælia motus,
Noſco truces geſtus, noſco ora petentia Martem,
Non aliis iam Roma viris vrbs principio rem
Aequauit cœlo, tenui cum Marte Quirinus
Cruſtuminosque, Atinamque, & pauperis oppida Bolæ
Vicit, & Auſonio cum rettulit arma tonanti.
Nos etiam parui fuimus, nunc ſancta precemur
Numina, dent faciles curſus, & cepta ſecundent.
Non deerunt Decij, & victu contentus aggreſti
Fabritius, ſæuique ardentia fulmina Bremij.
Quare agite æternam bello(ni templa penatum,
Et Diui indigetes, & ſacri numina fontis
Pegneſi ſordeſcit amor, patriæque futurum
Ornamentum animis abiit) perquirite famam.
Vix ea finierat, cum pubes omnis ad auram
Vulpigeras quaſſare haſtas, & promere Martis
Venturi ſignum, reboant ſuper æthera voces
Tympanaque, & lituis Mauors accenditur æreis.
Non aliter furor hos agitat, cũ ſi ſua Ianus
Belliferrati referaret limina templi,
Cum Mars indomitus, centumque euinctus ahenis
Frangit clauſtra, acuitque animos in bella furentes.
At contra vt rumor Boiorum venit ad oras,
Inuaſitque aures magni vaga fama Roberti,
Ilico delectos equites, peditumque cohortem
Tyronum auxilio miſit, qui finibus hoſtem
Eiiciant, pauidasque vrbes tueantur Othonis.
Sin paribus ſignis nequeant ſe fidere, campo
Detrectent pugnam, donec fulgentibus armis
Subſidium gelido Boiemus conuehat albi.

Nec mora perrexere duces, verbisq; pauentes
Ambibant populos, nec non munimina bello
Instaurant, vrbesq; nouant, & mœnia condunt.
Præterea syluas Theutisco more, recidunt
Annosam taxum, scabrisq; e rupibus ornos
Robora, coniferumq; genus, tiliasq; sequaces,
Et patula ad superos tollentem brachia fagum,
Obiiciuntq; viis syluarum, & compita claudunt,
Transuersisq; negant trabibus popularier hostem.
Lauphenij interea Eurydamas ad mœnia tendit,
Et tormenta vehit belli, vetitasq; recludit
Connexu trabium valles, iter obiice victor
Pandit in accessum, syluarumq; ardua tandem
Egreditur, campoq; phalanges sistit aperto.
Vt longe armorum sonitus, strepitusq; pauentis
Quadrupedantum aures hostis perculsit equorum,
Tunc armati omnes, turresq;, & mœnia complent,
Saxaq; subuectant humeris, vastosq; molares.
At Cyrus armipotens iuuenum lecta agmina bello
Instruit, & dictis ciues affatur amicis.
Vos o bellorum decus, & fortissima pubes
Haud nos puluereo Martem committere campo,
Sed portis instare decet, murisq; cruenta
Deiicere arma manu, clypeosq; effringere saxis,
Exiguum ostentant præsentia bella laborem,
Cum victis pugnare datur, vulgoq; coacto
Arma inter syluas, & acutos sumere dumos.
Vos modo sollicitas de pectore demite curas.
Iam ciues capite arma citi, date tela per hostes
Intrepidi, & circum vis Martia perfremat vrbem.

372

Dixerat, interea Eurydamas ad mœnia tendit,
Castraq; subiecto munit fidissima campo,
Qua missas poterant audire, & reddere voces.
Interea placidam suadens nox atra quietem
Præcipitat, retegitq; polum crescentibus vmbris.
Tum vero Eurydamas animo vigilante volutans,
Quis modus ad pugnam, quo belli exordia sumat
Principio, & quæ sit sternendis machina muris
Aptior, in somnem totam producere noctem
Atq; diem, belli cupidus, Phœbumq; morari.
Nec pugnæ præsentis erat modo cura, sed olli
Rumpebant altos Neomartia mœnia somnos.
Nec non Lauphenidæ, simul & Cyrus vndiq; muros
Lustrare, & pugnas secum conferre futuras.
Nox abit interea, tunc Segduneia pubes
Arma capit, totisq; fremunt densa agmina castris.
Iam strepit omnis ager, resonant clangore tubarum
Hercyniæ valles, iam signa vndantia, contra
Aspiceres vrbem inferri, ceu sub mare Delphin
Turbam agit æquoream, & fauces inuadit Abydi.
Sic densi ad muros belli cum mole feruntur,
Conuectantq; humeris scalas, Vulcaniaq; vrbi
Tormenta impellunt, monstrum damnabile terris.
Quo ferri, lapidumq; globos iaculatur, & ignes
Nube diem, & terra obtexens caligine Solem.
Inuentum Germane tuum, sic & noua semper
Ingenia extundant varias mortalibus artes.
Vtq; vrbem contra elatis procedere signis
Visa acies, staurant portas, & mœnia firmant
Lauphenidæ, iaciuntq; ingentia saxa, superq;

Horrescunt pilis, abiguntq́, & sanguinis atri
Rore madent enses, instant hi frangere portas
Vellereq́ ærato stridentes cardine postes
Incepto, ij crebra telorum grandine pellunt
Audaces animos, sic fluctus fluctibus altos
Cernimus vrgeri, collisa littora clamant.
Pumicibusq́ cauis sonitum mare reddit anhelans.
Iam passim furit effusis Mars sæuus habenis
Vndiq́ ferri acies, fractarumq́ aera pulsat
Scalarum fragor, atq́ armorum casus ab alto
Increbrescit, humiq́ super ruit arma virum, vir.
Nec timet euentum belli cristatus Hormertes,
Sed fera sectilibus committit bella dolabris
Agmina pone acris pugnant gerrata Seleuci
Parte alia Autharchis muros inuadit, & vrget
Et trepidantem altis impellit Athoclea verbis.
Quid differs segnis? grandi nun voce tonantem
Audis Chorebum? pugna qui prouocat, & te
Nominat ignauum? si quis pudor arripe telum.
Talibus affantem verbis, & plura volentem
Dicere, transadigit vibratum Autharchida ferrum,
Emissaq́ animam trusit sub tartara voce.
Tunc paulo concussi animi, retroq́ relabi
Segdunæa cohors visa est, contra horrida tela
Lauphenidæ iaciunt, madet atro sanguine tellus.
Effurit Eurydamas, & quadrupedante superbus
Sæuit equo, largisq́ fluunt sudoribus harmi.
Sic modo victores, modo victi Martis alumnum
Consumpsere diem, bellumq́ ita nocte diremptũ est.
At Cyrus exactam cædem, patriæq́ futuros

373

Agnoſcens caſus,nec ſpes erat vnde vocaret
Auxilium,hortatur miſeros ſe dedere ciues,
Sic etiam cunctis viſum eſt,cum craſtinus ortus
Fulſerit,& nigras aurora fugauerit vmbras
Legatos mitti,pacemq;,& fœdera poſci.
Tertia iam lux alma polo ſplendebat eoo,
Panduntur portæ,turmas inducit ouantes
Eurydamas,lætiq; omnes Pæana canebant,
Auſpiciis Diuum acceptis,& Marte ſecundo.
Protinus Herbruchi fines,atq; arua peragrat
Althenij victor,putriq; immerſus arena
Metatur caſtra,& crebro poſt mœnia lapſu
Exæquata ſolo,turresq;,minasq; reuulſas
Vi potitur, cum ſexta dies iam pila teneret
Infeſta,& dubiis fremeret Bellona ſub armis.
Dumq; ea iam trepidos,non æquo Marte gerunt
Phalſgraphidas contra,non ſegnius arma potentis
Cochenis ad gelidas erecta Neopolis vndas
Vlryci patitur,tandem victricia tela
Mechymoli ad campos feſſus diffuderat vrbis,
Armorumq; graui paulum laxauerat æſtu.
Parte alia infeſti populata per arua Soberni
Sæuit Alexander premit indignatus Adechum.
Rughorum princeps,ſed longe animoſior armis
Cæſar in extrema pugnabat Agenoris ora,
Nomine corrupto,quæ nunc Agenoia dicta eſt,
Fertur enim Cadmus,iuſſu vagus exul ab oris
Phœnicum,Europam quærens & furta tonantis,
Hunc coluiſſe locum,atq; ſui de nomine gentem
Appellaſſe patris,qua etiam gentilibus aris
Sacra repertores celebrant Phœnicia Diuos.

Hanc pretio memorant emptam, magnicq; reuulsam
Imperio Austriadæ, multisq; fluentibus annis
Dura palatini perpessam sceptra Tyranni.
Hanc subito sine Marte capit, sic mœnia ciues
Colmarij Austriadæ pandunt, sic hospita Bari
Fit pubes, multoq; viri innuptæq; puellæ
Vndiq; spumantes turmis crateras Iacho
Cæsareis frustum Cereris, Zytumq; propinant,
Grandiaq; exportant melliti pocula Medi.
Nec mora Sonchauios montes, penitusq; repostam
Alcratium petiit, victor lateq; per oram
Imperat Helsaciæ Cæsar, recipitq; Philippo
Ablatas vrbes quondam, populosq; pauentes
Componit, mulcetq; animos, clausamq; resignat
Iustitiam, & sanctis confirmat legibus vrbes.
At Philshophenium, Phylsi de nomine dictum
Fluminis, atq; vnda quod Ræticus alluit Ister,
Byspeiches dum Marte premit, tentatq; potiri.
Inuadunt fortes meditantem talia ciues,
Pugnatumq; diu, atq; anceps certamen vtrinq;
Extiterat, tandem multa cum cæde suorum
Hostis abit, vetitam linquens inglorius vrbem.
Sic passim horrendi crudescit Martis Enyo,
Totaq; lætifero mota est Germania bello.
Nec minus vmbriferos trepidare per auia Francos
Aspiceres, cum visa palam vexilla per auras,
Hostiliq; premi Neomartia mœnia pube,
Quæ vallo ingenti, & multis legionibus, acer
Cinxerat Eurydamas, & iam Sol aureus orbi
Bis noctem intulerat, bis luce fugauerat vmbras,

Tyrannum caue in malam partem accipias.

Cum frustra fortuna loci tentata remansit,
Vixq; intra iactum micuerunt agmina teli.
Tunc Cymmon nocte in media, atq; silẽtibus vmbris
Multa animo voluens, simul atq; aurora nitentem
Rettulit alma diem, coram sic omnibus inquit.
Incassum o socij bellum tentamus aperto
Marte negant pugnam, solum certamina muris
Expectant auidi. dextra sunt vndiq; montes,
Aeriiq; horrent scopuli, non altius Oeta
Tollitur, aut timidis vitanda Ceraunia nautis.
Ad læuam in planos ad nos quæ panditur agros
Defendunt turres, & propugnacla, minæq;
Murorum ingentes, pulsantiaq; ardua nubes.
Quid terimus tempus, non si Phlegreia tellus
Rursus centimanos agitarit in arma Gygantes,
Demoliri vnq; poteris, vel vincere bello
Hanc vrbem Eurydamas, & quã reor esse nocentẽ
Præcipitanda mora est, aderunt, sic fama vagatur,
Indomitæ gentes pugna, totusq; Roberti
Albis in auxilium vacua vehit agmina Praga.
Nosco equidem crudele genus, certandoq; quantum
In clypeum surgat, quantasq; effundat habenas
Irarum, a nobis Dij talem auertite pestem,
Et prohibete nefas, dicentem talia toruo
Spectabat vultu Eurydamas, simulataq; norat
Pectora, quo bellum fatale auerteret vrbe.
Namq; Palatinis occultum semper adhæsit
Partibus, atq; animos fautor remouebat ab armis.
Quẽ contra Eurydamas fantem, sic turbidus inquit?
Si tantum factis Cymmon, dextraq; valeres

Quantum omnes ſuperas ore, excelliſq; loquendo
Sub iuga veniſſent Byſalthæ, & Eous Orontes,
Byzeresq; feri, & frenum indignatus Araxes.
Sed quia vel nolis, vel neſcis prælia forti
Exercere manu, nec Martis honore decorus,
Antiquos imitaris auos, nunc tempora belli
Prolatas verbis, & fœderis autor iniqui
Conſulis, aut pacem fœdã, aut clam ſubtrahis armis
Audaces animos, I. nunc & magna ſenatu
Verba tona in medio, & te dictis effer ad auras.
Scilicet incaſſum tentabimus aſpera bella,
Aduentat crudele genus, vaſtasq; per Iſtri
Flumen agit puppes, ſoboles mauortis alumna,
Nun Byorix, Ambronq; ferox, nun Vandalus acer
Arma mouet: noſtra hæc veniat ſciet obuia quantũ
Tela valent, nec nos vt te, timor occupat iſte.
Dixerat, interea miles Neomartius hoſtem
Nequicq; timet, & muros fulgentibus armis
Circuit, & quernis reſonant caua tympana truncis.
At vigil Eurydamas cæſis de montibus ornis
Tormenta inſtaurat, lignisq; informibus ingens
Exorditur opus, primum latera ardua tortis
Sepit viminibus, patulamq; altrinſecus aluum
Excepturam homines, aditu laxauit inani.
Ac ne flamma vorax, iaculata a mœnibus altis
Vreret impactam molem compage ſoluta,
Pellibus Vrorum, & taurino tergore cingi
Imperat ingentes præuaſti corporis artus.
Hanc molẽ Eurydamas iuuenũ lecto agmine, cõplet
Inuitamq; vrget, trepidantiq; ingerit vrbi,

Dein iubet vt roſeos aurora retexerit ortus,
Arma parare viros, crudo & ſe accingere Marti
Atq; ait, in læuam flectetur machina partem.
Vos dextram ſeruate, atq; altos cingite muros.
Vix ea finierat, cum ſe Neomartia pubes
Armatam effundit portis, fataleq; lignum
Aggreditur flamma, ferroq;, & grandine teli,
Eurydamas contra latis erumpere caſtris
Hoſtilis cum viſa acies, & pulueris atri
Inuolui nubes, mucronibus agmina denſis
Semirecincta iubet, turmæq;, alæq; ruebant,
Criſtatiq; equites laxis certamine loris
Arua fuga rapere, & calidis trepidare ſub armis.
Iam coniunctæ acies, & iam feralibus aruis
Anteuolat Mauors, cæſorum ſtridor olympum
Verberat, implenturq; ægris ſingultibus auræ.
Eurydamas furit aſper equo, impellitq; morantes
In pugnam, torquens Leumæo haſtilia ferro,
Impete qui primo perimit Colybumq;, Gyamq;,
Saxonemq; Balyn, & quem tulit obruta cœno
Terra Sycambrorum contorto crine Trymethem,
Nec tibi ſeptemplix certanti profuit vmbo
Ræte ferox, quondã qui ſanguine cretus Hetruſco
Tyrrhenos extollis auos, priſcasq; ſecures,
Nec non Romano geſtatos conſule faſces,
Et male voluentem tacitum penetrale Magorum,
Et Dryudum cantus, & præpetis omina pennæ,
Dij iuuere Thagem, nam dum ſe ſurripit haſtæ
Alchionis, retro labens (miſerabile viſu)
Impegit caput in ſaxum, fractoq; cerebro,

Fatidicam multo vitam cum ſanguine fudit.
Augetur fragor armorum,circumq; furentes
Martis equos fremere,& Bellonã ſanguine tinctam
Accipimus viſam,atq; ardentis mole duelli
Inter anhelantem peditumq;,equitumq; furores,
Turgentemq; minis Antherona,equasq; Seleuci,
Et pauidum belli furiis incendere Athoclem,
Sic pugnat conferta acies,atq; vndiq; ciues
Vrbe ruunt,ſummaq; ducis volat arce Roberti
Præſidium,& fuſo comittunt ordine pugnam.
Non aliter velox extra deſerta Getarum
Gens ruit in præceps pellecta cupidine belli,
Quam nulla inducit certantem induſtria,tantum
Et ſæuus furor,& dementia ſuggerit arma.
Parte alia ad muros induxerat agmen Homertes,
Clauſtraq; portarum diſruperat æratarum.
Vociferans Dorylas ſumma tum currit ab arce.
Quid vos o miſeri,quid vos o pigra moratur
Machina? quæ veſtras cepit dementia mentes?
Hic dolus eſt inquit,quid vos hic tempora ciues
Nequicq; teritis? iam Segduneius acer
Hoſtis habet muros,oculis hiſce agmina vidi,
Nos aciem contra,atq; minantia vertere ſigna,
Vix ea finierat,iuuenum globus emicat,aluo
Tormenti execta,Mauortiſq; impete vaſto
Inſtaurat laſſi pugnam,cædemq; morantem
Inuaditq; hoſtile latus,ſtragemq; cruentam
Aedit,at inſano Neomartia victa timore
Turba fugit,repetitq; vrbem,ceu carcere fracto
Barbara anhelantes horrens Hyrcania tygres,

Aut Atlantiaco fuluos de monte Leones.
Maure paues,trepidasq; fuga,iam sulfur & atro
Igne dies tegitur,fractusq; reuerberat aer
Armorum strepitu,& morientum vocibus imæ
Implentur valles,omnisq; admurmurat vmbra.
Vt patuere doli,Phlegyasq;,vnaq; Lycetes
Increpitant ciues,vos o fœdissima proles
Quo ruitis? firmate gradum,nescitis vt errat
Iam dolus in castris,vos hic pugnatis,& vrbem
Hostis habet,miseri retro hinc iam cedite pugna.
His dictis,cuneum primæuo flore iuuentæ
Instruit,& medio Phlægyas se subtrahit hosti.
Instabat ferus Eurydamas,sensimq; recedens
Agmen agit telis,atq; intra mœnia pellit.
Et ni vasta ruens aditum Cataracta negasset,
Imperio tandem vetita potireris in vrbe
Eurydama,sed fata obstant,nec segnius instat
Mœnibus,& flamma,& telis infandus Homertes.
Tunc timidæ matres,pueri,innuptæq; puellæ
Festinate viri,& rebus succurrite fessis,
Hostis adest,clamant,fulgentq; in mœnibus alæ,
Nec mora concurrunt omnes,sæuusq; Lycetes
Euolat,& primus mediis intermicat armis.
Vociferans vltro ciues Mars obtulit horam
Qua bello egregij,& factis tollamur ad astra,
Instate,agglomerant omnes viresq;,manusq;,
Atq; ministerium læti subiere cruentum.
Erbipoli interea fulgentes ære cateruas
Subsidio venisse vrbis,summaq; receptas
Arce volat rumor,maioraq; nuntiat arma,

Protinus Eurydamas, vnaq; animosus Homertes
Discedunt pugna, pubemq; in castra reducunt.
Dumq; hæc in terris ardent mortalia bella
Et nunq; miseris regnandi exacta cupido,
Iuppiter omnipotens cœli qui sydera torquet,
Multa super belli finem, metamq; volutans
Concilium indicit Diuis, & lumine sancto
Torua tuens, longe magnum concussit olympum.
Diiq;, Deæq; omnes, Vati memorate quot estis,
Vestrum opus incipio, nam vos venistis, & omnes
Qui terras, fluuiosq; altos, quiq; æquora late
Incolitis, iussu magni Iouis astra petistis.
Principio mater fuluas turrita Leænas
Exagitat per inane poli, torquetq; per auras,
Hanc circum Corybantes erant, Dyctæaq; turba,
Semiuirumq; genus crepitantia percutit æra,
Pone antiqua Deum soboles, quosq; ipsa vetustas
Consentes memorat, selectiq; ordine Diui
Conscendunt biiugos, & prima intermicat omnes
Magna Iouis coniux, quæ densa septa caterua
Altum Agamẽmoniis cœlum penetrauit ab Argis.
Hinc & flaua Ceres sacra quæ flectit Eleusi,
Ad iuga panda boues. Aeneia deserit ignes
Vesta suos, Cycnoq; Venus modulante reliquit
Idalium, Paphiasq; aras, atq; alta Cythæra
Ambrosio gratum fundens de vertice amorem
Quo superi, stygiiq; Dei, quo numina Ponti,
Mortalesq;, feræq; omnes, pictæq; volucres
Vincuntur, seruantq; acres in pectore flammas.
Inde sagittiferos Amphionio Aracyntho

377

Educit Diana choros, & permeat astra.
Præterea anguitenens properat Tritonia virgo
Consilij Iouis, & fati haud ignara futuri.
Nuntius & celeres aptans Cyllenius alas
Deserit Arcadiam, qua se mutare figuris
Insolitis perhibent homines, faciemq; luporum
Induere, & decimum purgatos rursus in annum
Sumere mortales vultus, hominemq; fateri,
Aureaq; huic nodo stringens talaria nectit
Fibula, gemmatoq; fluunt sub tegmine crines.
Nec non fluctiuoma Neptunus ab Amphitrite
Portunnum misit, sensit Vulcania Lemnos
Tardipedem petere astra Deum, crinitus Apollo
Lustrabat longum radianti vertice olympum.
Belliger hinc Mauors gelido præturbidus Aemo
Cornipedes impellit equos, & fulminat hasta.
Pone subit Bellona ferox, flagroq; cruenta
Corripit ignauos, & pugnæ perfremit ira.
Venit, & Aegypto nequicq; vlulatus Osyris,
Et latratorem secum compellit Anubim,
Agminaq; ærisono iungit Nilotica systro,
Turilegiq; suum numen misere Sabæi
Inde lares, Ianusq; biceps, Syriamq; vagata
Derceto, & instabiles voluens Adrastia currus.
Vna omnes subiere polum, sacriq; penates
Erdaq; telluris Diua, & Germanica secum
Euolat Hercynio ad superos Aruinia luco,
Sanctaq; Cecropiis discessit Aglauria templis,
Venit & Inoo celebrata Palæmone mater
Leucothoe, fugiens mythratos barbara Colchos.

Albuneæ quę & Leucothoe, templum apud Colchos.

Altaq; Iuturnæ numen petit astra latinæ.
Quid memorẽ Aegoceronq;, Hyadas, septẽq; triões,
Et tardum cœlo flectentem plaustra Bootem?
Quicquid labentes deuoluens circulus annos
Continet, atq; alio vergentia sydera mundo
Maturant parere Ioui, quid in æquore mersas
Et Clothen, Panopemq; loquar? flauamq; Alimedem
Cyrene mater viridis Penæos ab vndis
Exerit os vitreum, placido discedit Enipeo.
Infœlix Tyro, & dilectas deserit vndas.
Tuq; Ister viduis mansti sine numine ripis
Maximus Europæ fluuiorum. nam tua Xanthe
Astra subit, secumq; Erato, Glaucæq; sorores
Hęæ, quo se tantum iactat Germania Rheno
Exiluere ambæ, & cœlum petiere volantes.
Præterea Aonio modulantes vertice Musæ,
Atq; antiqua Themis, semperq; errabilis Io.
Lymphaq;, & ingentes varians Thaumantias arcus
Cœlitibus roseo vultu se miscuit altis.
Sed primæ ante Iouem nentes mortalia fata
Astiterant Diuæ, quæ magni dicta tonantis
Excipiunt, calamoq; notant, & magna Deorum
Concilia æterni condunt annalibus æui.
Leua aũt timor, & Zelus spolia ampla Gygantum
Ostendunt, qui regna Iouis, templa aurea cœli
Vertere terrigenas quondam vetuere Tyrannos,
Vltricemq; Deam euentum, trepidumq; timorem
Nocturnos Lemures, & mortis imagine Somnum
Turmatim ascendisse ferunt, quid Eryctea dicam
Orgia Cecropij celebrant cui festa coloni,

378

Orecq; saxifico terrentem Persea Diuos.
Et decantatum Nemeæo Alcida Leonem,
Hic secum astriferos profert sua monstra per axes,
Stymphalidas,cæstusq; Erycis,victumq; Erymanti
Colle suem,& semper plagis viuacibus hydram,
Raptaq; deuictis Acheloia cornua ripis,
Quæq; tulit danaas fulgentia poma Mycænas,
Theseaq;,& raptũ discincta ab Amazone baltheum.
Iam Tenedi misere Deum,iam Græcia sacros
Tyndaridas dedit,& cantatum Roma Quirinum.
Ecce autem astrifera,qua tollitur altior axis
Sede,choro descendit auum,tua maxuma proles
Alberte,Ernestusq; suos veneratur Othones,
Henrici subeunt pone,& vestigia adorant
Sacra Leopoldi,sed longe excelsior ibat,
Cum bello tum pace grauis,qui infanda parantes
Oceani domuit populos,Morinumq; subegit.
Hic est qui sapiens olim sine Marte furorem
Vicit Pannonium,& cunctando restituit rem.
Nec dedignatus tantum est tibi maxime Cæsar
Virtutum decus,in partem te iungere regni,
Hic numero Diuum insigni,trabeaq; decorus
Sydereo in solio iuxta micat astra tonantis.
Vt late fulsere Dei,& quæq; ordine notis
Numina consedere locis,cætuq; silente,
Talia depromit toruo Saturnius ore.

FINIS.

LIBRI DECIMI ARGVMENTVM.

Decimus habet Iouis orationem, qua deliberat accelerãdum Roberti Palatini fatum,inibiq; nonnullas temporũ suorum clades recitãtur. In fine orationis,occulte ne Deorum animi ad Pa-

thos mouerentur, uxoris quoq;, & filij mortem innuit. At Pallas postq; decretum est, rogat Palatino diuinitatem dari. Sequitur & Dianæ oratio, Iouis iusiurandum in Cæsaris fœlicitatem. Qui mox Mercuriū ad Parcarum sedes mittit, ut fatum Roberti interrumpant, ubi Parcarum sedes describitur. pestisq; ab inferis euocata, Robertum inuadit. qui post querimoniam tam desidis exitus, moritur. Inde uxoris sup ipsum lamētatio, ipsiusq; ac filij repēdina mors. Accurrit pater, qui super corporibus patheticam sed grauitatis plenam orationē habet. deinde mandantur sepulturæ. Sequitur belli Boemici descriptio, non longe a Ratispona, quam reginonē alij dicūt, Poeta Reginum appellauit, ubi mons solis est. Inde Cæsaris oratio ad milites, Langiq; ad eū responsio, quorundāq; principum qui eidem bello interfuerunt, nomina. Pugna atrox, multorūq; cædes ingens. Iamq; ad currus peruentum erat, cū Pallas Doridem oceani uxorē petit, impetrat undas nubesq; concit. Pluuia īmensa oriť, utrinq; pugna relicta est. Diana cū dolos nouisset, Messanā Siciliæ petit, Phœbūq; fratrē qui illic stabulauerat, cum equis rogat ut nubes dissipet. Interim fama Roberti mortem attulit, concussi Boemorū animi. qui tandem uertunt terga fuga, & Cæsar uictoria potitur.

AVSTRIADOS LIBER X.

AEternas mundi leges, & fœdera rerum
Iam cōnexa, mihi voluēdo ex ordīe nunq̄
Mens subiit dānare, diēq; abstrudere tris,
Ex q̄ me Alcmena iūxi, magnūq; creaui
Amphitrioniaden, & nox mihi paruit ingens,
Occuluitq; iubar plus æquo Pythius alto
Oceano, & fratrem mirata est Luna morantem.
Sed nunc cœlicolæ magni, & genus omne Deorum
Syderei, sedem quicumq; subistis olympi,
Audite hæc, animisq; omnes mea figite dicta.
Bella diu in terris regum viguere, nec vlli
Pugnando innumeras pudor est deperdere gentes.
Nam quot Tarpæa vidi de rupe triumphis

379

Parthenopem egregiam, quantas lux vna tenebras
Attulit? Insubres memorẽ, quos Gallica pubes
Alterno fractos motu, varioq; tumultu
Perdomuit, victrixq; Padi calcauit arenas,
Transiit hoc animo, nec me fortuna peracti
Sollicitat, veniet lustris labentibus ætas,
Qua puer insignis regno potietur auito,
Et cisalpinas exactis hostibus vrbes
Inuiset, verum Cæsar Germanicus, vna
Cura mihi, & mundi regio qua labitur Ister
Iam contra insurgens commouit bella Robertus,
Arctoosq; replet sociali cæde penates.
Et quamuis Marte inuisa Tritonide Cæsar
Exuperet, victorq; aquilas, & signa reportet.
Surgent bella iterum populis, maioraq; mundo
Funera, replentes crebris plangoribus auras,
Tristia lugebunt natorum vulnera matres.
At si Phalsgraphides venturis viueret actis,
Nunc̃q; pax bello fieret, maiora refellit
Hic sceptra, ille parem non vult nec fœdere iungi.
Ergo innexa chaos repetant elementa, diesq;
Dispereat, Phœbusq; suo declinet ab ortu?
Impia ne radiis, retegat tot facta reuectis?
At non sic. præstat sed bello imponere finem,
Quem fore sic video, magnũ si Marte Robertum,
Cuius ab astrifero dudum spectastis olympo
Pugnaces animos, sontesq; in bella furores,
Ante diem morti dedam, secumq; nouandi
Crescentem belli spem, ne noci tura futuris
Interrumpat iter rebus, nam plurima magno

Alludit ad ducem Mediolanẽsem per Cæsarẽ in dominium restitutum.

Robertũ, & Albertũ intelligit.

In Latio rex bella geret, cum gallicus horror
Proteret Insubres, atq; Adria fulserit armis.
Sic pater effatus longum tremefecit olympum.
Stabant ancipites Diui, nec pergere contra
Audebant dictis, tunc Pallas Gorgone sæua
Ante Iouem sistens, mœsto sic incipit ore.
O hominum rector, Diuumq; æterna potestas,
Numine qui cœlum torques, quæ tanta lacessunt
Iurgia te genitor? iuuenem q; dedere morti
Immeritum ante diem, & dotali expellere regno
Immotum sedeat? nunquid sacram Elidis ædem,
Altaq; Mauruſi rapuit delubra tonantis?
En ego bellipotens, capitisq; excelsa paterni
Progenies iam vilis ero, frustraq; gygantes
Strauimus, atq; altis serpentem affiximus astris;
Qui parte hac propius, totidemq; reflectitur illa
Orbibus, atq; duas intermeat algidus arctos.
Namq; ego quem foui in terris, iuuiq; superstem
Infandum o superi vitali pellimus aura.
Scilicet hoc pacto dominus, victorq; per orbem
Imperium terræ Cæsar regat, omnia solum
Respiciant, rerumq; decus post tollat in astra,
Atq; iterum effuso iactet se sanguine Diuum.
Quid iuuat e belli flammis, fatoq; Robertum
Conseruasse meum? & vento vexisse per auras
Si tanta a rerum mole, & flagrantibus armis
Abstrahis ante diem, & iuuenili surripis æuo.
Verum si hæc fati sedet alto in corde voluntas,
Non veto, sed saltem mundi da maxime rector
Huic iter ad superos, atq; inter magna relatum

Sydera, fac numen, sic nec mentita videbor,
Quæ toties illum dixi post fata iubentem
Te sperare polum, qui factus numen ab alto
Puluereas acies, atq; aspera bella videret.
Pollicitis, tu magne pater precor annue nostris,
Dixerat, at contra surgens Diana locuta est.
Credebam o genitor, veteris sera iurgia litis
Discessisse animo paulum, sed Palladis ira
(Cum nunq; nostris contraria desinat actis)
Cogimur effari, coramq; has fundere voces.
Ex quo Iunonem fugiens Latona furentem
Appulit instabilem deuecta per æquora Delon,
Olli venturam magna de stirpe canebas
Heroum prolem, dextraq;, opibusq; potentem,
Quæ regeret terras, quas arcticus alluit Ister.
Et tandem in Latium bello transiret apertis
Alpibus, Austriadum genus hoc fore, rite recordor
Dicere te genitor, curam tibi Iuppiter vni
Augere hanc gentem, magnaq; ab origine reges
Seruare, atq; illis mundi committere habenas.
Dicta precor serua, veniat translatus ad astra
Vt lubet, & currus per sydera torqueat heros.
Nulla mihi inuidia est, iam prælia spectet olympo
Cæsareasq; acies, ita nec mentita coletur
In terris Pallas, detur nunq; ne quietum
Diua geres animum? aut tolles cum Cæsare litem?
Tunc decuit seruasse modum, cum Belgica mouit
Menapio exoriens contra gens littore bellum.
Gens infrena ferox vbi te per castra, per enses
Vidimus armatam, & magno cum turbine Martis

Boemicam pugnã intelligit.

Oceani vrgentem populos, pugnamq; cientem,
Cumq; tibi vetitum iussu Iouis arma sorori
Enceladi, quæ inuisa Deis dementia fertur,
Porrexisti amens obscura in tartara mersæ.
At si præteriti stimulat te vulneris ardor,
Austriadem contra, quæ te impulit ira potentem?
Cæsar cura Deum, multos dominabitur annos.
Annuit omnipotens hoc Iuppiter, ipsa querelas
Iam pone, & fatis parere assuesce futuris.
His dictis, Cytheræa sui haud oblita cruoris
Mussat, & apta sibi meditatur tempora fandi.
Cum solio omnipotens considens Iuppiter aureo
Incipit, inter vos tantas componere lites
Tẽpus adest, mihi quod facto est opus, ipse facessam.
Quod quæris dabitur Pallas, Latonia Phœbe
Phalsgraphidem accipies, mediocq; locabis in orbe.
Nec ducis egregij tristabere Cynthia fato,
Hæc enim ventura tibi stant condita mente.
Aetheriam in sedem cum numina sancta vocarem
Prædixi, nec pollicitis fraudabere nostris.
Interea Cæsar tota dominabitur orbi,
Sic fixum est animo. Manes obtestor auerni,
Et stygij fluuia atra vadi, sat fulmen Oilei
Sit tibi, & Euboicus conterritus igne Caphareus.
His dictis tremuere apices, & culmina olympi.
Inde pater solio descendens Iuppiter alto
Sydeream in sedem, Diuum comitante caterua,
Se confert, mundumq; alta despectat ab arce.
Sic omnes abiere Dei, cætuq; soluto,
Quisq; suas repetit sedes, & templa reuisit.

389

Nec mora parcarum iubet, agmina sæua sororum
(Quas modo scribendi solito dissoluerat vsu)
Mercurium petere, interruptaq; poscere fata.
Nec mora præpetibus Maia satus euolat alis
Parcarum ad sedem. stat circum ferreus olli
Prædurusq; obex, solidoq; adamante Dearum
Sunt postes, atq; ære gradus, clausosq; recessus
Nulli fas aperire Deum, nec scindere ferro,
Hinc horæ, soleſq;, atq; irremeabile tempus
Remigio alarum, & vario discrimine vitæ
Nascuntur, pereuntq; simul, latet orbita rerum,
Ordoq;, & obducto primo stat limine regni
Ore vigil cura, & digito dat signa tacendi.
Ergo illuc sumpto properat Cyllenius hydro,
Atq; Iouis mandata refert, properandaq; poscit
Fata ducis, contra cui sic soror vna profatur.
Atlantis proles, & Diuum nuntius arcas,
Fata suo stant firma loco, sua quemq; moratur
Certa dies, nulliq; datur mutabilis hora.
Sed tamen omnipotens, cum Iuppiter omnia solus
Et regat, & videat, sua iussa capessere fas est.
Dixit, & officio indulgens mouet ore supræmum
Carmen, funereis deuoluens stamina fusis.
At Lusitano diffunditur oceano nox
Interea, densatq; vmbris humentibus orbem.
Ecce autem pestis monitu Iouis extulit imo
Pallentes Erebo vultus, cui mortis imago
Fit comes, & macies, noctiq; simillimus atræ
Ferreus est olli somnus, luctusq;, pauorq;.
Fatalesq; ardent morbi, pœnæq; sequaces

Ipsa cruentata præcingens tempora vitta
Terribili squallore, oculisq; vndantibus horrens
Phalsgraphidæ herois sedes, atq; atria lustrat.
Vt passim diri feralia semina morbi
Sparsit, & inferna confecit tabe penates,
Ad Manes rediit, vultusq; recondidit vmbris.
Protinus vt dira est contactus peste Robertus
Excutitur somno, quis enim tremor occupat artus?
Inquit, & infando trepidant quo membra dolore?
Quo vires abiere meæ? fatum ne paratis
Crudeles parcæ? nequicq; terreor ipsa
Lege obitus, cunctis quæ se mortalibus offert.
Culpo locum, turpiq; adimi mihi fine labores,
Indignorq; thoro, saltem inter Martis alumnos
Effudissem animam, non vltima fata dolerem.
Cur, testor Diuos, & conscia numina nostræ
Mortis, & humiuago labentia sydera cursu
Hoc merui? dixit, conatus tollere corpus
Deficit, atq; animam peste eluctante fatigat.
Non aliter Pharia percussus arundine serpens
Torquetur, spirisq; ingentibus aspera pulsat
Saxa, & lætiferum diffundit ab ore venenum.
Vt vires periere, iacet, vixq; arripit auram,
Et vomit acceptam, caudaq; inflectitur ima.
At patris ætherei iussu Cyllenius ales
Descendit, virgamq; gerens qua tristia pandit
Tartara, pallentesq; animas, Manesq; profundos
Euocat, hac iterum defunctos destinat Orco.
Nec mora luctantemq; obitum, vitamq; resoluit
Aliger attactu virgæ, spirabilis aura

Effugit ad ſuperos, venienti cornua pandit,
Ingentemq; ſinum laxat titania Phœbe.
Hic, vbi terreſtres animæ, quas ferrea virtus
Et labor, & pietas, & rerum victa cupido
Extulit ad cœlum, ventura in ſæcula viuunt.
Protinus attonitas inuaſit coniugis aures,
Quæ vigilans longã famula cum cælide noctem,
Depingebat acu chlamydem, circumq; retorti
Cornua Danubij contexere cœperat auro.
Fama mali, ruit exanimis, ferturq; per alta
Atria Bacchantum ſimilis, fœdatq; cruenta
Ora manu, laceratq; ſuos miſeranda capillos.
Vtq; virum aſpexit, nequicq; conſcia fati
Proruit, exanimesq; amens amplectitur artus.
Pallenti tales erumpens ore querelas.
Me miſeram Vigilo ne? an mortẽ coniugis orba
Somnio? ſi viuis reſponde. veh mihi, non plus
Cor ſalit, heu nullus ſentitur ſpiritus oris,
Men linquis? ſaltem vita o mihi charior ipſa,
Hauſiſſem extremos animæ fugientis hiatus.
Quo mea ſpes abiit? belloq; exercita virtus
Quam totiens laudaui, animiq; nec indiga vixi?
Nunc quid agam infœlix, hoſtilibus ambior armis
Fœmina nun raptis ducar captiua triumphis?
Vel circum aſpiciam turmas, lateq; furentes
Cæſareas acies quas tu terere ante ſolebas?
Quid loquor o demens, funeſto nectite collo
Vincula vos famuli, aut corpus fluuialibus vndis
Mergite, & inuiſis animam diuellite terris.
O nimium fœlix ſi connubialia ſacra

Dij nunq; tali pepigissent nostra marito.
Nunc morere hæc summa est, thalami fata inuida nri
Annuite optatis, & me quoq; mittite ad vmbras.
Sic effata, animi, fletusq; dolore fit impos,
Incumbensq; super lachrymis rigat ora supræmis.
Dij votum hauserunt superi, vocemq; præcantis,
Nam subito, infandum visu, ac mirabile monstrum
Apparet, nulloq; olim delebile in æuo,
Inficitur misera, & morbo consumitur illo
Vociferans, trepidant famulæ, collapsaq; membra
Suscipiunt, altasq; replent clamoribus aulas.
Illa & adhuc tollens oculos in morte grauatos,
Natum frigidulo singultus ore cientem,
Extrema vt vidit moriens ita voce locuta est.
Chara mei soboles, & patris dulcis imago,
Viue precor, patremq; refer virtute, vel armis.
Eripior tibi nate Deis, sic fata querentem
Deserit, atq; imos visit sub tartara Manes.
Aureus interea puer exitiale venenum
Ebibit, atq; vna miserorum fata parentum
Subsequitur comes, haud aliter Phithiotica tempe
Amittunt flores, scindit quos falce canori
Accola Penæi, botrosve per ardua treuir
Immites, placidi iuga debacchata Mosellæ.
Iamq; dies splendere polo, terrisq; micante
Fulxerat oceano vultu Titonia coniux.
Exoritur plangorq; virum, stridorq; per auras
Immensus, totamq; furit lymphata per vrbem
Consternata cohors, & lamentabile vulgus.
It fama interea chari genitoris ad aures.

Ordo mutatur. prius enim filius obiit, q̃ mater.

Qui postq̃ infandam mortem, casusq; suorum
Agnouit, ruit impatiens, vt corpora vidit,
Auersi fugere oculi, rursusq; reflexit
Inuitos pietas, vocem dolor hauserat ingens,
Sed tacite natum vocat ah crudumq; nepotis
Prosequitur fatum lachrymis, atq; aurea quondam
Aspicit ora nurus, & visis indolet illis.
Qui tandem euicto soluit sic ora dolore.
Quæ Diuũ inuidia? aut quis te mihi casus ademit
Plus oculis dilecte meis? hi Martis honores?
Hoc superare hostes? atq; exoptare triumphos?
Certe nate parum de te cœlestibus vllis
Debeo, nec solum infœlix fata impia culpo,
Atq; tua nec morte queror, sed q̃ mihi vita
Iam superest, flendiq; miser præseruor in vsus.
Q̃ verum heu nobis nutrix longæua profata est,
Nunc recolo responsa Deum, dirasq; volucres,
Squamigerosq; angues, en Dorica sacra prophanis
Intentata viris, en tracti ad sydera Manes
At solus ne tu superas veherere per auras
Vxor adest, fatiq; comes, ceu iuncta marito.
Dum viuebat erat, sic vltima fata secuta est.
Coniugis o pietas, sed quæ sors impia læto
Te mersit miserande puer? q̃ vera parentis
Effigies, animiq; vigor, quantumq; futuro
Præsidium regno, & nobis lux abstulit atra.
Nunc postq̃ superis sic visum, pergite ad astra
Fœlices animæ, vosq; istis soluite curis,
Aeternumq; valete inquit, sic fatus, obortis
Os implet lachrymis, simul & flet cætera pubes.

Interea Argæus, nec non fortissimus vna
Byspeiches prisco ingentem de more sub auras
Erexere pyram, deploratasq; cupressus
Et tedas adolent pingues, stant desuper arma,
Ensesq;, clypeiq;, & raptæ in bella secures.
Nec non & famuli latices, & ahena ministrant,
Frigentesq; lauant artus, & membra perungunt,
Componuntq; alto defleta cadauera busto,
Auersis lentum subdentes vultibus ignem.
Hinc Scenitæi redolentes thuris aceruos
Inspergunt, ignis fuso madet ater oliuo,
Collapsiq; ruunt cineres, ter more parentum
Circueunt equites flammas, peditesq; vicissim
Armati, ter voce vmbras, Manesq; salutant.
At Pheneus furua præcinctus tempora vitta
Ossa legit, cineresq; cado componit eburno.
Dumq; ea perficiunt, supræmaq; funera condũt,
Cum rex Helsaciæ rediisset victor ab oris,
Haud poterat patrias sic ferre impune feroces
Boiemos populare plagas, totumq; sub armis
Misceri littus, populosq; indigna ferentes
Seruitia, & diris obnoxia regna rapinis.
Protinus Aenanis deductum a pontibus agmen,
Et Tyroli pubem, Thauriscæosq; maniplos
Seligit, atq; equites regum, quos Austria terris
Diues alit, supraq; Anasus quot & alluit infra
Traustana æthereo qua surgit vertice rupes,
Altaq; piniferum caput inter nubila condit.
Atq; Argentorato florentes vrbe cateruas,
Belgarumq; globos, quos struxit in agmina Treuir

Nec non Vangiones,& duros Marte Nemetas
Apparat,& tanto trepidat Germania bello
Conciet & populos,cunctasq; in prælia gentes
Sollicitat,vitrei verrunt hi lintribus vndas
Pegnitij,& Vindæ miles iam linquit arenas,
Hercyniæq; acris Sueuus genialibus vmbris
Discedens in bella ruit,plenæq; pharetræ
Gestantur,taxiq; leues flectuntur in arcus.
Parte alia ad pugnã iunctis struit agmina Carris
Gens incerta Dei,& cultu tollenda prophano,
Pars contis armare manus,pars stipite nigro
Horrendum stridet,passim nemus omne remugit.
Hij gestant ventura rudes in bella Dolones,
Nonnulli ingentis decocto tergore tauri
Prætexunt capita,& pugnantum more ferarum,
Expectant auidi Martem,laudiq; refertur
Velle mori,fatoq; illis occumbere campis.
Interea Austriades,velox allabitur oris
Regini,atq; vndas trans prouehit agmina Rhesi
Danubium iuxta locus est,non vitibus vber,
Non cerere,& raro proscissa est vomere tellus,
Sed nemorum ingentes vmbras,Phœboq; sacratas
Accipimus,solisq; etiamnun numina sylua
Seruat opaca ingens,primo mons ipse supinat
Paulatim sese,summoq; in vertice lata est
Planicies,vastumq; æquor,contra algidus Ister,
Laxaturq; vagans,& campo victor aperto
Ceu tepidis fluit Indus aquis,& forsitan atro
Inpulsus cauro maiores concipit vndas.
Et septem Scythico maior vomit ostia Ponto.

Hic ſua Martigenæ poſuerunt caſtra Boemi,
Huc curſu tenuit Cæſar, paruoq; diremptus
Interuallo, alti fixit munimina valli.
Et iam tempus erat, quo ſe Bellona furore
Induit, & ſigno feralia nuntiat arma
Tunc Cæſar, magni proceres, ſociiq; laborum,
Obtulit alma dies, tempusq; optabile nobis
Marte nefandum inquit, terris inuadere monſtrũ.
Contemptor Diuum, contra iam miles in arma,
Nulla habita ratione furit, totamq; rapinis
Producit vitam, noſtrisq; a finibus hoſtis
Ingentes abigit prædas, quid diruta caſtra,
Infandasq; loquar cædes? ritusq; ferarum?
Dedecus o noſtri generis, quo priſca virorum
Nobilitas abiit? nunquid patiemur inulti
Hanc paſſim labem noſtros errare per agros?
Fœlices vmbræ, atq; olim memoranda vetuſtas
Aeneadũ, a patriis quæ non modo mœnibus hoſtes
Reppulit externos, verum & qua lumina Titan
Exerit, Herculeasq; videt per cærula gades,
Vel qua Ryphæus piceis circumuolat alis
Per Scythiam Boreas, vel qua Nabathæa pererrat
Regna, & Erythræis ſtridens furit Auſter in vndis.
Victrix Roma fuit, teſtes duo fulmina belli
Scipiadæ, & Bæthis domitus, frenataq; Nili
Oſtia fœtiferi, & naualia bella per vndas
Sicaniæ, pulſumq; alnis ſtridentibus æquor.
Quid memorem Parthum, Syriosq;, & olentia late
Regna Sabæ, & pontem indignatũ littus Araxis?
Senſere Autotoles, & aduſto corpore Mazax.

Primũ bellum punicum notat.

385

Romuleas in bella manus, Solisq; Syene
Expers vmbrarum medio cum Delphica lampas
Ducit iter cœlo, nec plusve, minusve recedit
Accedit q; polos, sed partes nixus in æquas
Vndiq; per terras spargit sua lumina Titan.
Solum Germani, gelidæ quas cernitis alpes
Retæos domuere duces, Latiosq; triumphos
Victrici pressere manu, quid Bactera dicam
Regna, & marmoreis qua fertur Amysius vndis,
Hic olim (fama est) tentantem prælia Drusum
Exhalasse animam fato, quota sed tamen illo?
Pars nostri domita est regni? quid gesta perempte
Nunc tua seruili memorem? & te maxime gentis
Cassi Romulidum? quid Mallia funera, & ipsam
Carbonis, Scauriq; necem, proh dedecus ingens.
Ergo ne de nostra dubitemus pellere terra
Hoc genus infidum? pugnaq; lacessere victa
Agmina? quæ nullos norunt certaminis vsus.
Sed qua se effudit bellandi in frena cupido
Prorumpunt, hostemq; vocant de more ferarum.
At vos o proceres quibus experientia Martis
Summa viget dextris, animisq; volentibus hostem
Elicite ad pugnam, non tantum copia vulgi
In mediis quantum virtus exquiritur armis.
Si nobis tanti dabitur victoria belli,
Vestra erit hæc laus, atq; ego tantũ nomine Cæsar
Dicar, & in regni contentus parte quiescam.
Sin secus Arctois pulsi de sedibus, omnes
Externam quæretis opem, iam pellite curas.
Non bello ad Tanain, vltraq; Borystenis vndam

Drusi historiam dissimulat.

Romani a Germanis deuicti.

Pergitis,aut calidum mundi transcenditis axem;
Non vos per Colchos,per vasta silentia duco
Assyriæ,aut Baccho sacri per culmina Nysæ.
Sunt vestræ, sunt bella domi,succurrite fracto
Iam regno, dextroscꝫ vocate in prælia Diuos.
Qui nobis toties super his responsa dedere
Gentibus,& pactos in nos vertere triumphos.
Dixerat,at contra sic claro a sanguine cretus
Orditur Langus.non hæc mihi tempora Cæsar
Multa loqui suadent,facto est opus,omnia tecum
Corda tenes,auidascꝫ vides ad prælia mentes.
Quo te cumcꝫ feret fortuna Deuscꝫ,sequemur.
Siue per Eoas gentes,Hyrcanacꝫ regna,
Fœlicescꝫ Arabas,vetitumve ab origine Nilum
Pergere mens fuerit,ne dum tibi Norica tellus
Seruiat,& regni contentus parte quiescas.
Tu modo rumpe moras,erimus nisi fallor in armis
Egregij,actutumcꝫ sciet Boiemica turba
Quantũ Marte truci,& dextris in bella valemus.
Dixerat,interea torto Corybantius ære
Personat,armaricꝫ acies iubet ocyus omnes
Nec mora concursum castris,trepidantcꝫ cohortes
Ad pugnam,atcꝫ ardens certandi cuicꝫ cupido est.
Interea Cæsar fulgentibus emicat armis
Fortior ante alios,nec non sibi protinus æreo
Præmunit Perone pedes,& more vetusto
Auratis suras Ocreis affibulat altas,
Ingentescꝫ artus,& viuida pectora munit
Thorace ærisono,& chalybum septemplice crusta
Induit arma,caput textura contegit aurea.

Postmodo vulnificum circum latus alligat ensem
Formatum styriis incudibus, vnde magistri
Bello aptum effigiant chalybem, durocq; metallo
Arma parant, qua se diffundit corniger vndis
Mura, & Leumæam cursu prope labitur vrbem.
Illic fama refert, & littoris incola diues
Monte sub aerio, vnde est nomen ferreus olli,
Innasci ferrum, quo nunc genus omne Scytharum
Armatur, nostrisq; petit regna extera telis
Pro scelus, ij syluas, Ryphæaq; saxa colebant.
Præformidantes rudibus contendere truncis
Expertes populi Martis, nomenq; pauebant
Europæ, at postq; diras accessimus oras
Spe lucri, atq; ignota illis portauimus arma
Finitimas terras populari, atq; extera regna
Cepere armati, iam Chersonneson ab arcto
Impellit Diana suam, iamq; agmina fundit
Panticapes, Tanaimq; bibentes vidimus alas.
Interea croceas diffuderat orbe quadrigas
Sol oriens, roseaq; polo ceruice micabat.
Tunc Cæsar lectos equites, fortissima quæq;
Pectora partitur, primasq; in bella phalanges
Disponit, dextrumq; illis defendere cornu
Præcipit, & sociis aciem fulcire cateruis
In læuo totidem, frontem pilata tuetur
Militiæ pubes, scutatorumq; cohortes
Sunt acie in media, & pugna robustior ætas.
Rorarij ante alios thaurisci clara iuuentus
Tortilibus fundis, atq; arcu, vt miles in oris
Certat Achemeniis, perguntq; in bella Cydones.

At primũ Albertus quã duxerat arce potentem
Munychia ad pugnã peditumq;,equitũq; phalangem
Instruit,& lateri frater Volphangus inhæret,
Post Brunsuychides duros saxonas in armis
Collaudat,læuaq; locans in parte sinistros
Defendit motus,sed te quis Marte relinquat
Rughorũ princeps tacitum? & te nomine fraudet?
Pone arcum insignis facie Casymirus eburnum
Flectit,Ithyræis committens bella sagittis.
Qualis mortifero terræ omniparentis alumnum
Armatus iaculis Titan Pythona peremit,
Et radiis purgauit humum,micat æquore talis
Ille,volatq;,& equo sublato puluere campum,
Haurit,& in Gyros sternacem contrahit arctos.
Nec minor Vlrycus,sequitur Monfortia proles,
Zolrensisq; ferox,solisq; ex arce profectus
Tela quatit,princepsq; sub armis feruet Onalthi.
Sed longe ante alios animosior emicat omnes
Langus,auetq; manus inter discrimina Martis
Conserere hostiles,sequitur vestigia magni
Cæsaris,& docti subit æmulus acta magistri.
Non secus Aemoniis medico puer hæsit in antris
Phillyridæ,aut canum Phœnicẽ ad pergama Troiæ
Dardania in magna victor dilexit Achilles.
Tisiphone interea quondam Lymphata per vrbes
Phalsgraphidũ heroum,rursus deuecta per auras
Castra Boemorum subiit,totisq; vagata
Agminibus,mentes acuit,dirumq; furoremq;
Suggerit,atq; animos stygialibus horrida flammis
Bellandi inuadit,tunc omnes arma capessunt,

387

Quadriiugesq; aptant currus, & ſpicula vibrant.
Pars teretes contos, vulſasq; e montibus Ornos
Exacuunt, vaſtisq; replent clamoribus auras.
Gens in Marte ferox, alij ſpirantia laxant
Frena, & cornipedes tortis calcaribus vrgent.
Fuſtibalos torquent alij, Balearica tela
Ardent ij latas ſaxis intexere fundas,
Hos inter pergebat ouans pulcherrima Pantho,
Mille agit hæc Nymphas, pharetrasq;, ſonãtiaq; arma
Quæq; gerit, colloq; arcum ſuſpendit eburno
Ipſa. at nunc celeres impellit in arma quadrigas,
Nunc loro compeſcit equos, micat aureus olli
Caſſis, Carbaſeæq; nitent in corpore veſtes.
Qualis ſeſe offert iuxta vada Thermodontis
Hyppolyte, curruq; leui tranſuecta per æquor,
Crudam falcatis propellit Amazona peltis.
Aut cum magna choro Corybantum ſepta Cybelle
Impellit fuluos per Dyndima ſacra Leones.
Talis erat Pantho, talis ſeſe ore ferebat.
Iam clarus medio ſplendebat Phœbus olympo,
Cum paruo inter ſe ſpatio, campoq; diremptum
Agmen, vtrunq; vocat pugnam, pariterq; minaci
Ore fremunt, primoq; leui fortuna ſub ictu
Tentatur, pariliq; agitur diſcrimine bellum.
Vt data liberior pugnandi copia, magno
Cum ſtridore volant, ineuntq; nec ordine Martem
Hoſtiles turmæ, reſonat nemus omne fragore.
Auſtriadæ contra, donec Mauortius ardor
Fulmina bellandi, rabiemq; accenderet ære,
Pugnabant taciti, & tempus clamoribus aptant.

At Cæsar postq̃ palantibus agmina vidit
Ire globis,pugnamq̃ acrem deposcere gentem,
Vrget in arma viros,tunc omnis sylua remugit
Aere cauo,Hercyniis elisaq̃ tympana truncis
Dant sonitum,fragor ad conuexa irrumpit olympi,
Danubij fugere Dei,tremuere sub vndis,
Quæq̃ colunt ripas piscosi numina Rhesi.
Mota tremit clamore virum,quatiturq̃ sub imo
Tellus,irarumq̃ omnes soluuntur habenæ.
Saxa volant,circum coniectis glandibus aer
Texitur,obnubunt cœlestia templa sagittæ,
Ante oculos,medioq̃ ensis micat æthere flammis,
Vndiq̃ mortis amor,paribusq̃ per arma ruebant
Certabantq̃ odiis,furor hos,hos gloria Martis
Impellunt,suadentq̃ illis occumbere campis.
Adsis o Erato,& pugnarum exordia pande,
Sanguineasq̃ acies,atq̃ horrida bella canentem
Diua mone,dextraq̃ potens,quos miserit Orco
Magnanimus Cæsar,iam se Bellona flagello
Fuderat in cuneos,animisq̃ illapsa furorem
Præbuerat,totumq̃ ferox transcurrerat æquor.
Et iam victori fortuna arriserat hosti.
Namq̃ vbi Francorũ fudit se equitatus, in hostem
Incaute premitur,tormentaq̃ rapta,fugæq̃
Præcipites iam terga dabant,fusiq̃ repente
Prima sub auspiciis inierunt bella sinistris.
Creuerat hinc trucibus violentior ira Boemis
Vincendi,siquidem Titan,ventiq̃ fauebant.
Nam radios etiam aduerso vibrabat olympo
Phœbus in Austriadas,oculosq̃,aciemq̃ retusam

Diſtringens,cæci in pugnam,cædemq; ruebant.
Nec non obductus ventis perflantibus aer
Puluere,bellantum feriebat turbidus ora
Cornipedem tunc Cæſar agens,calcaribus aureis,
Impetit ardentes acies,ac diſſipat enſe
Agmina,& obliquas quas ſtruxerat inde cohortes
Imperat acciri,lateriq; accendere pugnam.
Ipſe volans,paſſimq; furens,qua plurima contra
Arma videt,diſpalat iter,primoq; Melargum
Enecat,& putri moribundum ſternit arena.
Inde Lycum,Praghæq; ſimul plorantis alumnum
Dorchantem,Lacidemq; Syrin,magnũq; Lyceten
Fundit humi,tectum raptorum pelle luporum.
Nec te crudeli potuit tua Mythra Thearce
Eximere a fato,tranſfoſſus pectora telo
Ipſe cadaueribus ſuper,& ſuper obruta anhelans
Corpora,ſemianimis proprium bibis ore cruorem.
Non aliter Cæſar medio furit agmine victor,
Q̃ ſi Peliaco ſaturos in monte bimembres
Nylæumq;,Pholumq;,& vulſas Monycon ornos
Iactantem,Alcides dextra detruderet vmbris.
Vel cum terrigenas flammis Saturnius atris
Inuaſit,ſummoq; exhorruit ægide cœlo,
Rumpens Biſtonios rapido cum fulmine montes.
Parte alia inſultans,pronusq; in vulnera ſaxon
It Brunſuichides,tectusq; vmbone furebat
Leuorſum,fortesq; animas mergebat auerno.
Quẽ procul Eudæmon ſpectans amentat habenis,
Infœlix iaculum,& tenſo pede torquet in illum
Peruolat(infandum dictu)lapſumq; per auras

Inuadit lætale femur, tegmencq; orichalco
Subtextum frangit, nulla huic mora profuit ærea,
Defluit extemplo sanguis, Phaleræq; cruento
Imbre madent, tunc ille velut Gangetica tygris,
Pæoniusve Monops, & Iazica perfurit alcis,
In medios agitur cuneos, tristemq; requirit
Eudæmonta, nec exertantem pelle sagittam
Dimittit, sed vulnifica post terga ruebat
Hasta, clamantemq; ferit, populataq; cuspis
Ingentes artus, animam diuellit ab aura.
Ecce autem Langus geminis comitatus Aretis
Aggreditur pugnam Caspem, Tmolumq;, Zoanq;,
Et Lysium vasta perimit Calcanta securi.
Venerat hic bello comes infœlicis Adauni.
Qui dum Danubium (residens in puppe) fluentem
Despicit, excutitur, mediisq; inuoluitur vndis,
Auxilio princeps Lysias, qui in bella Lysitas
Duxerat, vnde suum retinet nunc Slesia nomen.
Interea Pantho Nympharum vndante caterua
Effurit in partes varias, & Iazice curru
Torquet anhelantes inter fera tela iugales,
Saxonum inuasura manum, non pertulit illam
Per medias ardentem acies, cædemq; parantem
Ense minax Casymirus erat qui tegmine cinctus
Ibridos, & pellem nodo distrinxerat aureo.
Sed longe exclamans ite o genus, ite fugaces
Sectatum per lustra feras, montesq; per altos
Hercyniæ, & timidos scopulis depellite Damas.
Non vestrum est hæc arma pati, sic fatus, in agmen
Defertur medium, & vasto quatit impete turmas.

Contra aderat Pantho, celeriq; inuecta Couino
Prouocat ad pugnam, subit ardor vtrunq;, furorq;
Certandi ancisam heros ensis turbine Peltam
Rescindit, ferriq; ruunt septemplicis orbes,
Frangitur & chalybis duri mora, vulsa per æquor
Flamma fluit, largoq; madet iam sanguine pectus.
Tunc illa haud aliter q̃ cum Libs horruit hydra,
Quam numida obliquo perstingit vulnere velox,
Lustrat cuncta oculis, solum in certamina poscens
Vulneris autorem, sed dum mouet ægra securim
Vis abit, & fractæ languescunt corpore vires,
Et consternatis mœret resupina quadrigis.
Iamq; aderat victor, teloq; micabat hiulco.
Quem contra. o iuuenis, quo non præstantior alter
In terris, miserere precor, sum fœmina Pantho,
Paruaq; de nostra dabitur tibi gloria morte,
Per Genium nunc oro tuum, per candida colla
Quæ præfers æquanda Deis, oculosq; micantes
Sydera bina poli, moribundam te rogo ne plus
Hauri animam, victam fateor, videre precantem
Ista tui, & coram duplices me tendere palmas.
Dixerat. ille suos acer toruusq; volutans
Hinc atq; inde oculos, dubius stetit, effera tandem
Corda domat, vicitq; feram clementia mentem.
Hostis eras inquit, tu nunc contra accipe vitam,
Et quod poscis, habe, viuas auraq; fruare.
Nam tua mẽbra magis Venerem q̃ classica Martis
Signa decent, sed tu magni fuge Cæsaris arma.
Dixit, & exanimem Nymphæ turbam inter & enses
Suscipiunt, verbisq; fouent, & vulnera curant.

Interea Cæsar denso furit agmine, & vna
Albertus, coguntq; feros dare terga Boemos.
At fati contemptor Atax, & fortis Hiarbas,
Imberbisq; Phineus, & torto crine Pheretes
Vno Marte ruunt, vnoq; furore cateruas
Austriadas frangunt, densis ceu fluctibus Oxus
Hyrcanos populatur agros, spumantiaq; vrget
Littora, & vndisono diuerberat æquora cornu.
Tunc metuens Cæsar ne frons, aciesq; labaret
Prima, iubet pugnæ totum succedere robur.
Ipse volat, scinditq; globos, obiectaq; pila
Discutit, & primo iaculum qui torserat ingens
Alcathoum inuadit, ferrum latus haurit apertum
Exanimi, inde ingens cæsorum increscit aceruus,
Nam Pallas, Pylleusq; ferox, & fortis Agontes,
Atq; miser Rhodamas, deplorandusq; Phileuros
Purpuream vomuere animam, iam tristis vtrinq;
Exoritur cædes, viui inter busta peribant
Demersi, atq; equitis lapsas terit vngula parmas.
Scutaq;, sanguineosq; enses, gemmataq; frena
Et sonat æripedum tellus frontalibus aureis.
Sic passim Cæsar telum fatale coruscans,
Prænestem, flauumq; Gelon, natumq; Casurgi
Sternit Aglaurontem, clamat resupinus arena
Infœlix Laomes, cadit Argiletus equorum
Prædomitor, magnusq; Lepas, augurq; Phidenus
Doctus noscere aues, nec non responsa Deorum,
Et captum lituo signare per aera templum.
Iamq; erat ad clypeos Cæsar, iunctasq; quadrigas
Castra quibus munire solent, & ponere vallum.

330

Ergo illuc metuens campo decernere aperto
Vlterius se hostis, trepidumq; receperat agmen
Cum delapsa polo roseis circundata nymbis
Pallas sollicitas voluens sub pectore curas,
Tethyos oceanum petiit regna alta profundæ,
Illo forte die Venedum per littora magnus
Oceanus pater, & Nymphæ Oceanitides omnes
Et quas auricoma produxit Doride Nereus,
Protoq;, Eucrateq;, Saoq;, & Lysianassa,
Pasithea, atq; Erato, & roseis optabilis vlnis
Eunice, Dotoq; soror, formosaq; risu
Glauconomeq;, Thetis, Thaliaq; amabilis, huic se
Splendidaq; Eulimene, & Melite iunxere sorores
Ambæ æuo similes, ambæ squallentibus ibant
Vestibus incinctæ, & splendorem a vertice vibrant,
Has pone insequitur natarum cætera pubes.
Nec non puniceos stringens sibi Glaucus amictus
Affuit, & Syrenes, Leucotidesq; Palæmon,
Et Triton curua vectus super æquora concha.
Vixq; alta æquorei replere sedilia saxi,
Cum metuens summo properans Tritonia cœlo,
Ingreditur Pontum, venienti protinus vnda
Scissa locum dedit, & medium via secta per æquor.
Vt Dea marmoreamq; domũ, & pendentia vidit
Tecta sub æquoribus, mirata est regna profundæ
Tethyos, & magni solio præferre tonantis
Haud dubitat, strepitusq; pauet, quis flumina longe
Diuersis deuecta locis maria omnia miscent.
Et subter tacitas cursu labentia terras
Aeternos seruant fluctus, quæ maximus inter

Rhenus,qui geminis pulſaret cornibus æquor,
Occiduum exciperet Moſæ niſi ripa Vahalam
Hinc Vidri ſpectabat aquas,& flumen Amuſi,
Cuius per Vitreas Buſſactor nauigat vndas,
Albimq;,& Clauſum Viadumq;,& magna Sueui
Oſtia,& ingenti Viſtulam irrumpere fluctu.
Vt fuit in thalamum Reginæ,atq; humida tecta
Vltrogreſſa,Deæ nota eſt venientis imago.
Deſiluere loco Nymphæ Amphitritides almam
Diuam excepturæ,dextraq; fit obuia Ponti
Olli,atq; in ſolio ſecum Dea iungit honoro.
Tunc Pallas,Regina vndarum,atq; æquoris alti
Numen ab æthereo proles Iouis,huc ego cœlo
Deuenio ſupplex,nymborum expoſcere vires.
Rex etenim victor fauſtis Leonorius armis
Cuncta quatit,raptoq; mihi iam gaudet honore.
Credo etenim,ſi alias Venedi per littoris vndam
Direxiſtis iter,veſtras pulſauerit aures
Infandum hoc bellum,duræq; exordia pugnæ,
Omnia tentaui,ne ſic impune dolorem
Ille meum hauriret,& temneret arma Deorum.
Sed miſſa hæc facio,veteres namq; obruit iras
Cura recens,furit Auſtriades,inſtatq; Boemis
(Qui ducunt chari genus alto a ſanguine Othonis)
Impius,& miſeros infanda ſtrage fatigat.
Vnde iter huc cœlo diuertimus,& tua ſolum
Dori mihi ſeruata fides,modo tu Dea Ponti
Adſis,& præſtes tanta ad molimina vires.
Quare age Diua precor,collectas vndiq; nubes,
Quas ego compellam veſtrum deſcēdere in æquor

Alibi Amyſium ſcribit

391

Imbue aquis, tantum neu Martia Cæsaris hasta
Sæuiat, & duro contundat Marte Boemos,
Descendant pluuiæ, & tonitru cœlũ omne reclamet
Cogaturq; ferox media decedere pugna.
Dixerat, at contra Doris sic alma locuta est,
Quodcunq; est pelagi proles miranda tonantis,
Quod capiunt hæc littora aquas, ad nubila transfer
Annuo, nec mi vnq; tua dicta refellere fas est.
Hoc regnum commune tibi, & debere fatemur,
Quæ prius in nostrum diresti lintea regnum,
Atq; per insolitum Pagasis mirantibus æquor,
Numine cum ratis acta tuo est, & fortis Iason
Rettulit Aemonia pellem Creteida puppe.
Iamq; maris noscuntur opes, nautasq; pauentes
Numina damnamus votis cum supplice dextra
Fluctibus in mediis, & tempestate vocamur.
Quare pro meritis, neq; enim pensabimus illa,
Exequar hæc, & me nihil experiere negantem.
His spumans dictis aurum libauit, & olli
Grandia Menapij porrexit pocula Zyti.
At Dea sublimis gradiens, & vasta frementum
Vndarum exuperans, vbi sese Delia nunq;
Deflectit lampas, fertur cita, Cimmeriamq;
Inuisit gentem, atq; altos caligine montes
Perpetua & densa regna exhorrentia nocte.
Secũ etenim altitonans prolem Thaumãtida Iuno
Miserat, & sedem concesserat aere nymbis.
Illinc collectas altum, per inania nubes
Contrahit, & Codani luctantibus impulit vndis.
Doridos extemplo iussu complentur aquarum

Molibus, & raptos per cœlum nubila fluctus
Exportant, nigroq; poli clauduntur amictu.
Interea ad currus Cæsar furit, & latus ambit
Langus, nec mediis Federicus segnior armis
Ingruit, & sæuo contundit Marte Boemos.
Cum subito vastæ pressis ex nubibus vndæ
Desiluere, rubentq; poli perflantibus Austris,
Et tonitru quassatur humus, ruit amnis ab alto
Densus, & exortæ rapiunt conuexa tenebræ.
Obscuraq; cadit commistus grandine nymbus,
Et piceo perit imbre dies. sic Pyrrha nigrantem
Tempestate polum Parnasi a vertice vidit,
Cum genus omne hominũ periit, volucresq;, feræq;,
Et noua proiectis reparauit semina saxis
Deucalion, matrisq; dedit nos osse renasci.
At Cæsar subitis nequicq; exterritus vndis,
Prosequitur pugnam, teloq; ferocior instat.
At passim ingenti pluuia, tonitruq; repente
Consternati animi, retro ad tentoria cuncti
Diffugiunt, clypeisq; tegunt sua corpora vastis.
Cogitur & Cæsar, nec non fortissimus vna
Linquere Brunsuychides pugnã Saxonius alter
Flectit Auarpigenas, pubemq; in castra reducit.
Iamq; Atlantæo noctis de littore meta
Surgebat, stellasq; inter fulgebat Eoas
Delia, quæ postq; nouit Tritonidis astus
Sicanias petiit sedes, Aethnamq; sonantem
Vorticibus flãmarum, & agentem ad sydera fumos
Cratere igniuomo, & Messanæ littora quærit.
Illac Phœbus equos (fama est) stabulatur arena.

Iam ſeſſos,ſoluitq; iugo fumantia colla.
Atq; hunc aggreditur mœſto,ſic talibus ore:
Nulla ne tantorum dabitur Germane laborum
Meta mihi? ſupplexq; Deos tentare precando
Effugiam? quid me veſtigia longa ſequentem,
Erroresq; vagos,atq; alta ſilentia tecum
Ferre iuuat,nobis quid menſtrua tẽpora proſunt,
Visq; immenſa latens,& adhuc incognita terris,
Qua fluit,& refluit feruens maris vnda Britanni,
Inq; vicem proprios mutant vaga flumina curſus.
Purpureusq; Haliacmon,Olorinusq; Cayſter?
Numina ſi cœli nos tanq; ſpræta iacemus?
Arbitrioq; ſuo victrix facit omnia Pallas?
Quin etiam(ſcelus infandum)tete ipſa,tuosq;
Aſpexi radios,humentia pellere ab imo
Viſcera terrarum,nigrasq; attollere nubes.
Scilicet vt voti compos Tritonia virgo
Fiat,& abiectam videas Germane ſororem.
Quare age rumpe morã,cum craſtina fulſerit Eos
Diſcute nigrantes nubes,iubar effer in auras
Non hoſtile velut radij prius,agmine facto
Cum venti,& denſus turbauit lumina puluis,
Ipſa ego in aeream ſedem,magnæq; volabo
Iunonis ſolium,atq; iras mulcebo furentes.
Dixerat,at Phœbus roſeo de vertice fundens
Splendorem ingentem,dicto annuit,inde ſorori
Tauromínitani libauit pocula Bacchi.

Hoc cõtigit pugnaturis Cæſarianis, ut puluis & Sol eſſent contrarij.

Tertia iam vigil obſcuræ cuſtodia noctis
Tranſierat,madidaq; iacebat miles in herba,
Ecce autem triſtis pernicibus aduolat alis

Fama canens passim miserandi dira Roberti
Funera, tunc concussi animi, milesq; Boemus
Nescit stare loco, trepidatq; fugam ne capessat
Incertus, tantive ineat discrimina belli.
Interea oceano lucem detexit ab alto
Phœbus, & ardenti lustrabat lampade terras,
Collectasq; polo nubes, & Palladis iras
Reppulit, & calidis disrupit nubila flammis.
Non aliter Zephyro gelidus spirante Nyphates
Amittit durasq; niues, concretaq; summo
Vertice, fœtifero pereunt sua frigora vento,
Tunc Cæsar cupiens ad pugnã animare maniplos,
Sic ait. alma dies, & lux clarissima cœlo
Discussit nubes, proceres, dilataq; fato
Bella reor, pretiumq; moræ Diis auguror ipsis
Concessum auspicibus, quare date tela per hostes,
Ferte faces, currusq; atra comburite flamma,
Dixit, & armatas agit in certamina turmas.
Etiam Sol mediũ Phœbus lustrabat olympum
Cum Martis sonuere tubæ, signumq; dedere
Militiæ, tonat omnis ager, calcata tremiscit
Tellus, puluereæ tolluntur in æthere nubes.
Hinc acies, atq; hinc acies armata, cruentam
Aggreditur pugnam, pubem conscendere currus
Austriadam, nam velle mori, vel vincere dignũ est.
Boiemos contra, septarum more ferarum
Venantum turba, tela inter & arma ruentes
Aspiceres, duri qui alacres in vulnera ferri
Prorumpunt clypeis protecti corpora longis.
Fortior ante alios squallenti casside, & auro

Insignis Cæsar, flagrantem lampada torsit
Ad vallum, & medios acer defertur in hostes.
Pone ruit Taurisca cohors, & fortis Alanus
Ambidrauiq; truces, Anasinaq; in arma iuuentus,
Et quos Claudonium gelido deuexit ab Istro.
At Brunsuychides, iuxta duo tela coruscans
Dentibus infrendit, perq; horridus arma repulsis
Ingruit aggeribus, pugnæq; accenditur ira.
Sternitur infœlix Bython, tristisq; Machareus
Oenomausq; ferox, & cæso poplite Lydas
Obruitur, roseamq; animam despondit auerno.
Fit cædes passim, Phenor Lyciam, Euphytus illum
Hunc Phorbas necat, & mediis in milibus acri
Cornipede inuectus, raptusq; furore per hostem
Terrificos ciet ore sonos, velut aspera campo.
Bella mouens, magnis replet mugitibus agros,
Scintillatq; oculos, sæuitq; in cornua taurus.
Vociferans contra, Albertus detraxit eburna
Vulnificum vagina ensem, dein proruit, & qua
Parte minus vasto lorica armauerat artus
Vulnerat, ille graui cadit insanabilis ictu,
Et fugit expirans oculis errantibus astra.
Non aliter q̃ si in stabulis lupus armentorum
Sæuiat, occurrit præduro robore pastor
Carnus, & ingenti rabie defertur in hostem
Vibrans tela manu, semifractoq; Cerebro
Ille ruens procumbit humi, rictuq; lacessit
Terram, & spumanti victorem exterritatore.
Parte alia flagrans desæuit Zornius heros
Protectus dura tortos compagine crines,

Intrepidusq; subit pugnam, perq; obuia tela,
Perq; hostes fertur, tantoq; ferocior vrget
Certandi, quanto violentior ira, furorq;
Gliscit, desæuitq; animis Mauortius ardor.
Non tot Caucaseas cum frigida tempora syluas
Inuadunt, auibusq; negat sua pabula Memphis
In Styriam præpes densas agit Ardea turmas
Quot volitant vmbræ circum, quot corpora terræ
Fusa iacent, dictu mirabile, sanguine colles
Humecti fumant calido, riuiq; cruoris
Mœnia Regini, atq; Istrum infecere tepentes,
Vndiq; sæuitum in cædem, iamq; obiice fracto,
Irrumpitq; aditum, victorq; it in agmine Cæsar.
At Sais anguitenens iactantem, & cuncta mouẽtem
Despicit ex alto, sæuumq; hastile coruscans,
Sic ait, en nobis arrepta potentia belli.
Viuimus indigni cœlo, vetitumq; per arma
Ire mihi, vsq; adeo toleranda iniuria Diuum?
Sic effata, ferox violentius igne tonantis
Telum horrendũ ingens summo detorsit ab Aethra:
Quales cum cœlo fiunt portenta, videntur
Per sudum volitare faces, tractusq; cadentis
Lampados, & lapsæ cum cernitur orbita flammæ.
Tale manu Diuæ monstrum descendit, & illo
Contremuit terra, & nigri sub tartara Manes
Perculsi sonitu, atq; alpes gemuere niuales,
Inuadit timor attonitos, paulumq; diremptæ
Sunt vtrinq; acies, & Martis ab acta cupido.
At rex (norat enim sæuæ Tritonidis astus)
Vrget Palantes atri instar fulminis alas,

Cedunt victori montisq; per inuia cuncti
Vertunt terga fuga, seruum pecus inquit Agartes
Boiemum princeps, quo vos fuga ducit inertes?
Hic firmate gradum, teloq; occurrite telis,
Nec pudeat Phœbi victos occumbere campis.
Talia iactanti fauces transuerberat hasta
Austriadæ contorta manu, quo turba cadente
Exanimis cessit bello, proiectaq; linquunt
Arma omnes, lucent diuulsis æquora cristis
Telorum, & passim ingentes spectantur acerui,
Parmæq;, clypeiq; graues, curruscq; refracti.
Desertisq; iacent vexilla minantia castris.

FINIS.

LIBRI VNDECIMI ARGVMENTVM.

Postq; omnes Boemi terga uerterunt, captiui Ratisponã mittuntur. Interim Phyaltes ex tanta superstes clade, Pragam Boemiæ Metropolim ingressus cædem nuntiat, quæ simul ac a fœminis Pragen̄. audita est, superatis Hercyniæ saltibus, furibundis similes, ad corpora sepelienda feruntur. sed cum minime tutus accessus esset, oratores ad Cæsarem mittũt, a quo corporum sepultura impetrata est. Sequuntur mulierum Patheticæ super corporibus orationes, quæ cum sepulturæ mandauissent, Pragam redeũt. Interea Iuppiter uiolatam fidem ulcisci uolens, nuntio Mercurio iubet, Cæsarem in Copstaidas expeditionem parare. Itaq; & auxilia describuntur, & obsidio, pugnaq; ingens, ac Zornij comitis oratio, qua consulit propter difficultatem loci obsidionem remouẽdam, Cæsarisq; responsio, qua magni principis animus ostenditur. tãdem coacti oppidani (Lango arbitro) se Cæsari dedunt, atq; de Penznauro & complicibus supplicium sumptum est.

AVSTRIADOS LIBER XI.

POstq̃ oẽs tenuere fugã, parſumq̃ tricentis
Cædibus, & mlto maduerẽt ſanguine cãpi.
Cæſar iã feſſas reuocãs in caſtra cohortes,
Captorq̃ turbã ingentẽ, manibusq̃ reuin-
Vulgus, Regini victor præmiſit ad arcem. (ctum
Dumq̃ ea molitur miſeranda cæde Phyaltes
Elapſus media, ſed grandi vulnere tardus
Ingreditur Pragham, & moribũdus voce per vrbem
Incedens, bellumq̃ atrox, & dira recenſet
Funera, & inuiſis deſerta cadauera campis.
Vt vox fœmineas tam triſtis perculit aures,
Formoſas laniare genas, & tundere pectus,
Et conſternatam exanimes vlulare per vrbem
Incipiunt, hæc funeſta & mortalia damnat
Bella hominum, fatumq̃ vocat crudele Mariti,
Hæc natos plorat, miſeroq̃ orbata parente
Conqueritur, magnisq̃ replent ſingultibus auras.
Par habitus cunctis viduæq̃, orbæq̃ ruebant
Praghides, Herculeasq̃ gemẽs Melithea per vmbras
Dilectum Rhodomanta vocat, iam perſonat omnis
Lamentis regio, montesq̃ o dura per altos
Diſcurrebat Agles, & connubialia ſacra
Terq̃, quaterq̃ vocat, mœſto ſtridore Boopis
Crudeli ferit ora manu, nec laſſa quietem
Vſq̃ agit, at qualis compellitur acta per vmbram
Thyas Echioniam, vel cum cerealis Eleuſis
Pelluſtrat ſacras accenſa lampade ſyluas.
Has inter Paſithea gemens (miſerabile viſu)
Arua rapit paſſu, & Lunæ ſpelæa peragrans.
Quas non illa domos? quæ non Magalia mœſto

Pulſauit gemitu? quo crebreſcente reſultat
Iſter, & infandæ Phœbi iuga conſcia cædis.
Vix ergo Hercyniã ſuperarant agmine ſyluam,
Tunc ſic ah nimiũ lachrymans, Paſithea profata eſt.
En diri montes, Martiſq; en impia tellus,
Sacratumq; nemus Phœbo, iamq; eminus omnes
(Vt cerno) clypei, galeæq;, & fortia bello
Pectora, funeſtosq; iacent vexilla per agros.
Cuſtodes circum, via nullibi, clauditur ingens
Obſidione nemus, quid nos turba ægra per hoſtes
Ibimus? vt captæ famulatum in caſtra trahamur?
Dij ſuperi talem a nobis auertite caſum.
Sic ait, at contra ſic talibus orſa Aracyntho
Nuntiæ Ocypeti, ſimul & ſoror o mea Dori
Prothia, Dachanieq;, Hellepogeæq; ſorores
Pilſenis, & Trigles, & Spibrania, & Haberine,
Pythoq;, Eulimeneq;, Agleq;, & Melithea
Ite, atq; Auſtriadæ pectus mulcete precando,
Det veniam victis, nec non repetita cremari
Corpora permittat, tumuloq; exuſta reponi,
Nec vos magnanimi fallet clementia regis.
Namq; olim audiui Morinos per littora bellum
Mouiſſe oceani, Brugentinasq; cohortes
Impia Geſſoraco molitas prælia campo,
Auſtriadem contra pacem, veniamq; precantes,
Impetraſſe aiunt victos, & Cæſaris acrem
Demulſiſſe iram. breuiter ſic talia fante
Decretum eſt peragi, curſu tum nuntia turba
Prætereunt ventos, fuſis per eburnea colla
Crinibus, atq; altum ſuras ſtringente cothurno.

Iamq; propinquabant Istro, tunc maxima coram
Ocypetis sic fata nurum, iam fluminis alti
Venimus ad ripas, vastus ferit humida fluctus
Littora, & exesis feruent vada cautibus ima.
Nec quisq; rapida apparet mortalis in vnda
Atq; iter obstruitur nobis obstantibus vndis.
Quin agedum mecum hos æstus enate sorores,
Spumantesq; vdis manibus propellite fluctus.
Sic (vt auo quondam accepi Pallantide Cyrno)
Romulidæ nauere nurus, cum Porsena bello
Martia concuteret trepidantis mœnia Romæ.
Nam lapsa e medio rupit fera vincla Tyranni
Et Thuscum virgo transnauit Clælia flumen.
Sic ait, & suras altum succincta nitentes
Prima secat fluctus, summoq; in gurgite pendet,
Pone ruunt aliæ, velut inter nubila clamans
Grus volat, atq; ducis sequitur sublata laborem.
Ah nimium infœlix Pytho, dum littora quærit,
Pondere fœcunda prolis quod gesserat aluo,
Obruitur, frustraq; vocat sub flumine Diuos.
Vtq; datum curuæ reliquis appellere ripæ,
Regini tendunt turriti ad mœnia, cursu
Præcipiti, atq; altas inuisunt Cæsaris ædes.
Mirantur cuncti, & scissis (miserabile) peplis
Fœmineæ causam veniendi exquirere turbæ.
Instabant, illæ Austriadem clamore vocantes,
Austriades sacro longa atria nomine replent.
Tunc simul Ocypeti coram data copia fandi,
Procidit ante pedes, lachrymansq; hæc incipit ore.
Sancta Deum soboles, & clementissime regum

Auſtriadum longe qui facta excellis auorum,
Ex mœſto petimus cætu tua limina Cæſar,
Pragheidum, quas traxit amor, pietasq; ſuorum
Per ſyluas, per ſaxa, & mille pericula rerum
Orantes, miſeris natorum corpora redde
(Si qua tuos vnq; tetigit clementia ſenſus)
Matribus ad tumulum, gelidos ſine coniugis artus
Amplecti vxores, animasq; exoluere terris,
Errant quæ circum littus, poſcuntq; quietem,
Turbidaq; ante oculos harum verſatur imago,
Per patris cineres, ſpemq; alta ad regna nepotis
Surgentem Caroli da, non indigna precamur,
Corpora, nec fieri prædam permitte ferarum.
Exanguis turbæ, lætales quisq; per agros
Contabeſcit humi, niſi cœlum nemo habet vrnam
Quid vetitum? Scythiæ, Thracumq; niualibus oris
(Sit quamuis crudele genus, gensq; aſpera cultu)
Cæſorum in bello fumantia buſta videntur,
Vltimaq; hoſtilis conceditur hora ſepulchri.
Non tecum vt quondam pugnauit Iazigis ardor,
Pannonicamq; acri turbauit Marte Vianam,
Non inq; monſtra, aut ſæua de tygride nati,
Non Lapythum turba, & diuulſas Monychus alnos
Miratus torquere Pholum, & cratere minantem
Sed Boiis creti Cæſar, qui cis vada Rheni
Hercyniæ in medio poſuere cubilia ſyluæ.
Gens armis, atauisq; potens, vnde eſt genus alto
Principio exortũ, quod nunc gemit ægra Caſurgis.
Atq; vtinam imbelles forſan fera claſſica Martis
Fugiſſent pauidi præformidanda mariti.

Sæuire vlterius defuncta in corpora tantum
Dedecet imperium, tristes mors obruat æstus
Irarum, deturq; æterna exanguibus vrna.
Finierat, cui contra orsus sic talia Cæsar
Permotus lachrymis, neq; (ait) solamine tempus
Hoc eget, occubuere viri, quæ gloria maior
Supremam egregiis vitam q̃ claudere factis?
Quos potui iuui, post belli incendia cunctis
Ad patriam remeare datum, miserescimus vltro.
Iam vestrum, quos nunc tanta est si cura cremandi,
Corporaq; in tumulis componere adusta supremis
Ite pium genus, atq; animas dissoluite curis
Extremo affatu, & lachrymis decorate sepultos.
Dixerat, illa oculos tollens ad sydera, ita inquit.
Iuppiter omnipotens, regum cui summa potestas,
Et tu quem intueor lustrans opera omnia Phœbe,
(Namq; (vt es) antiqui credebant te quoq; numen)
Audite hæc fantem, tanto pro munere grates
Reddite vos, neq; enim exiguã de Cæsare clemens
Poscit opem, officium, paruoq; rependier est fas.
Dij dent magna tibi, Cetiumq; vehare per altum
Victor, & Euganeo frenantia vincula Ponto
Coniicias, votisq; Deus post fata vocere.
Sic ait, inde omnes redeunt responsa ferentes.
Iam Sol hesperia vultum detexerat vnda,
Lustrabatq; polum, & tenebras demiserat Orco.
Tunc subito cunctæ exanimes, vt adire potestas
Concessa est, per plana ruunt, montesq; per altos
Fœta vbi sunt loca cæde virum, miserabile, quæq;
Ad certamen eunt lachrymarum, fletibus aura

Rumpitur, & ſyluæ mœſto langore reclamant.
Vt nemus horriſicum, & lucos ſubiere cruentos
Triſtia Phœbæas creſcunt lamenta per vmbras.
Qualia ad incerti lugentia flumina Nili
Frugiferum quærens Mareotica Coptos Oſyrim
Fundit, & æriſono querulum quatit aera Syſtro,
Funera prociduæ ſpectant, truncosq; per artus,
Diſſectasq; ibant gentes, tabemq;, cruoremq;
Hęæ mundant lachrymis, hęæ per præcordia lapſum
Pilum adimũt, vulnusq; lauãt in flumine, & vngũt
Luctus vbiq; ingens, liuentiaq; ora cruentant
Vnguibus inſanæ matres, ſic prima reperti
Conqueſta Ocypetis non debita funera nati.
Heu vitæ pars magna meæ, tu ne ille Phileuros
Quẽ ſuper ipſa cubo? ſunt hæc tua lumina, quæ nunc
Componit miſeranda parens? quo vulnus hiatu
Panditur, en meritum quod caneſcentibus annis
Expecto, en fili miſeræ ſolatia matris.
Quid queror infœlix, tantum ne interritus hoſtis
Perpetrare nefas auſus? quo perfidus ille
Hinc abiit? redeat, meq; is quoq; trudat ad vmbras.
Sed quid ego? o nimium, nimiumq; oblite parentis.
Iam ſalue, atq; vale, dixit. flammisq; peremptum
Impoſuit buſtum exequialibus, ipſaq; velox
(Proh pietas & amor) comite ſe funeris atri
Coniecit flammæ, fatumq; ſub ignibus hauſit
Et miſera in cineres euanuit vſta ſupremos.
Imbelles ſileant Indi, nec Thracia iactet
Vxores, quæ ſe, quondam (ſi credimus) vna
Coniugis extremo morientis in igne, cremabant.

Parte alia ſtridens furiata mente vagatur
Euulſus Melitea comis, & pectora tundens,
Dilectũ Rhodomanta vocat, quẽ in puluere merſum
Vt vidit, fugere oculi, lachrymasq; retudit
Ipſe dolor, clauſaq; diu cum voce remanſit
Sic tandem exanimis rupto ſermone profatur.
Siccine te video coniux? me ſiccine ſolam
Liquiſti tedæ, thalamiq; oblite iugalis
Quis te pugnandi furor? aut quæ iurgia tanti
Arripuere mihi? quid habes? certe aſpera votis
Inuidit fortuna meis, nunc ceſpide viuo
Nudus in externa miſerum tumulabere terra.
Dicebam quid bella petis? quid in arma? doloſq;
Progrederis Martis? dextramq; Herneſtida tentas.
Diues habes regnum, cur ſceptra aliena laceſſis?
Armigerumq; genus? proh mens præſaga malorum
Spreuiſti, at ſaltem ſors me tecum vna tuliſſet
Me miſeram, haud tantũ coniux tua fata dolerem,
Nunc quid agã infœlix? viuamne? an Manibus atris
Inſerar? atq; vno miſeranda cremabor in igne?
O thalami fax læta mei, quid demoror vmbras
Amplius errantes, funeſta hæc littora circum?
Dixit, & ingentes lignorum extruxit aceruos,
Impoſuitq; virum ſuper, exequiasq; peregit,
Multa querens, Manesq; imos, & numina olympi
Inuocat ad funus, ſupremaq; munera buſti.
Quæq; ſuum molitur opus, ſecat illa bipenni
Annoſam fagum, & gaudentem morte cupreſſum,
Et vos o Tiliæ, & tu Berecynthia pinus,
Et montana abies, flammas iuuiſtis, & ipſæ

398

Triſte miniſterium,nemus alto a culmine cæſum
Corruit,& ſtrepitu ſyluarum antrũ omne remugit.
Stabant erecti tumuli,denſæq; per auras
Vndabant flammæ,fumuſq; ad nubila teter
Voluitur,atq; altos operit caligine montes.
Parte alia exanimem lugens pia Doris Agartem,
Congeſtæ imponit ſyluæ,Paſithea reuulſis
Abſtergit Pallanta comis,tu membra Boopi
Veſtigas Lydæ,crebri q̃ triſte per auram
Reſpondent gemitus,repetitaq; murmura vocum.
Collidunt valles,& rupe gemiſcit Apollo.
Lunaq;,& aereis reclamat ab Alpibus horror.
Non ſecus Argia mœſtis cum venit ab Argis
Coniugis ad funus,cui ſe comes vna ſepulchri
Præſtitit Antigone,nec tot langoribus ægra
Euadne conquæſta virum,cum Martis iniqui
Oedipodinios acuit violentia fratres.
Vt pia priſcorum complerunt funera ritu,
Collectus cinis eſt,& adhuc feruente fauilla
Contumulatur humi,ſaxiſq; ſepulchra notantur
Inſcriptis,ne forte rudi ſulcaret aratro,
Aut ſcrobibus ductis,confunderet incola Manes.
Iam nox ſydereum fuſcis inuoluerat alis
Atra diem,rurſuſq; polo ſplendebat eoo
Clara dies,Titanq; bona face candidus ibat
Littore ab oceani,cum ſic Melithea profatur.
Maxima pars acta eſt,requiemq;,locumq; piorum
Vmbris reddidimus,materq; amplectitur illas
Cõmuniſq; parens,cunctis via panditur æqua
Exitij,finiſq; ſui,mors omnibus vna eſt.

Quid querimur? sedate animos, pietatis honore
Laudandæ remeamus ait, reddantur in vrbe
Manibus inferiæ, & primum nigrantia auerni
Lustratæ bissena boum mactabimus aræ.
Tunc iuga, nec sacris Orci Regina vacabit.
Dixerat, assensere omnes, clausisq; sepulchris
Concilio abscedunt mœsto, patriamq; reuisunt.
Interea quærens bellis imponere finem
Iuppiter, atq; alio moliri fœdere mundum,
Arcadium alloquitur natum, dein talia mandat.
I, nate, & cœlo sumptis delabere pennis,
Pergeq; in Arctoam sedem, regnumq; potentis
Austriadæ, prohibeq; domum victricia non dum
Signa vehat, sunt curæ aliæ, superestq; laborum
Finis, & ipse adero, nec Cæsar proroget vltra
Diuorum auspicium, mecum Copstenia bello
Mœnia deuincet, summam hanc effare, siletq;
Iuppiter his dictis, mox se Cyllenius alis
Flectit ad Aethyopum sedes, gentemq; beatam
(Celsa Iouis quoniã tunc regia stabat ad Austrum)
Persæumq; polum tangentem vertice Atlanta
Nubifero inuisit, dilectaq; regna Deorum.
Nam fama est illas aliquando inuisere terras
Cœlicolas, Solisq; epulo discumbere magnum
Sæpe Iouem, amotisq; illuc descendere curis.
Nulla etenim gens est fœlicior, inuida plorat
Conculcata fames auri, fraudesq;, dolusq;
Nullus ibi, nulla ambitio, nec tristis honorum
Cura, nec aurati diues fortuna sepulchri,
Nulla superstitio, Diuos tantum igne per aras

399

Fragranteis,& thure colunt,ſpectatur vbiq;
Relligioſa fides ſuperum,qua Iuppiter æquus
Cogitur Aethiopum caſtis diſcumbere menſis.
His ſatus a Maia veniens Cyllenius oris,
Euolat ad fines Libycos,totamq; pererrat
Aegyptum,Memphimq; ſacram,deinde oſtia Nili
Pronus adit magni,& lucentem nocte canopum,
Nec mora ſublimes alis prouectus ad auras
Tranſuolat,& Pontũ,Cyprũq;,Rhodonq; relinquẽs
Heſperios petiit fines,atq; vltima regna
Nominis Auſonij,qui dum ſuper æthera vectus,
Reſpicit Oenotramq; plagam,moresq;,genusq;,
Vaſtatasq; vrbes,coniuratasq; ruinas.
Indoluit,traxitq; alto ſuſpiria corde.
Mox Amerineæ valles,colleſq; Lyæi,
Atq; tridenti culta apparent arua bilinguis
Diues & Emporium,atq; inter laudabilis Alpes
Bryxina,quiq; Atheſis ſpumantis flumina potant,
Mænalioq; alti luſtrantur numine montes,
Quorum viſceribus,ſpeluncisq; eruta ab atris
Fertilis increſcit variis natura metallis.
Hic domus æterni ſtrepitus,fornacibus ingens
Argentum coquitur,feruentq; incudibus æra.
Dumq; in diuerſas flectit ſua lumina terras
Aliger,occiduo fuſcis nox atra tenebris
Surgit ab oceano,curasq; animantibus ægris
Arcebat nocturna quies,cum ventus,& aer
Et mare fluctiuagum,ſyluæq;,feræq; ſilebant.
Nec mora mobilibus pandens talaria plantis
Labitur,atq; Aeni tortis Deus appulit vndis.

Alludit ad ſtrages Italiæ temporum ſuorũ.

Bolzanum intelligit.

Hic vrbs exigua est, quæ valle recumbit in ima,
Innumerosq; regit populos, Tyrolumq; gubernat
Iuxta alba fluit Aenus aqua, qui ex Alpibus altis
(Cum veris tempus, genitalisq; aura fauoni
Aereasq; niues, montanaq; frigora soluunt)
Flumine prociduo, vastum defertur in Istrum,
Hæc olim (vt memorant) duce formidata potenti
Sceptra Sigismundo, donec labentibus annis
Austriadum accessit pars hæc, atq; addita regno est.
Ergo pererratis Tyroli Cyllenius oris
Candida ad Aenoos flexit talaria pontes,
Perq; altam noctem volitans, vmbrasq; silentes
Cæsaris ingreditur sublata palatia cœlo.
Atq; his (exacti meditantem prælia Martis)
Inuadit dictis. magno Ioue missus olympo
Hæc mandata fero, prohibet victricia non dum
Signa vehas, sunt curæ aliæ, superestq; laborum
Meta, aderit Diuũ genitor, transferue nec vltra
Hoc Iouis auspicium, tecum Copstenia bello
Mœnia deuincet. sic talia fatus, ad vmbras
Peruolat Arcadiæ, sacriq; æstiua Lycæi.
At Cæsar mandata Iouis, bellumq; volutans
Indictum superis, sontemq; euertere gentem
Decretum (neq; enim totos sopor hauserat artus,
Quippe Dei vultus, & verba sonantia norat)
Corripit e strato corpus, namq; axe micarat
Aurea lux, Phœbiq; iubar detexerat orbem,
Concilium vocat heroum, remq; ordine pandit.
Tunc velut incertæ cum per dispendia syluæ
Ignarus quo tendat iter, non nota viator

400

Errat, & in dubio mentem versatq; trahitq;.
Sic Heroes erant, pars ad mandata Deorum
Declinant animos, fore & hæc supræma putabant
Munia bellorum, parti oratoribus vrbis
Prætentanda fides, & pace augenda sequestra
Parcendumq; viris, quorum defecerat ausu
Phalsgraphidæ ad partes plebes ignara, videtur.
Fama etenim Helsacia gereret dum prælia Cæsar,
Et Martis furor, & belli increbresceret æstus
Vndiq; & excitæ ruerent in funera gentes,
Hanc vrbem seruasse modũ, neutramq; secutam
Fortunam belli, pacem seruasse, fidemq;
Iuratam Austriadæ, donec dolus obruit vrbem
Byspeichis, dediq; altam vi compulit arcem.
Tempus erat, quo læta feri per pascua tauri
Bella mouent in amore pares, & cornua vibrant,
Cum viret omnis ager, cum se vernantia cingunt
Norica culta comis, renouat cum Daulias ales
Infandos quæstus, & Ithim nemus omne reflectit.
Tunc sexcenti equites, duro fidissima bello
Pectora, Byspeichis iussu, per opaca feruntur
Noctis, & occulto fluuij se littore condunt.
Ille dolo instructus, vestem simulauit, & arma
Militis Austriadæ, paucisq; equitatur ad vrbem.
Vt data libertas aditus, strepit ære canoro
Hylus Hiphyanides, patefactisq; agmina portis
Introeunt, populantq; domos, mortemq; minantur
Ciuibus, ij trepidant, plebesq; ruebat inermis
In pugnam, nescitq; dolos, quisve ingruat vrbi
Armatus miles, nunc Cæsaris arma videntur,

Nunchoſtis, creſcit timor vndiq;, & vndiq; clamor.
Non ſecus in Libya Getulæ, armenta Leænæ
Cum nocte inuadunt tetra, ſeptisq; refractis
Incumbunt prædæ, timidũ pecus horret, & anceps
An manus hoſtilis circum ſtabula alta pererret,
An paſtor, trepidatq; intus, neſcitq; tueri
Se quoq;, at poſtq; ſuluæ fremuere Leænæ
Erumpit caulam, campoq; immugit aperto
Turba boum, & vacuã linquit victricibus aulam.
Sic Copſtenigenas, nunc huc, nunc diſtrahit illuc
Infandus timor, atq; anceps fortuna malorum.
Vt patuere doli, factiq; apparuit autor
Mutatiq; habitus, nullis mens pergere contra
(Nam ſignum excelſa dederat iam proditor arce
Penznauros) victosq; lares, vrbemq; relinquunt.
Vt cum Sicanio, flammæ iaculantur ab antro
Fulmina vicini fugiunt Aethnæa coloni.
Tandem Byſpeiches tota iam victor in vrbe
Bis centum pedites, quos miſit Gallia Geſos
Præſidio iubet eſſe loci, & defendere muros.
Diſplicuit dolus ipſe Ioui, iuratacq; gentis
Fœdera nequicq; ſeruari exarſerat ira
Ingenti, regemq; alto ſtimularat ad arma.
Interea ambigui Heroes ſermonibus orſa
Prolatant variis, nec re firmantur in vna,
Pars pacem, pars bella volunt, vt perculit vndas
Carpathij nigra aura maris, nunc flumen in Auſtrũ,
Nunc Boream verſus, Zephirive impellit ad oras.
Stat medio ratis acta freto, latere ardua Pontum
Inſtabilem, & roſtro ſpumantes reiicit vndas.

40A

Sic diuersi animi, Cæsar tamen omnia voluens
Parendum est (inquit) superis Ioue præside belli
Optemus finem, consumatosq; labores
Marte sub extremo, & magnis numeremus in actis.
Ergo agite Heroes, Diis hæc poscentibus, arma
Maturemus ait, sic fatus, Alastora misit
Deligat vt Marti populos, gentesq; pererret.
Nec mora cum primum tanti primordia belli
Intellecta ruunt iuuenesq;, patresq; vicissim.
Armanturq; vrbes, primusq; Choraulus Atrides
Mœnibus eduxit resplendens agmen Halæis,
Hinc pedites centum fudit præclara metallo
Sbotia, & antricolas descripsit in arma maniplos,
Suspendens altos calidis fornacibus ignes
Liquit, & inuersum tunc Chyzipelos aratrum
Teutonicas patrio gestans de more catheias,
Inde ruit Rhotoburga cohors, & pascua læta
Incola deseruit, vitesq;, Amerinus Iacchi,
Nec mercatura pinguis bis diuite Bolzan
Defuit, armasti lectam quoq; Bryxina pubem,
Quæq; olim fuerant coniunctæ fœdere gentes
Pilatæ aduentant, signa extollente Sueuo.
Sed prima ante alios Oenois agmina ripis
Effulgent, cupiuntq; acies spectare micantes
Aeraq; perstrepere, & Martis tremere arua fragore,
Audiit & belli motus arx alta Naonis,
Et fera Goriciæ sumpserunt arma phalanges.
Quid memorẽ Labaciq; duces, Gretiasq; cateruas,
Iuliaciq; genus, sæuoq; horrentia Marte
Agmina Phrysiaci, Thergestinosq; maniplos,

Torquent Pucino qui præla liquentia Baccho.
Dum properant populi, milesq; animatus ad arma
Proruit, interea muralis turbo per vndas
Deuehitur, gemit Oenoum sub pondere flumen
Rostratumq; caput fluuio vix erigit alnus.
Hinc teli quodcunq; genus, micat aurea cuspis
Leumæiq; enses, & flexilis algida taxi
Arbor, in ingentes arcus, pronæq; sagittæ
In vulnus, quales pugnantem perfida ferre
Accipimus, crebrisq; Scythas obnubere telis
Hi Macedum tela expromunt, bifidasq; secures,
Hic lætus bello ceu feruida vibrat Amazon
Cum Tanaim inuadit, victoq; agit agmina Ponto.
Vos quoq; mortiferæ properastis ad aspera glandes
Prælia, plumbatæq; graues, Balearicaq; arma
Funditor extollit, nec sæua Phalarica vastis
Flammarum exarmata globis, & sulfure tetro
Non vecta, atq; onager lapidis iaculatur hiulci.
Etiam fama volans trepidas exterritat vrbes
Austriadum aduentu, & venturæ signa ruinæ.
Nam statuas sudasse ferunt, & sanguine multo
Defluxisse Oenum, celsamq; volasse per arcem
Lampada sublimi lambentem vertice molem.
Præterea ex aditis vox exaudita profundis
Nuntia fatorum, qua plebes dissona vulgi
Territa, sed Galli pedites spem Marte fouebant.
Et situs impatiens pugnæ, nam celsa per auras
Erigitur condens caput intra nubila moles.
Difficilis natura loci, spesq; ardua bello
Posse capi, fluuius radit confinia montis,

Spumantesq; imo propulsat vortice cautes.
At Cæsar lectam trans Oenon pergere pubem
Imperat,& curuo moliri in littore vallum,
Vt longe micuere acies,ærisq; refracti
Auditi sonitus,pulsataq; tympana circum,
Curritur huc illhuc,pauidæq; e mœnibus altis
Prospectant matres,& passis crinibus astant,
Auxilioq; vocare Deos,vlulare per vrbem
Excussisq; manu radiis tremere innuba virgo.
At qui fortunam mauult tentare ruentem
Conscius infandæ fraudis,timor omnis abesto
Exclamat,flammas ne Iouem,tonitrusve cientem
Creditis,in nostros conuertere fulmina muros?
Aut formidatos pauido Titanas olympo?
Cæsar adest muris,quis tanti nominis horror
Inuasit mentes? aderit quoq; & acer in armis
Byspeiches,vastaq; ruet violentior ira.
Sic animos acuit dictis,plebemq; labantem
Ad pugnam irritat,tunc omnes mœnia complent
Innumeris lapidum cumulis,scabrosq; molares
Circum aptant,hi pila nouant,macedumq; Saryssas
More parant,hi pro galea capita alta Leonum
Villosoq; gerunt truculentis faucibus vrsos.
Fraxineam hic hastam longis amentat habenis,
Hic Erycis cæstus Paphij, Tripilosq; rudentes
Clamat Io,extollens dum sese ad bella volentes
Exarmant ciues,Cæsar trans flumina vectus
Oenoa,vndisono florentes littore turmas
Disponit,lustratq; vrbem,quantumq; recedant
Interualla loci,num sæui machina belli

Acta queat populare domos, ruere alta superbæ
Fundamenta arcis, populoq; inferre ruinam.
Dum per cuncta oculos versat, custode relicta
Apparet pars vna vrbis, neglectaq;, tantum
Naturæ defensa situ, nam flumine vasto
Alluitur, dirimuntq; vndæ confinia terræ,
Ilhic Austriades, cum laxum Nerea pronus
Vesper adit, linquitq; polum surgentibus astris,
Dum silet omnis ager, noctem tormenta sub altam
Collocat, interea roseis aurora quadrigis
Extulit os sacrum, atq; humentes dispulit vmbras.
Aggreditur tunc Cæsar opus, gemit omnis ab imo
Tellus, & pauidi tremuere sub infima Manes,
Tartara, Cocytiq; lacus, metuendaq; Diuis,
Styx fertur properasse retro, saxosa labare
Arx visa est, tantoq; impulsu exsibilat aer,
Aereus vt longe turbo per inane volutus
Exuperat fracta collissa tonitrua nube,
Horridiusq; boat, q̃; cum fremit vnda Maleæ,
Aut cum pulsantur Rutupini littora Ponti.
Vt pestis metuenda domos, tecta alta parentum
Depopulat, totaq; furit violentior vrbe.
Fit casus rerum, moles concussa fatiscit
Murorum, & fundo motus lapis intremit imo.
Iam clamor, cædesq; virum, iam mortis vbiq;
Effigies, hi rupta cauis loca peruia saxis,
Hi celsi petere antra iugi, tolluntur ad astra
Fœminei lamenta gregis, singultibus aer
Concutitur, syluæq; omnes langore resultant,
Non tamen afflictis rebus, tantæq; ruinæ

Deficiunt, qui morte volunt extendere famam,
Sed contra perstant, aggestoq; obiice muros
Instaurant, sed cuncta solo vis fulminis æquat.
Ac velut oceano fluctus, crescente per agros
Littus eunt extra, rapiuntq; mapalia, villas,
Pastorumq; domos, fugit alta ad culmina velox
Belgarum genus, & celeres præuertitur vndas.
Passim stant armenta boum, grexq; omnis aquarũ
Depressus sub mole, iacet, complexa maritum,
(Aggeribus circum clamantia littora fractis)
Mergitur exanimis spumantibus vxor in vndis.
Talis erat fortuna vrbis, taliq; minatur
Excidio Cæsar, sed dum vndiq; mœnia frangit
Fulminis in morem tempestas acta ruentis,
Gallorum extemplo celsa decurrit ab arce
Auxilio pilata manus, trepidamq; per vrbem
Cursitat, & dubios trahit in certamina ciues,
Disiectosq; nouant muros, iuxtaq; profundas
Educunt fossas, & propugnacula firmant.
Talibus interea inuadens Atralbius heros
(Inuidiæ fuerit stimulis ne agitatus, an vnq;
Haud iri euersum superis concessa putarit
Mœnia, & incassum consumi tempora Marte)
Austriadem alloquitur, coramq; hæc incipit ore.
Haurite hanc animã superi, vel sontibus vmbris
Mergite, nec renuo, nostros post funera Manes
Frigida vel pascant deserto viscera campo
Obscœnæ volucres, animæq; infestus oberret
Spiritus, & nulla condatur corpus in vrna.
Verus amor si me, & veteris memor inclyte Cæsar

Obſequij,ſeruata fides non ſuadet & vrget,
Te coram hæc,rumpens matura ſilentia,fari.
Bella paras olim nullos paritura triumphos,
Nam quid moliris? nun diruta mœnia credis?
Poſſe per has vndas,& late vortice vaſto
Deſpumantem Oenum miſſis populare cateruis.
Eſto his nunc victor ſuperes legionibus vrbem,
Atq; animos iterum,iuratacq; fœdera firmes,
Nun generi credes infido? protinus vt tu
A cupida rerum turmas eduxeris vrbe,
Sacratum rumpent fœdus,dextrasq; reſoluent
Dum fortuna anceps,dum celſa inuicta manebit
Arx elata iugo,tolletq; in nubila culmen.
Aſpice qui montes,quæ ſaxa minantia cingunt
Molem indignantem vinci? proh mœnia quantum
Excidij,& cædis bello paritura minantur
Militibus noſtris,at aperta laceſſere bella
Vtilius,nam tum victor (quod numina faxint)
Noricon inuiſes populosq;,vrbesq; furentes
Frenabis, monſtrum hoc nulla ſuperabile pugna,
Paulatim exanimo pulſa feritate quieſcet,
Hinc fama,hinc decus eſt,nõ contra tẽdere montes,
Saxaq;,& in ſcopulos moliri prælia,campo
Laus erit expugnare hoſtem,fremat æquore aperto
Puluerulenta acies,denſisq; vmbonibus alæ
Concurrant trepidæ,& Mauortius horror anhelet.
Primus ego ante alios (quid eẽ promittere poſſum
Amplius?) extremã fundam cum ſanguine vitam,
Authoĩem inuiſum,& ſceleris caput omnis iniquum
Byſpeichem per aperta traham,vinctumq; catenis

Adducam,aut noſtra cadet in certamine dextra,
Patratumq; nefas ſoluet,nec plura locutus
Conticuit,procerum magnorum ſtante corona.
Tunc Cæſar paulum vultusq;,oculosq; moratus
In terram(quid dicta ferant,quid conſulat heros
Agnoſcit)contraq; orſus,ſic talia fatur.
Non hoc deſidia regnum mihi vendico,& alta
Vecors ſceptra gero,tantum clariſſima virtus
Efficit imperium,nec me pater ipſe creaſſet
Conſortem regni,ſociaq; in ſede locaſſet,
Si me ſollicitis trepidum nouiſſet in armis.
Deſine iam Diuos teſtari,credimus,at te
Saxa mouent,vaſtoq; Oeni vada concita fluctu,
Et gentis temerata fides,quid regibus altis
Agnoſcis vetitum? qua ſumma incõmoda belli,
Qua montes,qua ſaxa horrent,& in hoſpita Martis
Tollitur ad cœlum moles,ibi tendere vires,
Et gerere arma decet,dedignantesq; peracto
Fœdere,debellare vrbes,& frangere muros.
Sic monſtrũ ſuperare meum eſt.quod dicis aperta
Pugnandum eſſe acie,& campo decernere ferro
Ad rem conduci,maioraq; geſta parari
Neſcis crede mihi,quanta hac iactura ſub arce
Deliteat,neſcis qui ſe ſtatus occulat armis.
Hic opus eſt bello,& quanto iactantius audes
Effari,tanto decet inſudare periclis
Fortius oblatis,& dicta rependere factis.
At ſi te longi torquent faſtidia belli,
Perge domum,ac vecors patriis te conde ſub oris
Degenerem,& vita conſuma tempus inerti.

Vos o pugnaces animæ, quæ sanguine multo
Aeternum vobis famam peperistis in æuum,
Extremis durate malis. sic talia fante,
Iam piger astrifero splendebat ab axe Bootes,
Nocturnique vlulare lupi, Fauniq; per vmbras.
At Copstenigenum versantur pectora curis,
Sollicitoq; metu densa stationе tuentur
Mœnia, nullius fessos sopor alligat artus.
Interea exoriens terris aurora micabat,
Et matutino lucem detexerat orbi.
Tunc Brunsuychidem Cæsar vocat, eya age centũ
Delige bello equites, tecumq; ait instrue pubem,
Qua cum vulsa imo ruet alto a culmine moles,
Aggredere hinc vrbem, murosq; inuade relictos.
Haud mora, iussa facit, nec longe a mœnibus agmen
Occulit insidiis, sedes aptissima fraudi
E regione vrbis, qua se mons plurimus vmbris
Erigit ad superos, specuumq; exesa vetustas
Horret opaca, cauoq; feræ stabulantur in antro.
Illic sese heros delecto milite condens,
Tempus auet pugnæ, & Mauortis signa moratur.
At Cæsar postq; excidij tormenta parauit,
Feruida anhelantes mugitus machina rupit,
Ingenti circum fremitu nemus omne tremiscit,
Attonitasq; etiam passim de montibus altis
Accipimus cecidisse feras, & hiantia fracto
Saxa ruisse solo, atq; Alpes nutasse niuales.
Frangitur aura sono, fumoq; obnubitur aer,
Et caligantem discurrit flamma per vrbem.
Vt furor aeream violentior impulit arcem,

405

Commota est imo laxa compagine moles,
Et labat in casum, ceu semirecisa minatur
Ardua per syluas quercus lapsura ruinam,
Aut cadit, aut cecidisse putes, dubiumq; cacumen
Huc illuc vertit, sic arcem hinc inde labantem
Aspiceres, fundoq; altum crepitare sub imo.
Attonitæ stant turbæ intus, tunc celsus ab arce
Dum sonat Eurylochus, mentesq; exasperat ære
Turbine discutitur, cadit alto a culmine corpus
Exanimum, & fracto maculantur saxa cerebro.
Tunc clamat Boiemus Hylas, proh Iuppiter, inquit,
Arx ruit, atq; vetus lapidum compago dehiscit.
Astrorum rector, Diuumq; æterna potestas
Fer precor auxilium, ne tetrum fulmen hiulco
Impete dilaceret miseros, sic fatus ad auras
Opprimitur mole abrupta, vocemq; precantis
Strangulat ignito reuolutus ab aere turbo.
Diffugiunt omnes casum infandum, & sibi quisq;
Quærit iter vitæ, dumq; hos timor anxius vrget,
Ilicet e latebris equites Saxonius heros
Educit, contraq; iubet procedere muros.
Tunc qua vasta vrbis nullo custode teneri
Mœnia prospiciunt, scalis subit vnus & alter
Et turmis pauidam inuadunt mussantibus vrbem,
Rumor it interea portas Saxone refractas
Murorum ingentes, & mœnia celsa teneri,
Accurrunt timidi incassum, Galli inde frementes
Torpentem instaurant pugnam, Saxones ab alto
Fulmina agunt lapidũ, saxisq; molaribus instant.
Dumq; alternatim dubio fortuna sub ictu

Desæuit,pugnaq; cohors accenditur æqua.
Iuppiter æthereas linquens Saturnius ædes,
Iussit ab Aeoliis depremi tela sagittis.
Protinus ad Lyparem,qua se Vulcania tellus
Erigit in fluctu,cuditq; sonantia tela,
Euolat,& pedibus massam rapit armiger vncis
Ales,& igniuomas traxit per inane sagittas.
At pater omnipotens alto de vertice montis
Despiciens,spretamq; fidem,fraudesq;,dolumq;
Hostilem,statuit commissam plectere nexam,
Atq; ita fulminibus tota Bacchatus in vrbe,
Ite ait horrendum dictu,secedite pugna
Iam Galli,sic fata volunt,sic Iuppiter hoc vult.
Dixit,seq; Iouem fassus migrauit ad astra,
Vtq; altæ auditæ voces,& visa tonantis
Fulmina,tunc pauidi ciues,tunc agmina passim
Gallica pertremere,& victori cedere victi.
Austriadum contra fugienti instare phalanges,
Obuia sanguineo sternentes corpora ferto
Dumq; ea extremo diuersa in parte geruntur,
Egregium Nereus Langum compellat ab altis
Mœnibus Eurychides,verbisq; ita fatur amicis.
Eya age te nostri pietas tenet vlla,furentem
Demulce Austriaden,iramq; inflecte præcando.
Iam dedi cupimus pueri,nuptæq; puellæ
Innuptæq;,viriq; simul,matresq; per vrbem
Orantes veniam trepidant,pacemq; futuram.
Tu modo redde animũ clementem Cæsaris vrbi.
Qui vero extiterit rumpendi fœderis autor
Plectatur,meritasq; luat cum sanguine pœnas.

496

Dixerat,hæc regi Langus mandata potenti
Rettulit Auſtriadæ,placuit ſententia,ſed qui
Contempſere fidem,iuratacꝫ fœdera Diuum
Vt meriti luerent pœnas, vltrocꝫ,citrocꝫ
Diſcuſſis rebus,pauidam rex alta per vrbem
Signa vehit,mulcetcꝫ animos,& temperat iras.
Ecce autẽ infœlix manibus poſt terga reuinctus
Panzneuros caput infandum,ſemencꝫ malorum
Ad cædem trahitur,ſumma detruſus ab arce,
Biſſenos ſecum ille viros,iuxtacꝫ litandos
Vt ſceleris,pœnæcꝫ reos,in funera ducit.
Conclamant omnes,& percutienda ſecuri
Corpora ſollicitant,& vocibus intonat aer.
Stabant demiſſi in terram ſua lumina mœſti
Fractores fidei,dubiacꝫ in morte tremiſcunt
Ipſe doli princeps ſæuum,toruumcꝫ minatur
Neſcio quid vultu,veluti cum victima ſacras
Ducitur ante aras,ſæuitcꝫ in cornua taurus
Mactandus Diis immortalibus,aſpicit ægre
Et ſalſas fruges,poſitoſcꝫ in funere cultros.
Tunc rex increpitans dictis,quos ipſa nocentes
Effecit temerata fides,ſub tartara mitti
Imperat,& ſcelerum commiſſa piacula ſolui
Ipſe ſuper graditur montem,celſuſcꝫ reuiſit
Semirutam molem,pueri,matreſcꝫ,nuruſcꝫ,
Longæuicꝫ patres, & cætera turba virorum
Subſequitur,meritoſcꝫ aris indicit honores.

FINIS.

LIBRI DVODECIMI ARGVMENTVM.

In ultimo libro cum iam annuus Martis labor fuisset, & iam fracti hostes, Cæsar etiã ex Sycambris triumphans reuersus, Coloniam agrippæ petiit, quẽ prius Ludouicus Palatini filius placauerat. Interea fama uolat, Cęsarem Coloniæ triumphaturum, ubi principes describuntur, & Belgicarum ciuitatũ populi, qui ad uisendum profecti sunt. sequitur triũphi descriptio, ad quem spectandum Deos uenisse Poeta fingit, tantoq; rerum successui inuida præ cæteris Pallas, ante Iouem longa in Cæsarem oratione utitur. Cui cum Iuppiter de rerum Cæsaris incremento aliqua uaticinaretur, Pallademq; hortaretur ad Cæsaris beniuolentiam, idemq; cæteri Diij facerent, & præsertim Aruinia Hercyniæ olim Dea, odium deponit, atq; in amicitiam Cæsaris redit. Quare in hoc ultimo & hominum, & Deorum pax facta est. His peractis, septem ludorum genera præponuntur. sed ante auorũ manibus parentalia celebrantur. Inde certamina inchoata, quæ fuerunt quadrigæ, pugiles, cursus, palestra, natatio, sagittæ, discus.

AVSTRIADOS LIBER XII.

Am Sol labentẽ cursu pręuerterat annũ
Quo belli rabies, & diri arsere tumultus
Vastatæq; vrbes, coniuratæq; ruinæ
Germanos acuere duces, & Marte ne-
Norica disiectis iacuerunt oppida muris. (fando
Cum sua torticomis referens vexilla Sycambris
Magnanimus Cæsar, præclara ad mœnia tendit
Romulei agrippæ, qua laxis voluitur vndis
Rhenus, & auratis gelidum mare cornibus intrat,
Flumine belligeros bifido claudente Batauos.
Hic finem bello dedit, emeritasq; cateruas
Antiquosq; equites functis seiunxit ab armis,
Ianum detrudens ferrata in templa bifrontem.
Nec mora Phalsgraphidũ, Diuũ pater, atq; hoĩm rex
Ante etenim patriis Fidericum iusserat oris,

407

Pergere ad Auſtriadē, atq; animū mulcere precādo,
Progeniem ſixam ad pacem, fœdusq; vocauit.
Qui tandem æternum læti ſine Marte quieſcent.
Interea per inane volans it rumor ad vrbes
Belgarum antiquas, & murmure littora circum
Multiuago replet populos, primumq; Tribotes
Et Borbetomagos, quorum probat alta vetuſtas
Vangiones coluiſſe ſolum, quis more parentum
Maſtrucis mos eſt nunc verſicoloribus vti,
Alta triumphali procedere ſigna Couino
Cæſaris, & feſta redimitum tempora fronde
Vrbem flammifero regem circundare curru,
Nec non & rigidi gemmatis Saxones armis
Hi tercenti equites genus inſuperabile bello
Spectatum veniunt, frameisq; ingentibus horrent.
Toctuſagum ex alia properant regione tribuni.
Quamq; regit pubem Vyrtimberzentius heros
Hęæ picturatæ, varioq; colore micantes
De more exornant nitidis capita alta Pyropis.
Venit & ingentes ducens de vertice Cathos
Obnobio, & gelidas linquētem Bructeron vmbras
Langraphius, Vaſti, Phaleras, & frena gerebant
Aurea cornipedes, magni per Eburnea torques
Colla nitent, Tyrioq; micat gens omnis in oſtro.
Præterea infœlix conceſſa pace Philippus
Mox Pallatinis delectum ex vrbibus agmen
Ducebat ſecum, & crudelia funera nati
Ingemit, & tacitus premit altum corde dolorem.
Aſpice vt euoluit humanas improba curas
Magnorum fortuna ducum, qui primus in arcto

Triūphus Cæſaris, ſed uere Coloniæ, & dicta habita eſt.

Antiquam tenuit ſedem,lateq; bicornis
Imperium geſſit Rheni,nec fauſtior alter
Vidit ſceptra rapi,vidit miſeranda ſuorum
Fata ſenex,animi verum non languida virtus
Hunc fouet,& non dũ auerſis infracta repugnat,
Iamq; dies aderat,quo Cæſar in axe triũphans
Iret,& os ſacrum populis oſtenderet alto.
Tunc ſubito paſſim,totaq; ex vrbe ruentem
Aſpiceres pubem,pueri,innuptæq; puellæ
Longæuiq; patres currunt per compita viſum,
Et regis Pœana canunt, aulea Britanni
Aptant parietibus,poſtesq; tapetibus ornant
Aeratos,homium voces,clamorq;reſultat
Vndiq;,non aliter q̃ cum Euryſtæa gerentem
Prælia,Echioniæ clamantes vndiq; matres
Spectabant auidæ,bicolor cui tempora fronde
Populus ornarat,vaſtos Leo cinxerat harmos
Lætifero quondam ſuperatum Stymphalon arcu,
Vittaq; ad Argolicum referentẽ monſtra Tyrannũ.
Vel cum perdomitis remeauit corniger Indis
Cadmæum repetens ſpoliorum Hyſmenon aceruo.
Interea pompæ ſubit ordo,ducesq; cruento
Spectantur capti bello,manibusq; reu inctis
Turba ingens,ſacro ſtant arma affixa Feretro
Heroum exuuiæ,debellatæq; phalanges,
Scuta virum,Galeæ,& cubitales margine Peltæ
Coniferiq; apices,Frameæq;,leuesq; Saryſſæ
Et curui vmbones,& rapta Petorita Marte
Hinc ſolido ex auro crateres,& aurea bullis
Cingula cernere erat,intertextoq; verendum

Vide ne ancilia intelligere uelit ex Plutarcho.

Electro fulgebat opus, nitidoq; argento.
Sublimi interea Cæsar spectandus ab axe
Prouehitur, qualis victor Saturnius alto
Ossæam rabiem, & Titanum Pelion, atris
Icit fulminibus, curruq; per æthera vectus
Cœlicolas inter clarum lustrauit olympum.
Talis & Austriades alto sese ore ferebat
Maiestate grauis, trabeaq; insignis, & auro
Nescio quid cœleste micat, Diadema superstans
Auratos operit crines, trepidiq; sub axe
Quadriiuges impune fremunt, manduntq; Lupatos
Ore truci, spirantq; altos e naribus ignes.
Non secus Eoo tollunt fumantia Ponto
Corpora, solis equi, replentq; hinnitibus auras
Voluentes hinc inde iubas, raptosq; furore
Miratur cursu tantum procedere Titan.
Interea fama est, Vbii dum Martia ciues
Gesta canunt, latoq; vrbem circundare clauo.
Incipit insignis Cæsar, curruq; triumphat
Spectatum venisse Deos, & in æthere summo
Inuidia carpsisse Iouem, quid numina possunt
Hic fastu superat Diuos, nunc Iuppiter alter
Sicanio arripiet sudatum fulmen ab antro.
Talia flammato, dum pectore numina iactant
Ante Iouem, sic Pallas ait, proh rector olympi
Quid spectas? suffersq; pater? iam respice quãtum
De superis rapiat regis fiducia nostri.
Nũc age & intonsis Euhan quate marmora Thyrsis
Rubra, coloratos trans Gangen transfer ad Indos
Militiam, aut Bacchis vlulantibus Ismara cinge,

Est frustra quodcunq; paras, superabere solo
Cæsare, qui domito reges oriente sub actos
Argolicas rediens duxisti victor ad vrbes,
I, Mars sanguineæ, & Geticis te conde sub oris
Indecorem, solumq; sacer tibi Strymon, & Hebrus
Seruiat, & gelido tantum placeris in Hæmo.
Nil extra tua fama volet, tu hominũ, atq; Deorum
Omnipotens rector, pudet ah pudet ista profari
Te coram, ingenti iam dudum saucia cura.
Diua vetor sceleris pœnas exposcere ab illo.
Non Tritogenia, Pallasve, aut filia magni
Nuncupor esse Iouis, quãdo est mihi dempta potestas
Pugnandi in terris, tu inq; tu fulmina condis?
Lentaq; nequicq; formari incudibus Aethnæ
Aera iubes? flammaq; vrbes feruere Sicanas?
Centum præclaris Curetum ex vrbibus olim
Saturnum patrem, & cœlo te Iuppiter alto
Deiecisse ferunt, centumq; ligasse catenis.
Imaq; longæuum trusisse in tartara regem,
Scilicet vt cœli regnaret Cæsar in arce.
Tu modo iam si qua est cordi tibi cura Deorum
Et cœlum seruare cupis, trifida arma resumens
Sydereum tutere polum, Diuosq; pauentes
Arctoumq; preme imperium, Borealiaq; arma
Discute, ne Cæsar curru subiectus ouante
Tollatur per inane, viamq; affectet olympi,
Depulsoq;, ferox regno Ioue, permeet astra.
Dixerat, assensere Dei, nec Delia præsens
Concilio Diana fuit, nam vertice summo
Constiterat Vogesi, iam despectura triumphum,

Auſtriadæ magni,& lato certamina campo.
At contra pater eſt ſolio ſic orſus ab alto.
Sancta cohors ſuperũ,quia nam ſentẽtia mouit
Decertare odiis animos? cur vertere gentem
Arctoam cupitis? tanta eſt cœleſtibus ira?
Fata immota manent,opus hunc ſe tollere ad aſtra
Et regere imperium terræ,dare frena ſuperbis
Indignantem orbem,& gentes ſuperare rebelles,
Conſortemq; polo mecum nec habere refello.
Qui dum nigra fluent Erebi,ſubterq; meabunt
Flumina,pallentes vmbras,dumq; orbe remenſo
Sydera in Heſperio properabunt æquore mergi,
Victor Cæſar erit,dominusq; vocabitur orbis.
Hæc ego per Stygias male olentes ſulfura ripas
Et Chaos æternum,& Manes phlegetonte ſub imo
Annuo,iam paulum bilemq;,iramq; repone
In melius Pallas,fatisq; aſſueſce futuris.
Sic ait,& nutu longum concuſſit olympum.
Tunc exorta Deum paſſim ſunt murmura,& oẽs
Pallada proſpiciunt,verbisq; precantur,vt illa
Molliat æternas lites,& deſinat æſtus
Irarum,Auſtriadas contra exercere potentes.
Sic Iuno inſtabat,ſic cætera turba Dearum,
Almaq; in Hercyniis præſens Aruinia lucis
Procidua ante Deam,poſcit iam fœdere iungi
Auſtriadas ſecum,tandem Tritonia virgo
Poſtq; Cæſareumq; genus,ſtirpemq; domari
Agnoſcit vetitum,coram ſic talibus orſa eſt.
Viciſtis ſuperi,bilem,qua exarſimus olim,
Dimiſſam facio,iam nunc,ſemperq; fouebo

Hoc genus armipotens,quo cũ me iungere fœdus.
Haud piget,atq; Italo tela auxiliantia bello
Sentiet,& dictum iurato astrinxit auerno.
At Venus exclamans non sic mea vulnera abibunt
Impune,& quantum mea vis,flammæq; valebunt.
Hostis ero,sequar indomitum,cogamq; fateri
Me semel esse Deam,sic talia fata quieuit.
Interea Cæsar procerum stipante caterua
Progenies Diuũ,& genus alto a sanguine cretum
Auditæ hæc inquit,cordi & mea figite dicta.
Annuus est belli cursus,si rite recordor,
Quo Martis rabies,tristiq; horrenda flagello
Desæuit Bellona animis,gentesq; repostas
Sedibus Arctois in pugnam misit acerbam.
Nunc victor terris,sic Dij voluere piandas
Arbitror esse vmbras,bellum quas misit auerno
Ante diem,fluuiiq; errant hæc littora circum
Soluendi a nobis cupidæ mortalibus auris,
Ac primum inferias patriq;,vmbrisq; dicabo,
Austriadum Heroum,quibus alta ad sydera vectis
Dona tuli,atq; libens stauraui sacra quot annis.
Postmodo cum primum per terras fulserit almo
Septima lux cœlo,Titanq; obtexerit astra
Quadriiugum ludos statuam,cum carcere aperto
Exilit,æripedum furor,& metam igneus optat.
Hinc cæstu quicunq; volet,cursuq; volantum
Decertare pedum,aut nudam exercere palæstram
Seu transnare vndas,& verrere flumina planta.
Aut melius quicunq; arcus scit tendere Eburnos.
Quiq; grauem disci massam collimat ad vnguem

Adſint,victori referet ſua præmia virtus.
Donaticq; omnes facto certamine abibunt.
Nuntia Belgarum fama eſt delapſa per vrbes
Interea,& vero paſſim rumore futuras
Nuntiat exequias,nec non certamina in vrbe
Predicat agrippæ,mora præcipitatur,& omnes
Conueniunt,laticq; replent vaga littora Rheni.
Primus enim ante alios,fontis ferrugine gaudens,
Qua ſacrum attollit caput auxiliaribus vndis
Thongrus adeſt,linquuntq; ſuas Eburones aras.
Hic etenim,vt memorant,ſaxo nigrante,quod alto
Eruitur monte,& carris vectatur ad vrbes,
Conficiunt ignem,ſed non ardere prius,q̃;
Humectetur aqua,lapidum perhibetur aceruus.
Nec non & flauam,quam Gallia pinſit Arincham
Vrbs ſecat,& niueis alitur gens myſtica cruſtis,
Hinc haud vitiferi Treuir ſulcator obrinci
Bonnaq;,& antiquis gaudens quoq; Lupia muris.
Deſuit & timidus nec fontibus aduena Brugis,
Et clara Auſtriadum titulis Hannonia regum,
Extremiq; hominum Morini,totumq; Melinum
Machlynumq;,& mercaturæ Anthuerbia fœlix,
Et picturatis diues Bruxella tapetis
Innumerumq; genus Gandauo fluxit ab vrbe.
Nec non & trepidũ impellit tunc fama Nemetam,
Atq; Argentorato volat ad certamine pubes.
Dum properant cuncti,templo ſublimis in alto
Arſura erigitur moles,proq; omnibus vna
Manibus inſtruitur feralis pompa peremptis.
Priſca ſnperſtitio,circumq; Agrippides ægra

Voce gemunt,nudantq; comas de more solutas
Damnatumq; rogum flammis,simulataq; sacra
Circueunt,vmbrasq; vocant simul atra gerebant
Vestimenta duces,Saxon ferus,Hassius horror
Langraphius,magno Virtenberzentius heros
Et Brunsuychides Lunæ dux optimus vrbis
Dona ferunt busto,solido ditatur ab auro
Flamma superiecto.Interea ferale canebat
Aere sonans tubicen,Phrygiosq; in funere versus
Quis animas,Manesq; vagos firmasse vetustas
Dicitur,atq; vmbris iram placasse trifaucem.
In primis depicta trahunt ex ordine prisco
Argumenta patrum,numerusq; effertur auorum
Ante omnes Priamũ Francorum ab origine cretũ
Cernere erat,natumq; sequi vestigia patris
Marcomyron,sed paulo excelsior ire videtur.
Antiquo Faramundus auo,longeq; potentis
Clotharij effigies multo fœdata cruore
Ducitur,& natum fugientem lumine toruo
Aspicit,hic etenim post cædem,& fata parentis
Imperium linquens,ad Auantica regna recessit,
Egregiamq; Apis de nomine condidit vrbem
Vnde genus fluit Austriadũ,longo ordine demũ
Succedit proauis Albertus imagine mœsta
Letiferumq; gerit transfixo pectore vulnus
Impia crudelis detestans facta nepotis.
Hunc sequitur regnoq; potens,dextraq; Rodulphus
Colla superiectis ducens Othocaron ahenis
Expirantem animã a tergo stat proxima proles
Hernestusq;,Leopoldusq;,& maxima patris

Effigies iam digna Deo, nigrisq; vehuntur
Armentis, circumq; atros ponuntur ad ignes.
Parte alia inferias, arsuraq; munera Treuir
Gestabat lachrymãs, meritosq; impendet honores,
Atq; nouis ornant titulis, memoranda leguntur
Facta ducũ, cum sæua dies, seriesq; malorum est
Germanas grassata vrbes, cum cedere victus
Nec victor poterat, variisq; euentibus actum est.
Hinc iacta arma virum clypei, currusq;, tubæq;,
Aureæ & æripedum Phaleræ, præq; omnibus ipse
Spargit funereo spumantia pocula lacte
Cæsar, & Hyblæas nascentia mella per vmbras
Coriciumq; Crocum, molli cinis ater oliuo
Fragrat, & infuso deferuent busta cruore.
Tunc equites circum primo, turmæq; dolentes
Perrexere pyram, ter cuncti ex more sinistrum
Lustrauere rogum, terq; arma illisa fragore
Horrendum tonuere, litantq; ad busta bidentes.
Hic iacit in flamma Pharetras, ij cingula soluunt
Libamenq; vmbris donant, iamq; ipse laborum
Ordo exhaustus erat, cineresq; elapsus in imos
Mulciber, extremis tunc Cæsar funera verbis
Prosequitur, lætasq; affatur talibus vmbras.
Fœlices animæ quibus est suprema peracta
Sors vitæ, terrisq; datum genus a loue summo.
Iam salue atq; vale, pigeat nec tendere ad alta
Astra, vel Elysios inter considere patres.
Nec vereare, diem quem nunc sacrauimus, olim
Semper honorabo, centumq; ad templa bidentes
Setigerosq; sues, tauros q; litabo quotannis

Nigrantes tumulis, Manesq; ad sacra ciebo.
His dictis magna Heroes comitante caterua
Austriadem læti magnum intra limina ducunt,
Et curas demunt epulis, & vina propinant.
Interea currus referebat septima cœlo
Luna laboriferos, lucemq; reuexerat orbi,
Optatumq; diem Phœbus, quo quisq; probaret
Virtutem, atq; animũ magnis assuesceret actis.
Iamq; aderant festa redimiti tempora fronde
Turba Coloniadum pueri, innuptæq; puellæ
Fama vocat cunctos, pugnaturæq; cohortes
Cæsarei properant clamata ad classica ludi.
Est locus extra vrbẽ, quẽ passim vmbonibus agger
Ambit, & amplexu vallem tenet, algida sacro
Sylua viret luco, & diui spectantur Aprici
Surgere paulatim, sedesq; simillima circo est,
Hic late apparent scabro subsellia Topho
Natura confecta loci, qua Pana, Deosq;
Syluicolas Dryadum sæpe indulsisse Choræis
Accipimus, Satyrosq; Palem incendisse bicornes,
Cum ciet agresti sylueſtria numina cantu
Illuc mane nouo, Phœboq; rubentibus agris
Conuenere omnes, vocesq; per alta volabant
Culmina saxorum, fractusq; reuerberat aer,
Syluarumq; altis respondent plausibus vmbræ.
Ac primo Argyloras, prisco de sanguine cretus
Amphithij, qui Marte Getas, belloq; furentes
Perdomuit, sed magna olli fortuna refrixit.
Nam pulsus regno, Cathorum venit ad oras,
Ex illo satus hic, celeres ad frena iugales

Ficta loci descriptio. Circo enim Romano al ludit.

Impellit,niueos maculis cingentibus harmos.
His furor indocilis,pedibus concussa remugit
Aeratis tellus,inhiant perflantibus altas
Naribus exuuias,optatacq; præmia palmæ
Mox Phrysia regione Thoas,certaminis ardor
Olli par gliscit,cum despumantia colla
Quadrupedantum vel laxat,vel frenat equorum
Impetit Alipedes, quos(si nos credimus)vndas
Aequoreas tranasse ferunt,& sæpius æstum
Arctoo in Ponto perhibent superasse natando.
Quin & Pannonio properans de vertice Lynceus
Iazige præstat equo,& cursus regit ille volantes.
Segnior hybernis Boreas Ponto incubat alis
Euxino,verritq; vndas,minus effurit Auster
Feruida gemmiferi cum turbat littora rubri.
Nec te transibo,Geticis duo fulmina frenis
Qui regis Hermontes,hic cinctus pelle leonis
Infandus visu est,crudis micat intus abacta
Lux oculis,cadit anguitenens a fronte Medusa,
Tortilibusq; Apher nodis exsibilat aspis,
Huius equi Austriaco certare in puluere sueti,
Sessorem excutiunt fremitu,vincuntq; lupatos,
Inde Dryas,fortisq; Linus,veloxq; Melampus,
Ambo armis,curruq; ambo,lucentibus ambo
Est clypeis spectare pares,vter vrgeat axem
Fortius,incertum est,sequitur quos cætera pubes.
Nec mora magnanimum,scabrosa sedilia circum
Consedere duces,circumfusæq; cohortes
Mistaq; montanas replebant agmina rupes.
At Cæsar populis,solio venerandus ab alto,

Os ſacrum oſtendit, venientumq; aſpicit ora.
Qualis & aurigam melius vehat orbita campo,
Quisve acres defrenet equos, curſuq; retardet
Effuſos retrahatq;, & Gyros cogat in arctos.
Dum mores, habitusq; notat, dum ſingula luſtrat
Et dictis acuit magnis, animatq; pauentes,
Carceribus clauduntur equi, normaq; retenti
Obiicis, hi fremitant, illi (mirabile viſu)
Clauſtra terunt, nequeuntq; moram, nec tarda rotarq;
Bella pati, trepidant auidi, motuq; magiſtros
Sollicitant, altumq; grauis cauat vngula terram.
Spumantisq; auidus feruescit anhelitus oris.
Qualis in Arcadij Pholoes cum vertice vidit
Errantem Sparthana feram canis, inſtat eundi
Huic furor, & crebris reſonant latratibus vmbræ
Stat paſtor, lorumq; tenet, dextraq; furentem
Sedat, & inuitos animos in vincla cohercet.
Vtq; pares viſi Tyrrhena, per æquora circum
Aera altum ſonuere, ruunt per plana, velut cum
Fulmina deſiliunt, vel ab altis montibus amnes.
Conclamant omnes paſſim, quis fortius Eya
Impulerit radios, metæq; reflexerit axem.
Talia vociferans fatur dum turba, feruntur
Ex oculis, & nube axes conduntur operti
Puluerea, tantum voces, & verbera noſcunt
Proxima, feruet humus ſubter, flammæq; volantum
Naribus exiliunt, ſuperis pater aſtupet aſtris
Iuppiter, & Getico properans a Strymone Mauors
Miratur pugnasq; virum, currusq;, manusq;
Inſertas, & lora ſimul, miratur ad acta.

Verbera, & aurigas largo ſudore natantes.
It ſtridor cœlo, ferit aurea ſydera clamor,
Vicíniq; omnes aſſultant vocibus agri.
Dum curſum agglomerant, obliquas flectit habenas
Argyloras, curruq; citus dat lora ſecundo,
Hyppæonq; acrem, velocemq; arguit Aethon
Certantes ventis, & nubila prætereuntes.
Ii flauas iactare iubas, capita ardua ferre
Ad metam, & vaſtis diſrumpere flatibus auram.
Non tulit Hermontes, Piſæis tempora cinctus
Frondibus, inſultat contra, taliq; morantes
Voce ſuos affatur equos, proh dedecus ingens
Ardua Geſoracis geſtis certamina arenis
Victores, nunc qui vobis formidine tanta
Crura labant? quæ deſidia hæc? agite ite, prioremq;
Eripite a palma, dixit, velocior Auſtro
Argylorum exæquat curſu, iam cominus axes
Axibus vrgentur, paribusq; per æquora iuncti
Decurrunt ſpatiis, dumq; alter, & alter anhelans
Impellit radiis radios, flammata rotarum
Compago reſoluta ruit, ſtetit orbita putri
Argylori defixa ſolo, longeq; cadentem
Præterit Hermontes, campoq; infertur aperto.
Dant plauſus tanto diſcuſſa ſedilia caſu,
Dum volat ad metam ſubito perculſa pauore
Vocum, armenta retrocedunt, duroq; magiſtro
Fluctuat huc illuc ſonipes, tunc frena relaxat
Ipſe Dryas, Linus inſequitur celeri axe Dryanta.
Parq; Lino Lynceus, interq; Melampodis illos
Arua rapit ſonipes læua, turbatq;, abigitq;

Amborum frena, & missus remoratur anhelos
Indignum Linus exclamat se opponere campo.
Dum ruitur metæ, sic altercantibus illis
Peruolat ante Dryas, sed post sua terga Thoanta
Cernere erat, pronumq; iubis, vrgere iugales
Non aliter pauidas Alpino vertice Damas
Insequitur post terga canis, similisq; tenenti
Fallitur, atq; auido præda euanescit ab ore.
Ecce Medusæis iterum serpentibus horrens
Crinalem attollit contracta fronte Cerastam,
Transabiensq; fuga, vicinos territat axes
Improbus Hermontes, aliosq; cohercet euntes,
Isq; volat. veluti nigrantis Iuppiter aulæ
Cum pulchram sicula prædam deuexit ab Enna.
Quẽ circum Eumenides flãmas per inane rogales
Extollunt, visoq; polus pallescit ab Hydro,
Et curru excutitur subita formidine Titan.
Dum nullo regit æripedes moderamine, circi
Liber equus per aperta vagans dispendia campo.
Lustrat, & intactam ter circum serpere metam
Iam negat, ipse auidus dum frena madentia collo
Attollit, gestitq; miser retinere furentes
In caput elapsus, pronusq; in verbera terram
Ore ferit, gemit excussis serpentibus atra
Phorcynis, virusq; altum vomit, & ferit auram.
Ille indignanti similis, similisq; minanti
Iniustos vocat ore Deos, iniustaq; mundi
Sydera, & anguicoma denudat casside crines,
Impingitq; solo, ferit vngue reuincta colubris
Tempora, vipereumq; furens terit ore venenum.

444

Non ſecus excuſſus Dyrcæis mœnibus heros
Oenides,canibus diris agitatus auerni,
Ore cruentato triſtem Menalippon adedit.
Turbatum caſu Cæſar,raptumq; furore
Demulcet verbis,& ſæuas temperat iras.
Terror equos agitat,creber quatit ilia flatus.
Ii tamen in curſu perſtant,& forte propinquus
Subſtiterat metæ.contra indignatus euntes
Emeritus ſonipes,nunc hos,nunc impetit illos
Calcibus,& morſu cunctos depellit hiante.
Stat globus aduerſum,& contra glomeratur,& vna
Vi tentat depellere equos,magis ardua perſtant.
Tunc iuga,ſanguineus circum ſpumantia anhelat
Ora furor,gaudent nullo impellente magiſtro
Effera laudato committere prælia campo.
Dum pugnæ incũbunt,iunctos compagine currus,
Argyloras volat inde noua,nec tendere contra
Eſt ratus æripedes,læua deflexit habenas,
Obliquumq; rapit præceps,ac deuia campi.
Nec mora,ſubtollens oculos ad ſydera cœli
Affatur ſuperos,adſis o rector olympi,
Et tu qui vultu luſtras mortalia Titan.
Hanc ego ſi victor,veſtris dabo munere palmam,
Suſpendamq; tholis,axes & lora dicabo.
Dixit,& alipedes tortis calcaribus vrgens
Fœlicem metam,tandem inſperatus obiuit
Ter circum,propiusq; intra tulit orbita Gyros.
Sic tandem Argyloræ manſit victoria freno,
Excipitur plauſu vulgi,cinctusq; corona,
Aurea ſublata tangebat ſydera dextra.

Olli magnanimus Cæsar, dat munere pulchras
Ex auro phaleras, circum Melibæa figuras.
Vt viuas depinxit acus. ceu languida Thysbe
Nocturnas egressa domos, custode relicto
Busta Nini quærit, ruit atro sanguine tinctus
Ora leo, gestitq; sitim sedare calentem.
Hæc fugit, hic sequitur, delapsaq; carbasa fœdat
Dente cruentato, properans inuenta resumit
Pyrrhamus, atq; oculos ad conscia sydera tollens,
Testatur mortem infandam, simul horridus ensem
Vagina eripiens, pectus transuerberat illo.
At Thysbe infœlix, iam pallida morte futura
(Heu præsaga mali mens omibus) horret, & audet
Iam secura sui, flauentesq; vngue capillos
Scindit, & exanguē tremebunda voce per vmbras
Pyrrhamon exclamat, compertus lumina tantum
Extulit ad Thysben, visaq; recondidit illa.
In dubio trahit ægra animos, furor vrget amantem
Ad scelus, & tandem mortis formidine abacta,
Incumbit gladio, vitamq; miserrima rumpit.
Sed vos Hermontis fidissima cura iugales
Haud frustra tantum putri bellastis arena,
Hos Cæsar freno, & pulchris donauit habenis.
At tibi qui propius metam rapis æquora Lynceu
Præbetur Tyrio rursum saturata colore
Lata Chlamys, vario viuit circumflua limbo
Fabula Thesidæ, & miserandæ Pocridis ignes.
Atq; amor Alcestæ, rigidum cratera Thoanti
Ex auro donat Cæsar, quem pergama circum
Finxit Apollineo manus exudata labore,

Cadmæasq; lyra tollentem Amphiona Thebas.
Inde Dryas quoq; munus habet, fortisq; Melāpus.
Hic sibi gemmato circundedit ilia baltheo,
Ille Thuringensi geminos tulit ære Lebetas.
Postremum famula Linus est donatus Eoa.
Protinus ærisoni tolluntur ad æthera cæstus.
Tergora cruda boum, multoq; nigrantia plumbo
Pondera, concusso strepuere sedilia circo.
Fama est Aethnæis (si veri nuntia) campis
His sudasse Erycem, qui victus ab Hercule magno
Sicanium effuso maculauit sanguine littus.
At satus Alcmena Thebas inuexit honorum,
Et Diuæ spolium sacrauit Palladis aræ.
Verum post longi delapsum temporis æuum
Cum se Chalcidicis Germanica signa triumphis
Ornarent, tremerentq; Istrum Bœotica tellus.
Hic honor Austriacas olim est delatus ad oras
Pannonidosq; alta seruatus in arce Vianæ,
Protinus exiliens rapido violentior Euro
Agmine Saxonum, in medium procedit Alartes.
Huc precor o proceres, de tot modo milibus vnum
Mittite ait pugnæ, veniant quicunq; morabor
Audaces animi, atq; vtinā mihi monstra darentur
Taurominitanis qualem Polyphemon in antris
Esse reor, vel cum rugit sub rupe Typhoeus
Concussa, & moto cærealis fluctuat Aethna.
Aut Libs Antæus, Lapythumq; immanior omni
Hylæus turba, non hic cratera Lyeo
Spumantem multo, vibrataq; pocula Marte,
Sed totum aspicies vndantem sanguine terram.

Vulnificum medio cum proruit aere plumbum
Attoniti tacuere omnes,pauor ipse silentes
Efficit,& nulli tentant contra ire furentem.
Tandem Vandalica cretus de gente Menesteus
Voce grauis,toruisq; oculis,cultu horridus,atram
Demulcens barbam,contra indignatur,& acer
Aerisonos vasto tollens cum murmure cæstus,
Ad cœlum iacit,& sursum intra nubila condit.
Expauere Dei,tremuit nymbosus Orion,
Et pallens celeri fugit Proserpina curru.
Stant hinc inde minæ,furor huic,illi aspera virtus
Et Marti par dextra ferox,sed disparis vsus,
Consilium,stimulosq; necis,viresq; ministrat.
Vtq; locum tenuere,oculis perlustrat vterq;
Alterius vires,aciemq; in vulnera tendit.
Visu animi stupuere omnes,timor obstruit ora.
Non aliter q̃; si concurrant forte leones
Littoræ Arenosæ Libyes,aut Indica tygris
Pugnã agat in tygrin,vasto silet æquore Ganges
Attonitus,subterq; pauens,celer Indus anhelat
Erecta fremit aura manu,exploratacq; tandem
Pondera permensi,sese vigilantibus vna
Inuasere oculis,cæstu latera ardua pulsant,
Ingeminantq; sonum,stridentq; sub ictibus æra.
Vtq; cauis Auster frangit tumida æquora saxis
Littora conclamant,syluæ,freta,nubila,montes.
Hic leuior pedibus,saltu stridentibus instat
Cæstibus,ast alter grandi maturior æuo,
Suetus Vandalicas intercertare palæstras
Arte valet,vigor ingenio,experientia Martis.

446

Nunc rotat aduersum, nunc in sublime fatigat
Brachia, nunc celeri declinat pondera lapsu.
Verum alter, cui non tantum rationibus vti
Mens furiis agitata potest, tantumq; nocendi
Prodigus, incaute totus ruit, & nocet ipsi
Sæpe sibi, & vires animoso conficit ictu,
Cautior alter erat, sæpe ingeniosus in hostem
Effurit vt præceps, fallitq;, supraq; minatur
In caput, at læsis liuescit pondus in harmis.
Vincitur arte furor, tamen instat & ille, fremitq;
Dentibus horrendum, immane ac mirabile dictu
Sanguineus, tollitq; altum super æthera crudum
Tergus, & in celeres intendit brachia gyros.
Sic ambo insurgunt, quales per prata feruntur
Pugnantes tauri, vel cum duo flumina ripis
Concurrunt, pulsiq; fremunt sub gurgite cautes.
Etiam certantem labor, & suspiria vtrunq;
Aegra fatigabant, sed prouidus arte Menesteus
Sæpius ipse sibi, vacuoq; pepercerat ictu.
Atq; vt perfractum pugnando vidit Alartem,
Brachiaq; æriſonos vix attollentia cæstus
Erigitur, pugnamq; nouus velut isset in ipsam
Cedentem toto cæstu ferus impetit aruo.
Nunc humeros, pectusq; ferit, nunc tẽpora circum
Illidit vulnus, fluit atro sanguine campus.
Mox Saxon cadit infrendens, pallentiaq; ora
Intorquens rabie, stridet graue, protinus omnis
Excutitur casus dira ad spectacula pubes,
Desuper incumbit victor, totumq; supinat
Pectus adhuc toruũ, & flammas spirantia ad auras

Guttura, cogisset q̃ animam dimittere circo,
Ni Cæsar dextra finem, nutuq̃ dedisset,
Accurrunt fortisq̃ Dryas, acerq̃ Melampus,
Egregiusq̃ Thoas, stimuloq̃ agitata furoris
Pectora demulcent, & sorte Menestea dicunt
Victorem, exanguemq̃ ferunt, stratoq̃ reponunt.
Huic cæstũ insignem, & longæuũ cornibus Vrum
Præbuit Austriades, tanti pro munere Martis.

Cursus certamen.

Prouocat interea, quos iam lanuginis ætas
Prima tenet, nullaq̃ gerunt ora aurea barba,
Cursus pacis opus, studium nec inutile belli.
Stant circum iuuenes euincti tempora ramis
Sthesicorus longe ante alios (cui plurima formæ
Gratia) se coram vultuq̃, oculisq̃ micantem
Certaturum offert, sequitur Saxonus Opheltes,
Et victor Phrysia multum inclamatus arena
Alcydamas, celeres fama hunc præcurrere ventos,
Et gelidas inter deprendere Dorcadas alpes.
Nec minor hoc Thrasias, Phlegiasq̃, & Auarpi-
Ocyor hic Parthi iacto, cressisq̃ sagittis. (us Aebron
Multaq̃ præterea properat sine nomine turba,
Extemplo nudant artus, super aureus omnes
Sthesicorus micat, huic vultus effulget imago
Pulchra, Deo similis, qualem Tegeæus alumnus
Aut læta ostendit facie crinitus Apollo.
Vt chlamydem posuere omnes, micuitq̃ peruncta
Nuda oleo de more cutis sublimina clausi
Expectant auidi signum, quo grandinis instar
Corripuere, dato spatium volat ocyor Euro
Vncta cohors, Parthiq̃ fuga, atq̃ his tardius ipse

417

Credebantur equi, ſtupet aura, notusq̃ volantes.
Sthesicorus iam prima tenet ſpatia, inſtat Opheltes
Attingens humeros, Thraſiæ ſed tertia palma eſt,
Proximus Alcydamas, Phlegiasq̃, ſed vltimus Aebron.
Pone ſequebatur puerorũ incognita turba,
Intenduntq̃ pedes, iam paulum elapſus Opheltes
Sthesicorũ exuperat, celer huic par, imminet aſper
Alcydamas, paruoq̃ tenent diſcrimine curſum,
Ambiguumq̃ vter inde prior data ſigna ſubiret,
Currebantq̃ pares, ſed non tulit iſta ſecundo
Sthesicorus ſpatio, fundensq̃ a vertice crines,
Auricomo veluti Paphius cum Lucifer aſtra
Exuperat curſu, cunctosq̃ intermicat ignes,
Tranſadiit, celeriq̃ fuga præuertitur omnes.
Pone ſubit Phlegias, ſpatiiq̃ extrema tenebat.
Anteierat ſed forte pedem puer Aebron Opheltis
Supplantat pedem, proh dulci ſors inuida palmæ,
Hic cadit in vultum, putriq̃ recumbit arena
Sthesicorus ſic ante fugit, victorq̃ propinqua
Limina pronus init, foribusq̃ irrupit apertis,
(Stabant namq̃ fores circo) curſuq̃ ſecundo
Alcydamas fertur, ſed tertius Aebron, eumq̃
Pone ſecat Phlegias, ſed caſu extremus Opheltes
Exclamat longe. ſi præmia prima darentur
Sthesicoro indignũ, nam me puer improbus Aebron
Impediit, palmamq̃ dolo mihi ſuſtulit, inquit.
Sic fatus, lachrymis oculosq̃, genasq̃ madeſcit,
Et regem implorans, ſcindit quoq̃ pectora planctu.
Sthesicorus contra palmam petit, ipſa iuuabat
Præſtans ambroſios iuuenilis forma per artus,

Et decus in vultu, lachrymisq; accesserat ortis
Gratia, contenduntq; pares. compescite litem
Cæsar ait pueri, torquem qui primus habeto,
Hic tuus arcus erit, Pharetras plebs cætera sumat,
Sic omnes dono cursus rex optimus æquat.
Post vbi currendi labor est exhaustus, ad vnctam
Signa viris micuere Palen, animosa citantur
Pectora luctantum, properat quem gloria Martis
Tangebat iactator auum, stirpisq; Machareus
Læuonum de gente satus, qui corpore laxo
Cyclopem exuperans cœlum prope vertice pulsat.
Sed vigor effœtus, roburq; in mole refriget,
Nec sibi consimiles vires natura ministrat.
Qualis nymboso deprenditur æquore vento
Vasta ratis, crescunt vndæ, freta concitat Auster,
Tempestasq; mouet vulso vada cærula fundo.
Illa mare insidi t, premiturq;, & tarda supinum
Vix caput attollit hiscens compagine moles.
Hunc contra insurgens animoso pectore Tharcon
Sæpe Caledonia solitus sudare palæstra,
Haud timet ingentes artus, sed protinus extra
Vnxit Palladio gaudentia membra liquore.
Stabat vterq; ferox, & oliuæ puluere fusum
Desiccant laticem, mox, ceu duo fulmina contra
Proruerent, vel cæsa Ornus propelleret ornum,
Currunt in pugnam, ruit alta mole Machareus
Nec bene curuatur, tantum trudebat, at alter
Pectus agens, humeris collum summittit, & vrget
Complexus medium dextra, læuaq; reuincit,
Exhauritq; virum, & compressis ilibus arctat,

Palæstre certamen.

Ponderibus premit ille ſuis,nexusq; reſoluit
Inſertasq; manus,iam creber anhelitus olli
Creſcit,& humentes feruent ſudoribus artus,
Conſeruere manus iterum,nunc pectore pectus,
Nũc genubus genua ægra labant, nũc pes pede cõtra
Calcatur,nexuq; parat crus crure ruinam
Ambobus,nunc terga retrocedentia Tharcon
Vi nectit multa,nodisq; interplicat arctis,
Et vaſtum attollit(viſu mirabile)monſtrum.
Non ſecus Herculeis Libs exudaſſe lacertis
Fertur,& intacta,ſublatus in aere,terra
Indignantem animã tenues vomuiſſime per auras,
Nititur hic contra,& ſupra caput improbus aſtat
Mole graui,viresq; premit Tharcontis & ardet.
Olli felle iecur,magnoq; effœtus hiatu
Spiritus egeritur,fremit altum,turbidus ore
Eructat ſaniem,& vaſtis complexibus horret.
Intumuere tori rabie,raptusq; pudore
Ingentes motu prægrandi concutit artus.
Sic Elephas fixam mota cute diſcutit haſtam,
Quã curuo Garamas Naſamonve intorſerit arcu,
Excutitur Tharcon,digitorum vincula frangit
Tempeſtas,fortiq; abigit Tharconta repulſa.
Semiuir exclamans reditu violentior inſtat
Tharcon,& Obnobios æquãtem vertice montes
Circuit,inq; humeros pectusq;,latusq; minatur,
Inſidiisq; locum captat,ceu rupibus altis
Menalij Pholoes,clauſum lupus ambit ouile,
Perluſtratq; oculis aditum,ruit arduus ille
Aduerſum,tantoq; gemit ſub pondere tellus.

A latere interea Tharcon volat, ilia nexu
Alligat, exhauſtamq; premit iam viribus aluum
Ille reluctanti ſimilis, ſimiliſq; cadenti
Arctatos crurum nexus, manuumq; requirit
Soluere nequicq;, at ſublimem tollit in auras
Diſtractis pedibus Tharcon, penituſq; labantem
Truſit in obliquum, ruit alta mole Machareus
Inq; putri, iacuit vultu reſupinus arena,
Puluerea inficiens ora indignantia terra.
Sic exciſa abies, ſic & Germanica Taxus,
Aereæq; Orni, ſic coniferæ Cypariſſi
Procumbunt, circumq; imæ dant murmura valles.
Tandem ſurgit humo, fœdataq; puluere Saxon
Ora gerit, victi rex ad ſpectacula riſit,
Cæteraq; erecti plauſerunt agmina circi.
Palmam Tharcon habet, viridiq; decorus oliua
Candida purpureis ſubnectit tempora Tænis.
Condiderat Titan, iam feſſus in æquore lucem
Ruptum opus in circo, ludos vocat altera ſacros
Lux, ortuſq; die, ſolio tunc ſurgit ab alto
Cæſar, quē proceres mediū intra limina ducunt
Septum armis, ipſe altus mediis in milibus ibat.
Phocaicis veluti Phœbus mouet agmina Delphis
Maternam in Delon micat, & ſupereminet omēs.
Vel cum cœlicolas inter ſe Iuppiter aureus
Admiſcet, curas paulum, fulmenq; remittens.
Lucifer interea, & Sol fulgentiſſimus orbi
Aduexere diem, rurſus ſtipante caterua
Egreditur Cæſar, ſic inter ſydera, & altos
Surgēs mane nouo reſplendet Phoſphorus ignes.

Tunc ſolio affatur cunctos, & talibus hiſcit.
Accipite ergo omnes, animoq; hæc figite dicta,
In primis fluuio nandum, nam priſcus auorum
Ludus erat, iuuenumq; labor, cum Martia tela
Ianus, & armorum triſtes compeſceret æſtus.
Adſit item quicunq; arcus ſcit tendere eburnos,
Poſtremum iacto claudam certamina diſco.
Sic ait, & rapido ſpumantem gurgite Rhenum
Perrexit, trepidant populi, ſtudioq; videndi,
Non certaturi genus innumerabile vulgi.

Nantiũ in Rheno certamen.

Iamq; aduentarant ripæ, vis ignea pubem
Sollicitat, laudumq; decus, ſic quiſq; volabat
Ad fluuium, & ſertis ſe verſicoloribus ornat.
At primum Alcetes, & flauo vertice Pentheus
Vangionum de ſtirpe ſatus, fratresq; Melinus
Alter Imas, duo Pannonij, ſed Rhæticus Aiax
Ante omnes arcto veſtem diffibulat auro,
Membra nitent, extraq; decus reſplendet apertum
Pectoris, ipſe oculos oleo de more perungit.
Nudatosq; artus, ſequitur quem cætera pubes
Phedimus, intonſusq; Idas, pulcherq; Phenæus,
Et breuis Antenor, Naſoq; reſectus Hyalcas,
Lyntius Haſtidamas, triſtiq; ſub omine natus
Hyrcius, & tortis incedens cruribus Andes,
Sarmaticusq; polas, vaſtoq; aſſuetus in Albi
Nare Capys, celeresq; manu deprendere piſces.
Vt nudi effulſere artus, facto impete ripa
Deſiliunt, fluuiiq; ſecant vada cærula palmis.
Exoritur nantum fragor, & ſtridore reſultat
Littus, vbi medias rixam incepere per vndas.

Nunc ſubter labuntur aquas,nunc deſuper acti
Vrinantq; vado, & vulſas oſtendere arenas
Quisq; cupit,tectus ſpumus ingentibus Aiax
Enatat ante alios,& hians in gurgite vaſto
Victor erat,curſuq; alacer ripam inde legebat.
Qualis in Ionio Meliten,pulchramq; Thaliam
Glaucus amans ſequitur,viridiq; excelſus in Alga
Nunc volat,& Ponto velox nunc mergitur imo.
Adnantem talis recta ceruice Melinus
Proſpiciens,quo pergis ait,ſimul iſta locutus
Voluitur in caput,& ſubter vada cæca reluctans
Fertur aui ſimilis,flatumq; occludit in aluo,
Impellitq; manu fluctus,& ſeparat vndas
Miranturq; moram cuncti,creduntq; ſub imis
Vorticibus preſſum,ſubito cum flumen ad auras
Egreditur,ſurſumq; caput,crinesq; madentes
Attollit,turbat victorem,abigitq;,premitq;.
Ille leuis veluti ſub flumina mergitur haſta,
Quam mox impatiens vnda eiaculatur ad auras,
Pone hunc a tergo frangit ſpumantia Pentheus
Aequora,nec lapſis requies datur vlla lacertis.
Non equidem Europes taurus ſic nauit adulter,
Proſecuitq; fretum,nec ſic ſua brachia mouit
Pulcher Abydenus,cum Seſtias anxia cura
Spumantes per aquas adnantem vidit,& alta
Turre dedit ſignum furtorum conſcia lampas.
Fluctuat vncta cohors,fremituq;,& voce reclamat
Ripa amnis,ſtimulat cunctos ſic ardua virtus.
Etiam Vangionum cretus de ſtirpe Melinus
Curſu inhiat ripæ,leuis Idas,Stheſicoruſq;

Adnantes obliqua tenent, & viribus obstant
Remigiisq; humerum, fugientemq; inde Melinum
Impediunt, reuocantq; fugam, clamoribus Andes
Excitus, motum pedibus diuerberat amnem,
Læuus imas fertur, ruit alter in æquore Panno
Dexter, & assuetus gelidum transnare per Istrum
Vix mouet excussis in flumine Brachia palmis.
Hyrcius extremo luctans certamine, victus
A rapidis raptatur aquis, & vortice vasto
Opprimitur, subterq; imas reuolutus arenas,
Expirantem animam sub gurgite condidit imo.
Dant lachrymas, casumq; gemunt insontis amici.
Interea Anthenor, vultuq; informis Hyalcas
Alta tenent, Atacen superantes Thersilocumq;,
Formosumq; Idan, & flauo Penthea crine.
Parte alia non segnis imas, & Pannon anhelans
Ambo pares annis animoq;, & viribus ambo,
Ambo sueti vndis, alternis nexibus arcti
Ripæ aduentabant primi, nam cætera pubes
Lapsa erat, & longe vastis errabat in vndis,
Et simul optata madidi potiuntur arena.
Dant plausum, fremitusq; virũ caua littora cõplent.
Poscit Imas palmam, Pannon negat, actus vterq;
Inuidia est, creuere minæ, prior improbus ante
Pannon ait, vici. irarumq; impulsus ab æstu
Proruit in crines, & verbere pectora plangit.
Infandum proclamat Imas, simul ilia nexu
